Refellitur opinio Valdenſium dicentium, nullum hominem occidi poſſe etiam publica authoritate. ibid. 221
Sententia Scoti & falſa, & periculoſa a quibus impugnantur. ibid. pag. 221.
Iuſtæ ſunt leges humane, quæ furem diurnum occidi iubent, quamuis lex Moſayca furem ſolum nocturnam occidi iubeat. ibid. illatione 1.
Refelluntur alij, qui propria authoritate nocentes occidi concedunt. ibid. pag. 222
Licita eſt hominis occiſio priuata authoritate, vbi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. ibi.
Non licet ſeipſum occidere. lib. 7. cap. 9. pag. 233. probatur diuerſis rationibus.
Circumcelliones contrarium aſſerentes ſunt hæretici. ibid.
Occidens ſeipſum peccat nedum contra charitatem, ſed etiam contra giuſtitiam. ibid.
Non datur cauſa legitima ſeipſum occidendi. ibid.
Non licet occidere ſeipſum in deteſtationem patrati ſceleris. ibid.
Cur ad euitandum periculum non liceat ſe interimere nec pro vitanda ignominia, aut calamitate. ibi. pag. 224
Nec aliena violentia, & peccato, nec pro citius aſſequenda vita beata. ibid.
Nonnullæ proponuntur dubitationes circa ſui ipſius occiſionem, quibus quidem reſpondetur. ibid.

Razia peccauit ſeipſum occidendo. ibid.
Licet voluntarie ſeipſum morti offerre pro amico dummodo hoc non ſit in aliorum praiudicium. ibi. 225
Indiſcrete ſe offere martirio eſt peccatum contra charitatem. ibid.
Vitam morti offerre tenemur in fidei, virtutumq; defenſionem, & cum id ſpiritualis proximi neceſſitas exigit. ibi.
Caſus, in quibus permitti debet ſui ipſius occiſio. ibid.
Non debet quis venenum ſumere, vel venam vnde ſanguis totus difluat ſibi pracidere etiam poſt iudicis ſententiam. ibi. 227
Non tenemur ad vitam prorogandam vti delicatioribus cibis, etiam ſi ſint in promptu. ibi.
Non licet quempiam priuata authoritate permere lib. 7. cap. 10. pag. 230
Tyramnum quo ad modum non licet occidere. ibid.
Tyramnus quoad ſubſtantiam ſecluſo iuramento poteſt occidi. ibid.
Simplex promiſſio Tyramno praſtita non obligat, quominus occidi liceat. ibid.
An liceat marito vxorem in adulterio deprahenſam occidere. ibid. p. 231
Occidens vxorem in fragranti peccat mortaliter. ibi qua nonnulla fiunt etiam obiectiones, & ſoluuntur.
Licet pro vita defenſione occidere inuaſorem. ibid. pag. 232
Contrarium docuit Hugo Victorius, ſoluunturq; tres eius rationes. ibid.
Adhoc vt in uaſio ſit debet eſſe vera aggreſſio, & per vim facta. ibid.
Alia conditio requiritur, vt ſit defenſio non praeuentio, licet hac aliquãdo permittatur. ibid. pag. 233
Tertia conditio vt inuaſoris occaſio ſit in ipſo actu defenſionis. ibid.
Quarta Nè defenſio limites neceſsitatis excedat. ibid.
Quinta nè ex intentione inuaſor excedatur. ibid.
Eſt licitum per ſe intendere aggreſſoris interitum in ordine ad neceſſariam ſui defenſionẽ, et ita declaratur D. Tho. ib.
Poteſt quis ab innaſore ſinere ſe occidi. ibid. pag. 234
Aggreſſoris occiſio etiam pro honoris defenſione eſt licita. ibid. pag. 234
Non licet Clericis, & religioſis aggreſſorem fugientem perſequi, vt de eo tantum vindicta ſumant, quantum honoris detraſerint, contra Petrum Nau. & Victorlam. ibi. pag. 235
Licet inuaſorem occidere etiam pro rei familiaris defenſione. ibid.
Soluitur ratio Panormitani, & Cou. ibidem.
Bonorum defenſio licita eſt etiam Clericis cum aggreſſoris morte. ibi.
Licet pro defenſione caſtitatis aggreſſorem interficere, ibid. p. 23
Non licet Clericis citra diſpenſationem ferre ſententiam mortis. lib. 7. cap. 11. pag. 237
Iudex non debet abſtinere a morte infligenda, etiam ſi reum perpetuo damnandum ſciat.
Extra proprium territorium vt poſsint Principes reos occidendos permittere ibid. pag. 239
Permiſſus occidi à priuatis hominibus fuga, non reſiſtentia ſibi conſ. let. ibid.
Non poteſt Iudex morti adiudicari innocentem de praſenti ſed quem continuo timeat futurum Reip. exitialem. cap. 12. pag. 240
Non licet Iudici plectere filios innocentes malefactorum ſoluuntur diuerſa rationes. ibid.
Non licet Reip. occidere innocentem, vt ſatisfaciat Tyramno. ibid. pag. 242

Quid in hoc caſu agendum de ipſo innocente. ibid.
Non licet innocentem tradere ad mortem etiam per Regni conuerſionem. ibid.
Innocentes ſeruentur in bello. ibid.
*Vt liceat innocentis interitus.ibid.p.*242
Quid agendum ne ſecutus pro noſtra liberatione innocentis interitus, nobis vertatur inculpam. ibi.
An prægnas ad ſaluandam vitam poſſit procurare abortum. ibi.
Vt liceat alterius mortem deſiderare.ibidem. pag.243
Homicidium caſuale duplex.li.7.cap.14.pag. 248
Vt quis dicatur reus homicidij caſualis tria requiruntur. ibid.
Regula in homicidio caſuali ſequente opus illicitum. ibid.
Homicidij voluntarij reatus ſequitur qualitatem actus à quo cauſatur.ibidem.
Regula de homicidio caſuali negatiue commiſſo.ibid. pag.249
Hoc præcepto prohibetur etiam ſpirituale homicidium, & quilibet actus præparatorius,& quilibet conuerſus.ibid.

Omiſſio.

Peccata ſunt vel commiſsionis, vel omiſsionis.lib.2.cap.6. pag.34
Quando peccata comiſsionis, vel omiſsionis non differant ſpecie.ibid. p.35
Omiſsio ſi voluntaria peccatum eſt.ibid.
Ad omiſsionem tria neceſſaria, vt non faciam,vt poſſim, vt tenear. ibi.
Omiſsio fit tempore adimpletionis præcepti. ibid.
Dans cauſam omiſsionis culpabiliter peccat etiam omiſsione non ſecuta.ibid.
Quando actu eſt omiſsio committitur nouum peccatum tantum materialiter.ibidem.
Actus, qui eſt cauſa omiſsionis, quando malus. ibid.
Actus,qui eſt cauſa omiſsionis, eſt reductiue peccatum omiſsionis. ib.
Omiſsio in ſomni peccatum non eſt.ibidem. 36
Omiſsio quando non imputanda ſaltem in foro interiori. ibid.

Opera, Operatio.

Quinque operum genera. libro 1.*cap.* 4.*pag.* 4
*Quænam opera ſeruilia diuino coniuncta cultui ſint licita diebus feſtis.lib.*7.*cap.*2. pag.200
Opera, quæ peculiari ratione ſunt animæ propria,licita ſunt diebus fæſtis.ibid.
Operis modicitas excuſat à peccato.ibidem. pag.201
Opera per ſe pietatis licet ſeruilia ſemper tamen ſunt licita. ibid.
Opera pietatis accidentaliter cum ſeruilia ſunt non licent die fæſto abſque neceſſitate ibi. pag.202
Opus, quod licitum eſt die feſto ſine lucro, licitum eſt & cum lucro. ibid.
Præter opera ſeruilia quænam opera vetita ſint diebus fæſtis. ibid.

Opinio.

*An contra propriam opinionem, vel probabiliorem operari liceat ſine peccato. Quæſtio vnica lib.*1.*cap.*5. pag.10
Tutior pars eſt, quæ non eſt expoſita peccato. ibid.
Quid circa hanc quæſtionem ſentiant Armilla, Angelus Syluester, Tabiena, Nauarrus, S. Antoninus,& alij. ibid.
Per Adrianum inſiſtendum eſt propriæ opinioni. ibid.11
*Licet etiam aliquando contra proprium placitum ſectari opinionem probabilē. lib.*1.*cap.*5. pag.11.

In ſpeculatiuis quæ ſit probabilis opinio. ibidem.
Quæ ſit probabili opinio. ibi.
Quando liceat propriam ſectari opinionem etiam minus tutam. ibi. pag. 12
Quomodo agens circa opinionem minus tutam adhuc non peccet. ibid.
Quomodo nedum agere, ſed etiam conſulere quis poſſit contra propriam opinionem. ibid.
Prima concluſio. ſi ſpectes Sacramenti dignitatem ſat eſt ſequi prabab ilem opinionem. l.b.1. cap.7. pag. 12
Secunda concluſio. Si ſpectes proximi vtilitatem tutiorem opinionem eligere debes, niſi ipſemet aliter eligat. ibid. pag. 13
Pœnitens ſequens probabilem opinionem eſt abſoluendus à quocunq; confeſſario. lib.1. cap.9. pag. 14
Licet Iudici ex opinionibus æque probabilibus eligere fauorabiliorem amico lib.1. cap.11. pag. 15
Sat eſt Iudici opinionem ſequi probabilem, etiam ſi alia ſit probabilior. ibid.
Sæpe opinio probabilior eſt minvs tutæ. ibidem.
Opinionis probabilitas vnde penſanda, & in quo verſari debeat. lib.1. cap.12. pag. 17

Papa.

Papa diſpenſare poteſt in voto ſolemni. lib.6. cap.10. pag. 183
Papa non poteſt facere, vt quod ſemel Deo conſecratum eſt conſecrationem amittat. ibid.
In quibus votis ſolus Papa diſpenſet. ibidem.
Quæ vota perpetuo Papæ reſeruentur. ibid. pag. 184
Votum de ſuſcipiendis Sacris ordinibus non eſt Papæ reſeruatum. ibid. pag. 185
An votum pœnale de materia Papæ reſeruata ſit Papæ reſeruatum. ibid.
Papæ authoritas ibi. pag. 187
Votum Papæ reſeruatam ſi ab eo in materiam ſibi non reſeruatam commutetur, poterit rurſus ab alioq; à Papa cōmutari ibi. pag. 191. cap. 12
Papæ diſpenſatio ſine cauſa inualida. ibid. pag. 192

Parentes.

Vt peccent parentes in ordine ad filios lib.7. cap.7. pag. 218

Paſſio.

Vt cauſæ peccati, vel meriti ſunt paſſiones. lib.2. cap.10. pag. 44

Peccatum.

Malum cur latius quam peccatum lib.2. cap.5. pag. 32
Quid ſit peccatum. ibid.
Quæ ex peccati definitione eliciantur. ib.
Peccata differunt vel eſſentialiter, vel accidentaliter ibid. pag. 33
Peccatum vel originale, vel perſonale. vel actuale, vel habituale. ibid.
Peccatum veniale priuat promptitudine exercitij charitatis. ibid.
Peccata actualia ex diuerſitate præceptorum non diſtinguuntur regulariter ſpecie. ibid.
Peccatum aut veniale, aut mortale. 1. diſt. lib.2. cap.6. pag. 34
Secunda diſtinctio peccatum vel contra reum, vel contra proximum, vel nos ipſos. ibid.
Tertia diſtinctio. peccatum vel ſpirituale, vel carnale. ibid.
Quarta diſtinctio. Peccata vel cordis, vel oris, vel operis. ibid.
Peccata vel ſunt commiſſionis, vel omiſſionis. ibid.

Digitized by Google

Quando peccata omiſſionis, & omiſſionis non differant ſpecie, vel è contra. ibid. pag.35

Peccata non ſunt connexa. libro 2. cap.7. pag. 36

Peccata non ſunt æqualia. ibid.

Quibus modis vnum peccatum alio grauius. ibid. pag.37

Rurſus, & alij modi, quibus grauitas peccati augetur. ibi.

Cauſæ internæ peccati ſunt voluntas, ratio, & appetitus. lib.2. cap. 8. pag.37

Cauſa peccati ea præſertim, ſine qua non. ibidem.

Cauſæ extrinſecæ peccati quæ. ibid.

Appetitus ſenſitiuus eſt cauſa peccati. lib.2. cap.10. pag.43

Vt cauſa peccati, vel meriti ſunt paſſiones, vt augent vel minuũt peccatum. ibidem. pag.44

Peccatum ex malitia vt grauius, & curatu difficilius. lib.2. cap.11. p.44

Cauſæ externæ peccatorum quæ ſint. lib. 2. cap.52. 45

Peccata nondũ per pænitẽtiã abolita. ibi.

Peccatorum capitalium ſufficientia. ibid.

Effectus peccatorum qui ſint. lib. 2. cap. 13. pag.45

Per peccatũ triplex ordo violatur. ibi.46

Pœna peccatis conſtituta duplex damni, & ſenſus. ibid.

Cur peccata in æternum puniãtur. ibid.

Cur peccatores lugent ſenſus, & damni pœnam. ibi.47

Peccatum dicitur veniale tripliciter ab euentu, à cauſa, & a natura propria. lib.2. ca.14. p.48. & totidem mortale.

Quid peccatum mortale, quid veniale, quod peccatum veniale vene peccatũ eſſe, probatur diuerſis rationibus. ibid.

Quid mortale ex ſuo genere, & veniale ex ſuo genere, & quomodo mortale ex genere fit veniale. ibi.49

Quomodo Veniale ex genere fiat mortale. ibid.

Peccatum idem numero ueniale, nunquã erit mortale. ibid.

Peccatũ veniale vt diſponat ad mor. ibi.

Quomodo differant inter ſe peccatum mortale, & veniale. ibid. pag.50

Vnde ſumenda ſit differentia inter veniale, & mortale. ibid.

Quomodo dignoſcatur aliquid eſſe peccatum mortale datur Regula etiam ex lumine naturali. ibid. pag.51

Pœna.

Modi varij in pœnis, quas leges infligũt. lib.3. cap. 8. pag.68

Cur pœnæ legum tranſgreſſoribus impoſitæ. ibid.

Ex quibus circunſtantijs pœna diminui poſſit. ibid.

Ratione ſcandali augenda pœna. ibi. 69

In legum pœnalium interpretatione mitior ſequenda. ibid.

Lex pœnalis non extendenda vltra crimen. ibid.

Iudex, quando ex pœnæ condonatione tenetur ad reſtitutionem. ibid. 70

Pœnæ a legibus taxatæ incutiuntur non ſi crimen attentetur ſed ſi fuerit conſumatum. ibi.73

Pœnæ iure Põtificio, & ciuili præſcriptæ periuris, numero primo.3.4.& 5. li.5. cap, 9. pag.137

Pœnæ blaſphemantium. lib.6. ca.13. p.16

Pœna peccatis conſtituta duplex damni, & ſenſus. lib.2. cap.13. pag.49

Peccato veniali ex ſe non debetur pœna æterna. ibid.

Pietas Parentũm.

Pietas, honoris nomine inſinuatã. libro 7. cap.4. pag.105

Pietas quid ſit. ibid.

Parentis nomine quinã veniant. ibi. 206

Cur

Cur parentibus non expreſſe præcipiatur filiorum dilectio. *ibid.*
Cur aliquando, qui parentes honorarunt non fuerunt longeui. *ibid.*
Reuerentia parentibus debetur actus interno & externo.lib.7.cap.5. p.209
Parentum percuſsio etiam leuis, & attẽtata peccatum mortale. *ibid.*
Parentum diſsimulatio quando peccatũ mortale. *ibid.*
Accuſator, aut parentum teſtis peccat mortaliter.
In quibus teneamur obedire Parentibus & in quibus non ibid. *pag.210*
Quomodo circa parentum ſuſtentationẽ delinquant filij. *ibid.*
Quando Patri priuſquam filio, & Pätri priuſquam Matri ſit ſubueniendum. ibid. 211
Quæ, & quot conditiones requirantur, vt quis teneatur ſub mortali abſtinere ab ingreſſu Religionis, ob paupertatem, & neceſsitatem parentum lib. 7. cap.6. *pag.212*
Tres conditiones, in quibus filij in neceſsitate, & paupertate Parentum, Religionem ingredi poſſunt. *ibid.*
Parentum ſcandalum non obligat filios vt abſtineant db ingreſſu Religionis, ſed aliquando. *ibid.213*
Probabile eſt profeſſos teneri ad parentum ſubuentionem per ingreſſum religionis. ibi. *pag.215*
Argumenta obligantium ſemper filios ad egreſsum pro parentum ſubuentione ſoluuntur. *ibi.216*
Quæ, & quot obſeruanda ſitet; cum religioſus ad parentes ſubleuandos gr editur. *ibid.*

Pollutio.

Caſus, in quibus pollutio in vigilia non ſit peccatum.lib.8.cap.5. *pag.262*
Leuitas materiæ, quæ tamen plenè ſit volita pro cauſa pollutionis, inducit peccatum mortale. *ibid.*
Pollutio nocturna an ſit peccatum, & quot modis contingat. *ibi.*
Pollutio nocturna ſequitur conditionem ſuæ cauſæ mortalis vel venialis, triplexq; eſt cauſa ipſius pollutionis. ibi.
Vt liceat complacentia, & deſiderium pollutionis nocturnæ. *ibid.263*
Pollutio nocturna non tollit uirginitatem. *ibid.264*

Præceptum.

Legis veteris præcepta illi ſtatui congruentia bona erant.lib.4.cap.1.p.88
Quomodo legis veteris præcepta unum & multa. *ibid.*
Præcepta moralia præcipua inter omnia & quare ſpectant ad legem naturæ. lib.4.cap.2. *pag.89*
Quæ in qualibet Decalogi tabula præcepta contineantur. *ibid.*
Quodcunque Decalogi preceptum eſt unum uel ſimpliciter, uel ſub ordinatione. *ibid.90*
Ratio ſufficientię preceptorum Decalogi. *ibid.*
Ratio diſtintionis noni præcepti, à decimo. *ibi.91*

Principia.

Principia moralia. libro 1. capitulo 4. pag. 4
Circa ultima principia nulla ignorantia & in his, quæ facile ex principijs ultimis deducuntur, quouſq; ignorantia detur.lib.2.cap.9. 39

Promiſſio.

An nuda promiſsio de re bona, & licita obliget ſub mortali.lib.6.cap.6.p.164 queſt. 8
Materiæ nobilitas latius accipienda eſt in furto, quàm in promiſsione. *ibid.*
Refellitur opinio Caietani probantis, ſimpli-

Digitized by Google

ſimplicium promiſſionem ex genere ſuo obligare ad veniale. ibi.165
Quando promiſſio non ſit ſeruanda. corollarium primum. ibi.
An promiſsio pure mentalis, vel etiam exterior, ſed ita vt promittens ſit ſolus obliget in conſcientia.q.9. ibid.
Mentalis promiſſio nullam inducit obligationem.ibid. pag. 166. ſoluunturq; nonnullæ dubitationes.

Raptus.

Raptores ſunt ipſo facto excommunicati. lib 8.cap.5. pag.261
Raptores qua pœna mulctentur. ibid.

Ratio.

Quid recta ratio lib.1.cap.2. pag.2

Religio.

Vt debitæ Religionis ingreſſus,qui valde meritorius eſt, alijs ſuaderi queat, quot conſiderãda ſint.li.6.ca.9.p.173

Sabbathum.

Qua ratione ſolius ſabbathi mentio fiat in tertio Decalogi præcepto.lib.7.cap. 1. pag.298
Cur ſolemnitas Sabbathi in diem Dominicum ſit tranſlata.ibid.q.1. pag.199

Sacramenta.

In Sacramento adminiſtrando licitum eſt ſequi opinionem probabilem, licet minus tutam.lib.1.cap.7. pag.12

Sacrilegium.

Sacrilegium vt ad irreligioſitatem, & vt ad luxuriam ſpectet li.8.c.5.p.265
Sacrilegiũ vt luxuriæ ſpecies. quid ibid.
Epiſcopus generaliter ſibi reſeruans ſacrilegium, non præſumitur reſeruare cauſatum cum perſona religioſa, aut in ſacris poſita,niſi expreſſerit. ibid.
Sacrilegium grauius ex violatione perſonæ,quam loci Sacri. ibid.
Sacrilegium poteſt concidere cum alijs luxuriæ ſpeciebus. ibid.

Sanctus.

Sancti adorandi ſunt ab hominibus adoratione duliæ.lib.4.cap.3. pag.93
Imagines Chriſti,& Sanctorum quomodo adorandæ. ibid.

Scrupulus.

Scrupulus quid ſit, & quomodo contra ſcrupulum agere licitum eſt.lib.1.cap. 14. pag.23
Vnde ſcrupuli oriantur, & quomodo eis obulandum. ibid. pag.24

Sodomia.

Sodomiæ execrãdũ ſcelus.li.8.c.5.p.264
Pœnæ antiquo,& nouiſſimo iure tam laicis,quã clericis ſodomitis conſtitutæ. ibidem.
Aliud eſt reſeruari actum ſodomiticum, aliud vitium cõtra naturã. ibi. p. 265

Stuprum.

Stuprum quando inuoluntarium, quando tantum violentum.lib.2.ca.2. p.27
Stuprum quid ſit, declaraturq; eius deſinito.lib.8.cap.4. pag.260
Vt ſtuprum grauius fornicatione. ibid.

Superſtitio.

Superſtitio cultus indebitus, idq; vel falſitate,vel ſuperfluitate.li.4.c.4. p.94.

Tactus.

Oſcula & tactus vt in ſeipſis mala, ſic nec aliquando peccatum. lib.8. cap.6. pag. 266
Quid de oſculis coniugum ante initum matrimonium. ibid.
Coniugum Tactus impudici, & ſecreti congreſſus ante matrimonium vitandi. ibid.

Timor.

Timor abſque ſeruilitate excuſat voluntatem efficacem. lib.8. cap. 7. pag. 272

Vo-

Voluntas Voluntarium.

Voluntas efficax habet ordinem ad opus, voluntas vero ſimplicis complacentiæ præſcindit ab opere.lib.8.cap.7.p.271
Humanarum actionum principia intellectus & voluntas.lib.1.c.1. p.26
Quid voluntas quæve reſpiciat, & quomodo principia voluntatis immobilia. ibidem.
Voluntatis actus triplex. ibid.
Voluntarium, quod ab intrinſeco, & cum cognitione; quomodo differt à violento naturali, & inuoluntario.ibid. cap.2.
Indirecte voluntarium quando. ibid.

Votum.

Votum in dubio adimpleri probatur lib. 1.cap.13. pag.22
Voti ethimologia, eiuſq; acceptio duplex. lib.6.cap.1. pag.239
Ad votum ſatis eſt implicita promiſsio. ibi. 140
Propoſitum non eſſe ſatis votum, probatur. ibid.
Vota, quæ Sanctis nuncupantur etiã Deo fiunt.ibid. pag.241
Voti dignitas. ibid.
De varijs voti diuiſionibus. lib.6.cap.2. pag. 142
Differentia inter votum ſolemne Religionis, & annexum ordini ſacro. ibid.
Voti ſolemnis eſſentia non conſiſtit in benedictione, & conſecratione.ibi. 143
Non votum ſolemne, ſed voti ſolemnitas eſt de iure poſitiuo. ibid.
Voti materia nonniſi quod bonum eſt, cap.3. pag.144
Votum de re peccaminoſa non eſt votum ſed duplex iniquitas. ibi.
Vota fiunt illicita diuerſis modis, & qui ſint. ibid.
Aliqua vota valent ad obligationem nõ ad meritum, & quæ ſint. ibi.145
Votum de re abſolutè neceſſaria, vel impoſsibile, vel nullum. ibid.
Votum de abſtinendo à mortali in genere eſt validum, multo magis in ſpecie.ibidem.
Votum de abſtinendo ab omni veniali eſt irritum.ibid. pag.146
Votum de rebus indifferentibus eſt nullum. ibid.
Vota licitè fiunt pro bonis temporibus. ibidem.
An de re, lege naturali, vel diuina alias præcepta votum fieri poſsit, ſuſtinetur affirmatiuè, ſoluunturque dubitationes. ibid. 147
Promiſsio, quæ fit in Baptiſmo, non eſt votum.ibid. 148
Vota contra conſilia Euangelica irrita ſunt.ibi. ſoluunturque nonnullæ dubitationes. ibi.
Votum contra Euangelica conſilia regulariter eſt peccatum veniale, eſt autẽ mortale in diuerſis caſibus. ibid.
An votũ fieri poſsit de rebus, quæ maius bonum impediunt, quomodo vera ſit pro parte affirmatiua hæc quæſtio.ibi.
An votũ de nubendo, quod eſt omnino incompatibile cum Religione ſit validũ; proponũtur dubitationes ſoluunturq; & concluſio pro parte affirmatiua eſt vera licet falſa eſſe poſsit reſpectu aliquarum circunſtantiarum.ibid. 150.
Votũ de Matrimonio contrahẽdo ſine copulæ conſummatione inualidum ibid.
Votum ex motu non cadente inconſtantem virum eſt obligatorium.ibi. 154
Votum ex metu intrinſecus, ſeu diuinitus illato eſt obligatorium. ibid.
Similiter ex metu intrinſeco proueniente ex cauſis naturalibus, & à cauſis liberis, modo ad finem extorquendi votum.

tum. ibid.
Votum ex metu cadente in conſtantem virum eſt iure poſitiuo nullum, proponuntur diuerſæ dubitationes, & ſoluũtur ibid. pag.155
Votum puerorum ante ſeptemnium regulariter eſt irritum. cap. 45. p.156
Votum ſimplex ante pubertatem à parentibus irritari poteſt. ibi.
Votum profeſſionis, ante expletum. 16. annum, inualidum. ibi.
Votum reale vſque ad 25. annum irritari poteſt à Parentibus, hoc tamen fallit aliquando. ibi.157
Seruus vouere poteſt quæ Dominio non præiudicant. ibi.
Vota in præiudicium ſtatus matrimonialis irritari poſſunt ab eo, qui patitur præiudicium. ibid.
Votum vxoris de ſubſidio terræ ſanctæ, ſine viri licentia nullum. ibid.
Vota, quæ preiudicant ſtatui Matrimoniali etiam emiſſa ante irritum matrimonium vel poſtea quidem ſed confirmata à viro poſſunt iterum à viro irritari. ibid. 158
Votum de non petendo debitum eſt nullum. ibid.
Facultas vouendi conceſſa vxori re integra reuocari poteſt. ibid.
Vir conſentiens voto vxoris de non petendo debitum adhuc ipſe petere poteſt. ibi. 159
Votum caſtitatis coniugatorum de communi conſenſu eſt obligatorium. ibid.
Filij, qui naſcuntur poſt emiſſum continentiæ votum ſunt illegitimi. ibid. 160
De votis religiorum adſunt quatuor concluſionis. ibid.
De votis Epiſcoporum quid ſentiendum ibid. 161
Actus vouendi ex ſe eſt ſub conſilio tantum. cap.6. pag.162
Voti licite emiſſi obſeruãtia ex ſe eſt ſub mortali, ex accidenti ſubueniali. ibid.
Voti emiſsio ex leuitate materiæ eſt venialis. ibid.
Diſcrimen inter votum & iuramentum. ibidem.
Ex intentione vouentis poteſt & in rei leuis transgreſsione peccare mortaliter. ibi.163
Quando voti violatio ſit ſpeciale peccatum. ibid.
In voti affirmatiui tranſgreſſione ſemel peccatur, in negatiui autem toties, & quoties. ibi.
Quando pœnitere de voto ſit peccatum, quatuor concluſi. ibi. 164
Quando votum deſinit eſſe obligatorium ratione materiæ, & quare. ca.7. p.167
In voto Virginiatis poteſt conſiderari & voti materia, & vouentis intentio. ib.
Votũ caſtitatis in Religione obligat poſt profeſsionem ibi. 168
Quid de muliere, quæ votum de non nucendo violauit. ibid.169
Caſus, in quibus ſaltem per alios votum eſt adimplendum. ibid.
De impedimentis ex parte intẽtionis vouentis diuerſæ Regulæ per totum cap. 8. p.170. vſque ad 173.
Quæ, & quot conſideranda pro ingreſſu religionis. cap.9. pag.173
De hac materia agitur vſq; ad 13. cap. excluſiue.

FINIS.

COMPENDII

Clauis Regiæ.

PARS PRIMA.

R. P. D. GREGORIO

SAYRO ANGLO AVTHORE.

&

R. P. D. CONSTANTINO

de Notarijs Nolano Sacri Cauenſis Cœnobij Præpoſito Clauſtrali Compilatore.

DE NOMINE CASVS, QVID SIT, ET quot modis accipiatur. Caput Primum.

CASVS, quia iuxtà nominis Etymologiã, à cadendo deriuatur, ideò lapſum ſignificat; hinc per metaphoram ad diuerſa transfertur, nam & Grammatici ad vocabulorum inflexionem, Oratores ad rerum calamitatem, Pholoſophi ad inſinuandum in opinatum euentum, illo vtuntur.

Caſus Etymologia. Quid Grãmaticis, Oratoribus, Philoſophis Apud Theologos ſumãtur.

Sed & Theologi Mortales casũ vſurpant tùm generaliter pro quolibet quęſito ad mores ſpectante, quo ſenſu Summæ de caſibus conſcientiæ paſſim inſcribuntur, tùm ſpecialiter pro ſolo peccato, quo quis cadit à virtutis rectitudine; Alioquin cenſurę omnes, cuiuſmodi sũt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, non ſunt peccata, ſed peccatorum pœnæ, & irregularitas eſt tantum impedimentum; at

primo pro quolibet morali quæſito Secũdo pro peccato.

ctus vel ab ordine ſuſcipiendo, vel à miniſtrando in iam ſuſcepto, ſicut & vota, & iuramenta ſunt ex potius virtutis actus, quam peccata; In præſenti verò hoc vtroque Theologorum modo caſus nomen accipietur.

Quomodo in præſenti.

Cæterum ex dictis colligitur: Primò, facultatem in Bullis concedi ſolitam, vt quis à caſibus, & cenſuris abſolui poſſit, intra caſuum, cenſurarumq; limites, vt verba ſonant, arctari.

Primũ corolarium.

Secundò colligitur Prælatum per confeſſionem caſuum reſeruatorum, hanc tantum intelligere, non autem ſimul & cenſuras reſeruatas, aut diſpenſationem in Votis, Iuramentis, & Irregularitate.

Secundum corrolariũ.

Quorum omnium duplex eſt ratio; & quia à diuerſis non fit illatio; & quia in odioſis (quales ſunt conceſſiones, quæ derogant ordinariæ poteſtati) interpretatio ſtrictè facienda eſt.

Vtriuſque duplex ratio.

Quid Conſcientia, & Synderesis. Caput II.

Quid conſcientia ex communi.

Conſcientia eſt internum animi teſtimoniũ, quo quis ſibi conſcius eſt de benè vel malè factis & quo quis iuxtà *a* Apoſtolum reprehenditur, vel excuſatur. In idem penè recidit definitio *b* D. Thomæ, dicentis eſſe rationis dictamen applicatum ad opus, indicans aliquid faciendum, vel fugiendum.

Ex D. Th.

a Ad Ro. 2 cap. *b* 1. 2. q. 19. ar. 5.

Synderesis Græcè, idem ac Latinè, attentio, & conſeruatio cõſaruat .n. legẽ naturalẽ in animo nẽ vnquã extingui poſſit: Definiturque eſſe habitus generalis, ſeu lumẽ connaturale inſtigans hominem ad bonum, eundemque à malo retrahens, obmurmurando de malo Pro intelligentia.

Quid Synderesis.

Quid recta ratio.

Notatur primo, quod recta ratio eſt participatio quædam, & cõformitas Diuinæ ordinationis, vt ſicut iſta eſt vniuerſaliter omnis boni, ita illa humanarum operationũ ſit recta regula, & quem admodum Arte facta tunc optimè ſunt compoſita, cum Artis regulæ conformantur, ita & humanæ operationes tunc ſint laudabiles, cum rectæ rationi ſunt conſentaneæ.

Notatur ſecundo, legem naturalem eſſe humanæ rationis lumẽ à Deo inditum noſtris mentibus, ad aliquid faciendum, vel fugiẽdum, iuxtà illud *c* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, quod eminenti quadam proportione reſpondet naturali inſtinctui à Deo Opt. cęteris rebus ratione carentibus impertito.

Quid lex naturalis.

c Pſ. 4. vide Aug 2. cõfeſ. c. 4.

Notatur tertio, Diſtingui intellectum in ſpeculatiuum, & practicum, *d* idque à fine, non ab eſſentia, ita vt finis ſpeculatiui ſit intendere veritatis, practici verò dirigere operationem.

Intellectus ex fine practicus, & ſpeculatiuus.

d S. Th. 1. p. q. 79. ar. 11.

Notatur

In vtroque eſt habitus ſuorū principiorum.

Notatur quarto, *a* Quod ſi ſicut intellectu ſpeculatiuo, ita & in practico datur habitus primorum principiorum, quo primis principijs practicis aſſentimur, qualia ſunt, bonum eſſe ſequendum, & malum fugiendum *b* & hic habitus appellatur Synderesis.

In diſcurſu pract. quid cuique proprium.

Conſciētia Etymon.

Dum ergo fit diſcurſus, practicus, verbi gratia omne malum eſt fugiēdum, Adulterium eſt malum, ergo eſt fugiēdum, Maior ſuggeritur a Synderesi vt potè generale principium practicum, minorem apponit ratio ſuperior, quia nimirum a Deo prohibitum, eidemque & ratio inferior aſſentitur, quia turpe, quia incommodum infertque conſcientia concluſionem, vere enim conſcientia idem ſonat, ac cum aliò ſcientia, *c* nempè cum Synderesi, & vtraque rationis portione, quò fit vt hanc practicam concluſionem tranſgrediens, Adulterium, eſt fugiendum, contra conſcientiam operari dicatur.

Quid de Syndereſi. Hieronyſ.

Porrò de Synderesi interpretatur *d* D. Hieronymus Aquilam, quartum Ezechielis Animal, quod eſt ſuper reliqua tria, quæ ſuo ordine triplici animæ appetitui correſpondent, nempè vitulus concupiſcibili, leo iraſcibili, &, Homo rationi, & rurſus ait *e* apud Malach. inſinuari ſub metaphora adoleſcentiæ noſtræ, quam cuſtodiri præcipimus, ſicut & in *f* ſpiritu pro nobis interpellanteait intelligi conſcientiam.

Origenes. Baſilius. Damaſcen. S. Antoni. S. Gregor. Lactan.

Denique hanc Synderesim appellat *g* Origenes ſpiritus correctorem, & Animæ pedagogum, *h* Baſilius naturale iudicium quo bona a malis diſcernimus, *i* Damaſcenus lucem Intellectus, *K* & S. Antoninus Animæ ſ. ciem, & vel *l* S. Greg. myſtice pro Synderesi interpretatur, ſeruū, qui e qualibet euaſit clade, vt Beato Iob illam ipſam renuntiaret, *m* ſic Lactantius atteſtatur illam fuiſſe gentibus non ignotam.

a Ariſt. 6 eth. 6.
b S. Th. p. p. q. 79. a. 12.
c S. Th. 2. d. 24. a. 4.
d Ezech. 1
e cap. 2.
f Ad Roman. 8.
g In epiſt. ad Rom. lib. 2.
h Initio Prouerb.
i L. 2. Fid. orthodoxæ. c. 12.
K p p. tit. 3. c. 10.
l z. Mora. c 33.
m 6. Diuin Inſtitut.

De conſcientia, & Syndereſis actibus. Capvt III.

Actus conſcientia triplex.

Primus teſtificatio.

Actus vtriuſque, præſertim verò conſcientiæ triplex eſt.

Primus dicitur teſtificatio cum ſcilicet recognoſcimus nos feciſſe aliquid, vel non feciſſe, *a* de hoc Apoſtolus ad Roman. 2. Teſtimoniū reddenti illis conſcientia eorum. Huc vergit cōmune prouerbium conſciētia mille teſtes.

Secūdus examinatio

Secundus dicitur examinatio, nō quidem circa facti exiſtentiam, vt prior, ſed circa qualitatem, an videlicet id quod factum, vel omiſſum eſt, an benè, uel male factum omiſſumve fuerit? & de hoc idem Apoſtolus *b* loco citato, ait, cogitationibus inter ſe inuicem accuſantibus, aut etiam defendenti-

a Legen. Auguſt in Pſ. 37 in il l. quoniā in te ſperaui. & habetur in c. cuſtodi. 11. q. 3. la ctan. 6. Inſtit. c. 24. Seneca. l. de n o & ad Rom. 9. & Eccle. 7.
b Ad Roman. 2. c.

bus, & cum *a* Gregorio *b* Auguſtinus dicens ſenti de Auguſt. quid quid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet. Atque ex hoc duplici conſcientiæ actu, vt inſequuntur dolor, & gaudium, turbatio, & quies tanquam effectus, ita penes eoſdem dicitur conſcientia bona, vel mala, pura, vel coinquinata iuxta illud Apoſtol. *c* de corde puro, & conſcientia bona, &c.

Hos duos actus quid inſequatur

a libro 6. ep 14. *b* Contra Secūdinū Manich. cap. 2. *c* 1. ad Timoth. 1. & ca. 4. & ad Titum c. 1. *d* Rom. 14.

Tertius inſtigatio. Tertius actus eſt inſtigatio, qua velut nunc ligari, nunc ſolui dicitur conſcientia, ad aliquid faciendum, vel omittendum. Operans verò contra hanc inſtigationem, & dictamen, dicitur operari contra conſcientiam, quo ſenſu aiebat Apoſtolus, *d* omne quod non eſt ex fide, hoc eſt, quod fit contra conſcientiæ credulitatem, peccatum eſt.

Fides pro cōſcientia.

Et quidem iuxtà hunc tertium actum conſcientia dicitur recta, quæ nimirum per verum ſillogiſmum veram concludit ſententiam.

Quid conſcientia erronea.

De Conſcientia Erronea. Capvt IV.

Onſciētia erronea eſt falſum rationis dictamen de eo quod agendum, vel fugiendum eſt. Circa definitionem.

Quæſt. 1. *Concluſio eſt affirmatiua.*

Primo dubitatur an ſit peccatum aliquid agere, vel omittere contra conſcientiam erroneam. Concluſio eſt affirmatiua cum D. Th. & alijs.

Probatur primo ex ſcriptura. Probatur primo *a* ex Apoſtolo, qui agens de infirmis circa rationem ciborum, ait iudicantem cibum eſſe communem, *b* hoc eſt immundum, quamuis reuera non ſit, ſi manducauerit, damnatus eſt; redditque mox cauſam, quia non ex fide, id eſt, *c* vt Patres exponunt, non iuxtà conſcientiæ dictamen, ex quo ſubinfert vt generale axioma, omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

a Ad Ro. 14. *b* Actor. 10. *c* Origen. Ambroſ. Chriſoſt. Oecum. &c.

Probatur ſecundo ex ſacris canonibus. Probatur ſecundo ex ſacris *d* canonibus, in quibus peccati reus habetur quicunque conſcientiæ reluctatur.

Probatur tertio ratiōne. Probatur tertio ratione. *e* Non ſequi regulam immediatam noſtrarum actionum eſt peccatum, ſed ratio etiam erronea eſt regula immediata noſtrarum actionum ergo, &c Hic diſcurſus fundatur in ſequentibus principijs.

Principia Moralia.

1 Primum velle malum ſemper eſt malum.

2 Secundum obiectum etiam in ſe bonum, ſi apprehendatur vt malum, erit malum ſaltem per accidens.

3 Tertium nulla lex obligat niſi quatenus nota nobis, & per rationem apprehenſa.

d c omnes 28. qu. 1. c. literas de reſt. ſpol. cap. fin. de præſcript. c. per tuas de Symo. *e* Legen. S. Th. 1. 2. q. 19. art. 5.

Quartum

a Apud gloſ. in c. omnes 28. q. 1. ver. conſcientiam.

b p. 2. q. 120. m. 3. ar. 1.

c Vide S. Th. 1. 2. q. 18. a. 8.

Quartum operationum noſtrarum regula immediata eſt ratio, proponens quid ſit vel non ſit agendum.

Sententia oppoſita. Contra hanc concluſionem ſenſerunt *a* Aliqui aſſerentes agere contra conſcientiam erroneam eſſe tantum peccatum in indifferentibus.

Quinq; operũ genera. Pro quo Nota ex *b* Alex quinque eſſe operum genera.

1 *Bonum omnino.* Primum quę ita ſunt bona, vt nullo maloſine fieri poſſint vt diligere Deum propter ſe.

2 *Malũ omnino.* Secundum quæ è contrario ita ſunt mala, vt nullo bono fine fieri queant, vt blaſphemare.

3 *Malum ex fine.* Tertium quæ ſunt bona in genere, poſſunt tamen fieri malo fine vt elemoſia ob vanam gloriam.

4 *Bonum ex fine.* Quartum è contra quæ ſunt mala in genere, & tamen fiunt ob bonum finem, vt ire ad lupanar ob meretricis conuerſionem.

5 *Indifferens omnino.* Quintum quæ ſunt omnino indifferentia, *c* vt de ambulare & circa huiuſmodi tantum vult hæc ſententia ſequendum eſſe conſcientiæ erroneæ dictamen, ita vt aliàs peccetur, & Probatur.

Prima obiectio. Primo conſcientia erronea dictat aliquando id quod eſt contra legem Dei, ſed nemo poteſt obligari ad id, quod eſt contra legem Dei ergo, &c.

Soluitur. Reſpondeo ad maiore, conſcientiam erroneam dictare quod eſt contra legem Dei tantum materialiter, ideſt quod ex ſe verè eſt contra legem Dei, non autem formaliter, quia id non vt contrarium, ſed ut conſentanum legi Dei apprehenditur, licet falsò.

Secunda obiectio. Secundo probatur aduerſariorum ſententia, nam alias ſequeretur, quod diligens Deum ſuper omnia, reluctante conſcientia, peccaret, & ſimiliter in quouis alio bono opere.

Soluitur. *Peculiare eſſi Dei dilectioni, vt ex nulla circũſtantia deprauetur.* Reſpondeo nil mirum, ſi peccetur ex boni operatione, ſi ſit cõtra dictamen erroneæ conſcientiæ, cum apprehendatur vt malum, implicat autem, Dei dilectionem ſuper omnia apprehendi vt malam, & ratio eſt, quia conſcientia etiam erronea ideo refugit aliquid, quia illud apprendit vt contrarium charitati, & dilectioni diuinę ſuper omnia.

Queſt. 2. *Prima concluſio.* Quæritur ſecundo principaliter, an conſcientia erronea obliget nos, vt eam ſequamur.

Prima concluſio conſcientia erronea ex ignorantia vincibili, & culpabili obligat, non quidem vt quis eam poſitiuè ſequatur, ſed nè fiat contrarium eius quod ipſa dictat.

Prima pars patet quia proponitur aliquando a conſcientia erronea vt fiat mallum, nullus autem tenetur ad id, quod ſi fecerit peccat.

Secunda pars probatur quia id malum eſt cuius omiſſio a ratione, licet erronea apprehenditur vt malum.

Obiectio Quod ſi dicas, ergo tunc homo erit perplexus, quidquid enim faciet non euadet peccatum.

Solutio. Reſp. id contingere propria culpa, cũ ingnoret id quod tenetur ſcire, & poſſit ſcire, & per illum ſtet deponere errorem, & perplexitatem.

Digitized by Google

Secũda cõ-cluſio. Secunda concluſio conſcientia erronea ex ignorantia inuincibili, & inculpabili obligat ad vtrumque, nempè & ad poſitiuam ſui dictaminis obſeruantiam, & ne fiat contrarium eius, & in hoc caſu ſecundum Medinam idem eſt facere ſecundũ conſcientiam, & non facere contra illam.

Quid Dur. in hac cõ-trouerſia. Contra vtramque concluſionem ſentit a Durandus; ſuppoſita quippe differentia inter obligari, & ligari, ita vt obligari ſit eſſe poſitiuè obnoxium executioni, ligari verò ſit non eſſe ita diſpoſitum, vt licitè procedatur circa aliquod agibile præpediẽte, quaſi ad inſtar ligaminis erroneo conſcientię dictamine: vult conſcientiam erroneam nos ligare, non autem obligare, ideſt non inducere obligationem ſibi poſitiuè adhęrendi, ſed tantum nè oppoſitũ faciamus, idque tam in culpabili, quam in inculpabili ignorãtia, cum diſcrimine tamen, eò quod ſequendo conſcientiam erroneam inculpabiliter, non peccamus, cum eiuſmodi ignorantia excuſet, ſequẽdo verò erroneã culpabiliter, peccamus, vtpote nõ excusati. a 2. diſtin. 39. q. n. 5. 7.

Refutatur Cæterum hæc diſtinctio inter obligare, & ligare, b ab alijs non admittitur, voluntque conſcientiam erroneam ſiue culpabiliter, ſiue non, ſemper obligare ad id faciendum quod ipſa pictat, ſed diuerſimode, vt ſupra. Sed pro Durando. b Medina 1. 2. q. 19. ar. 5. & 6. Rodrig in ſum. p. p. c. 71. cõcl. 2. Vaſq. 1. 2. diſput. 60. c. 2.

Pro Durãdo obijcitur primo. Obijcitur primo, Nulla poteſt eſſe obligatio ad illicitum, aut ad licitum quidem, ſed indebitum, quale eſt opus ſupererogationis, & conſilij: ſed conſcientia erronea quandoque vtrumque dictat, ergo non obligat.

Soluitur. Reſp. iuxtà ſuperius traditam diſtinctionem, nam ſi error ſit inculpabilis obligat poſitiuè ne dum ad indebiti, ſed etiam ad illiciti executionem, ſi verò ſit culpabilis, quia tenemur illum deponere, non faciendo vt ille dictat, peccamus, vt ſupra.

Obijcitur. Obijcitur Secundo, vera notitia de re obligationem ad illã non tollit, ſed magis inducit, ſed vera notitia de re, cuius erat erronea conſcientia tollit obligationem faciendi id quod ipſa dictabat, ergo prius conſcientia erronea non obligabat.

Soluitur. Reſp. ad maiorem, diſtinguendo de obligatione, hæc enim vel procedit ex errore, vel ex veraci dictamine, ac proinde, vt vera notitia, rei nouam inducit obligationem ex veraci dictamine procedentem, ita tollit antiquam, quæ ex erroneo dimanans præexiſtebat.

Obijcitur tertio. Obiicitur Tertio, lex aliter promulgata, quam à Rege lata ſit, non obligat, ſed ita ſe habet præceptum ab erronea conſcientia aliter apprehenſum, quam vere ſit ergo, &c.

Vt differat obligatio cõſcientiæ rectæ & erroneæ. Reſp. proportionaliter vt ſupra, & in forma negatur maior, habet enim tunc lex obligationẽ ex apprehenſione, & exiſtimatione licet erronea, quæ vt tollitur per ſuperuenientem veracem notitiam ita per eandem noua inducitur.

Ex dictis Elice conſcientiam rectam obligare ſimpliciter, erroneam verò, ex ſuppoſitione.

Quæſt. 3. Tertio principaliter quæritur quale peccatum ſit agere contra conſcientiam.

Digitized by Google

Prima concluſio.

Prima concluſio *a* qualitas hæc deſumitur ab ipſomet falſo iudicio, qui à conſcientia erronea diſcordat, vt ſi transgrediendo credat ſe peccare mortaliter, peccet mortaliter, ſi venialiter, venialiter, quod intelligitur modò ex ſe non ſit mortale, error enim, vt notat *b* Nauar. peccati grauitatem non minuit. Concluſio eſt contra *c* Ant. de Corduba, & probatur, quia voluntas fertur in illud malum pro vt apprenditur.

Ampliatur 1 2

Ampliatur autem hæc concluſio vt locum habeat etiam ſi iudicium erroneum ſit implicitum, & rurſus etiam ſi actus tantum iudicetur malus in genere, cum alioquin ſcire poſſit diſtinctè, & in particulari.

Secūda concluſio.

Secunda concluſio, *d* Agens contrà dictamen erroneum de malo in genere, de quo ſcilicet non iudicat in particulari ſi ſit mortale, vel veniale, peccat mortaliter.

Probatur. 1 2

Primo quia exponit ſe periculo.

Secundo quia iam videtur ita affectus, quòd ſi diſtinctè ſciret eſſe mortale, adhuc illud committeret, quare fallitur *e* Valen. arbitrans voluntatem hanc in ratione operandi eſſe imperfectam.

Tertia concluſio. 1 2

Tertia concluſio, Putans quis in vniuerſali rem eſſe illicitam, licitam tamen hic, & nunc, vtiq; faciendo illam non peccat, *f* Tum quia conſcientia erronea circa opus faciendum non ſignificat iudicium practicum in communi, ſed in particulari. Tum etiā quia cum peccatum in propoſito noſtro, totum naſcatur ex errore, iam error non perſeuerat, ſed deſinit.

Quæſt. 4.

Quarto Principaliter. Quæritur, Ad quod peccati genus reuocetur peccatum contra conſcientiam.

Concluſio bimembris.

Reſp. reduci ad illud cuius præcepti transgreſſionem tali perpetratione fieri dictat conſcientia, vt ſi quis ad propriam accedens vxorem eam putet alienam, peccabit contra preceptum. Non mechaberis.

Si verò actu non cogitetur tranſgreſſio alicuius præcepti, tunc tantum peccabitur contra præceptum Syndereſis. Hinc infertur.

Primū corrolarium.

Primo, agens tam contrà erroneam, quam contrà veracem conſcientiam vnicum tantum peccatum committere, Ratio eſt quia nullum peccatum obligat niſi media conſcientia & notitia, quæ eſt immediata regula noſtrarum operationum; quinimò conſcientia, ſeu notitia, ſiue vera, ſiue falſa idem prorſus eſt ac ipſum præceptum, eſt contra *g* Angeſtum.

Secundum corrolariū.

Secundo non eſſe neceſſarium explicare in confeſſione an ſcienter mortale peccatum quis operatus ſit, an contrà dubium conſcientiæ. Ratio eſt, quia hæc circumſtantia ſpectat ad communem quandam peccati rationem, quatenus ſcilicet qui peccat, facit contra Syndereſim. eſt contra *h* Hadrianum.

Secūdi corrolarij limitatio.

Rectè autem docet *i* Val. cæteris paribus, intrà eandem peccati ſpeciem grauius illum peccare qui actu iudicans aliquid eſſe malum, ſiue verè, ſiue falſo, adhuc illud committit, quam qui ſecus.

Verum hæc ſecunda Illatio fallit, dum quis credit ſe teneri ad

a Caieta. verbo cō-ſcientia. Valen. to. 2. diſpu. 2. q. 14. pūc. 4. dub. 3. *b*. In Manuali prælud. 9. n. 9. *c* Lib. 3. 99 .0. 4. concl. 6. *d* Rodrig. p. p. ſum. c. 71. concl. 4 Vaſq. 1. 2. diſp. 79. c. 3. *e* to. 2. diſput. 2. q. 14. pun. 4. dub. 3. *f* Caet. 1. 2. q. 19. a. 5. & 10. 1. opuſc tr. 17. reſpōſ. 13. in fine.

g cap. 7. Moral. dub. 2. *h* In 4. tr. de cōfeſs q. 4. §. venio nunc. *i* Vbi ſup.

ſupradictam circumnantiam explicandam. Ratio eſt, quia aliter de nouo ageret contra conſcientiam, licet erroneam.

Quæſt. 5.

Quinto principaliter. Quæritur, *a* An qui agit contrà conſcientiam erroneam magis peccet, quam qui ſecundum illam operatur.

a Dur. 2. d. 39. q. 5. n. 9. Almai. to. 1. Moral. cap. 5. Med. c. 2. q. 19. ar. 5. Vaſq. 1. 2. diſput. 60. cap. 3.

Grauitas peccati ſi ſequen vel refragans di ctamini erroneo penſatur ex qualitate materia.

Reſp. in hoc conſiderandam eſſe materiam circa quam verſatur conſcientia erronea, aliquando enim magis, aliquando minus peccabitur agendo, vel non agendo iuxta illius dictamen, verbi gratia eſt dictamen erroneum, quod mentiendum ſit pro vita proximis, ſi quis mentiatur, tantum peccat venialiter; ſi vero non mentiatur, peccat peccato homicidij: E cõtra, ſit dictamen erroneum quod quis diuiti furari ad ſubueniendum pauperi, idque ſub pœna peccati venialis, certè grauius peccabit ſequendo dictamen, quam obnitendo, in actu enim poſitiuo peccat peccato furti, quod eſt mortale, in negatiuo autem tantum venialiter.

Cõtrariũ Docet Baſſo. Ratio, Baſſol.

Contrarium docet *b* Baſſol. volens plus peccare qui erroneam conſcientiam ſequitur, quam qui contra illam operatur.

b 2. d. 39. q. vn. a. 3.

Fundamentum eſt hoc: Grauius eſt violare legem ſuperioris, quàm inferioris, dictamen conſcientiæ eſt lex inferioris, nempe hominis contrarium eius eſt lex ſuperioris, nempe Dei ergo, &c.

Solnitur.

Reſp. ad minorem. conſcientiæ dictamen non eſſe legem, ſed proponere legem, licet cum eſt erroneum, falsò eam proponat, ideoque peccati grauitatem penſandam eſſe vt ſupra ex varietate materiæ &c.

Quæſt. 6.

Sexto principaliter, *c* Quæritur, cur ſicut actio contra dictamen erroneum ſed culpabile eſt peccaminoſa, ita cum non eſt illi contraria non ſit meritoria?

c Alen. p. 2. q. 110. mẽ. 3. D. Th. 1. 2. q. 19. a. 6. ad primum Cordu. q. 4. dub. 3. in ſol. p. 4. Dionyſ. ca. 4. diu. nomin.

Bonum ex integra cauſa malũ ex quolibet defectu.

Reſp. rationem eſſe *d* quia bonum eſt ex integra cauſa, malum verò ex quolibet defectu, quare cum bonum apprehenditur vt malum, in illud ferri eſt malum, quia apprehenſio illa ſub ratione mali ſatis eſt ad bonũ in praxi maleficandum; ſecus verò ſi malum eſt, & ſi vt bonum apprehendatur, quia tamen verè bonum non eſt, ideo in illud ferri, erit malum.

d S. Th. 2. d. 39. art. vlt. ad 5. Armil. v. cõſcientia nu. 1. & 2. Medi. 1. 2. q. 19 ar. 5. q. 3. Alen. p. 2. q. 120. m. 3 ar. 2. Bonau. 2. d. 39. ar. 1. q. 3. n. 24. Her. qdl. 8. Carth. Ant. Silu. Ang. v. cõſcient.

Quid inter dictamen culpabileer roneum, & ſine culpab le.

Notandum tamen erit diſcrimen inter erroneum culpabile, & inculpabile, illud enim eſt voluntarium, cum in poſſe noſtro ſit errorem deponere hoc verò ſecus, quare ob ſequens dictamini erroneo vincibili ſemper peccat, quia voluntariè, ſecus ſi inuincibili, quia inuoluntariè.

Quæſt. 7.

Septimo principaliter. Quæritur, An conſcientia erronea plus obliget quam præceptum Prælati; quæſtio intelligitur in rebus indifferentibus; In quâ.

Prima ſententia plus vrgere conſcientia dictamen. ſecũda ſententia oppoſites probatur.

Prima ſententia eſt *e* aſſerentium plus obligare, & conſequenter maius peccatum eſſe agere contrà conſcientiam, quam contrà preceptum Prælati. Fundamentũ eſt, quia dictamen conſcientiæ apprehenditur vt diuinum præceptum, Prælati vero iuſſio vt quid humanum, *f* obedire autem oportet magis Deo quam hominibus.

f Acto 4.

Secunda ſententia eſt huic oppoſita, pro qua eſt.

Prima

Digitized by Google

Prima ratio Prælatus præcipit poteſtate a Deo deriuata, ergo cum aliquid ab eo præcipitur; conſcientia ſubditi habet ſupra ſe nedum Prelatum, ſed Deum. 1

Secunda conſcientia erronea poteſt deponi ex præcepto Prælati, ergo hoc præponderat. 2

Tertia *a* daretur ſubditis occaſio tergiuerſandi obedientiã, opponendo dictamen ſuæ conſcientiæ oppoſitum præcepto Prælati. His ſtantibus ſit. 3

a Carthu. a.d. 39. q. 3.

Prima concluſio, Dum conſtat præceptum Prælati eſſe contra Dei præceptum, non eſt ei obediendum, patet, imò talis conſcientia erit rectiſſima.

Secunda concluſio ſi Prælatus præcipiat aliquid, de quo eſt contraria lex lata ab aliquo eminetiori Prælato, verbi gratia ſi ſit motus proprius Summi Pontificis, ſed poſtea abrogatus, ita tamen vt ſubditus ſciat legem, neſciat autem eius abrogationem, & Prælatus imponens contrarium præceptum vtrumque ignotet, & ſubditi conſcientia non acquieſcat ex illo generali principio, tutum ſcilicet eſſe ſequi Prælati beneplacitum, tunc ſubditus tenetur magis ſequi conſcientiæ dictamen, quam Prælati præceptum, Ratio eſt quia error eſt inculpabilis.

Tertia concluſio cum ſubditi conſcientia culpabilis eſt, & vincibilis, prevalere debet Prælati præceptũ, maxime poſt ipſius admonitionem.

Ex dictis facile conciliantur ſupradictæ ſententiæ.

Prima concluſio p acce piũ Prelati diuino præcepto cõtrarium eſt ſeruitum. Secũda cõcluſio. Aliquando eq̃uẽ proprio conſcientia dictamen. Tertia concluſio erronea culpabilior conſciẽtia ſubdite relinquenda ad Prelati iuſſionem.

De conſcientia probabili, eiuſque obligatione recenſentur Doctorum opiniones. Caput V.

a Med. ſ. 2. q. 19. 2. 6.

Præmitto primo *a* quod probabilis conſciẽtia connotat aſſenſum vnius partis contradictionis, cum formidine alterius, conſciẽtia verò dubia, nec aſſenſum habet, nec diſeſũ alicuius partis, ſed ãceps remanet.

Premitto ſecundo, quod ille maior aſſenſus, qui ĩ cõſcientia probabi'i eſt reſpectu vnius partis, poteſt oriri vel ab intrinſeco, ideſt vel cum tali propoſitio eſt per ſe nota, vel ab extrinſeco, verbi gratia ob Doctorum authoritatem, & continget aliquando vt quis adhæreat vni parti ob probabilitatem ab intrinſeco, & alteri ob probabilitatem ab extrinſeco, & tunc intellectu opinantis non erunt duo aſſenſus contrarij cum non ſint ex eodem motiuo, exemplum ſit verbi gratia. An eligendus ſit dignior, in hoc poteſt quis ſequi partem *b* affirmantem ob rationem, quæ cauſat probabilitamen

b Hãc partẽ ſequuntur Palu. Caiet. Medin. Petr. Nauar. Aragon.

Cõſcientia probabilis cõnotat aſſenſum vnius partis, Dubia nullius. Maior aſſẽſus poteſt eſſe vel ab ĩtrinſeco vel ab extrinſeco.

Digitized by Google

tatem ab intrinſeco, quia ſcilicet ſic ſeruetur Iuſtitia diſtributiua, *a* & negantem ob plures Doctores, exiſtimantes eſſe ſatis ſi dignus eligatur, &c. His præmiſſis.

a Subſcribunt. Sot. Ledem. Hadri. Nauar. Cou. Salon. Angles. Valen.

Quæſtio vnica.

Queritur. An contra propriam opinionem, vel probabiliorem operari liceat ſine peccato.

Caiet ſententia in credendis.

b Caietanus docet in credendis illicitum eſſe ſequi propriam opinionem, niſi eam ſubmittendo regulæ ſuperiori, ſcilicet Eccleſiæ. Ratio eſt, quia habens aliquid dubietatis, cuiuſmodi eſt omnis opinio, reſolui debet in regulam certã nè error poſſit ſubeſſe.

b In Sũma v. opinio.

In agibilibus. Tutior pars eſt quæ non eſt expoſita peccato.

In agibilibus autem ait ſequendam eſſe partem tutiorem, Ratio eſt quia cum adhuc exploratè non innoteſcat falſitas alterius partis, ex cuius tranſgreſſione peccatur mortaliter, eam relinquendo exponit ſe periculo, vnde patet eam eſſe partem tutiorem, quę peccato non ſit expoſita.

In agibilibus, ſufficit probabilitas.

Limitat autem ſuam ſententiam, modò propia opinio non ſibi ſit ita certa ob rationes, vt non obſtante contraria opinione, adhuc moralem habeat certitudinem: quippè cum in agibilibus non requiratur certitudo quædam, & euidentia mathematica omnem tollens dubietatem partis oppoſitæ.

Angelus. Syluester. Thabiena. Armillæ opinio.

c Armilla vult Primo, vt illam ſequamur ſententia, quæ firmiori nititur fundamento. Secundo, vt æquior præſtet rigoroſiori *d* Tertio, vt fauorabilis pręferatur odioſæ.

c v. opini. n. 2. & nu. 3. 4. 5.
d iuxta c. Odia de reg. iur. in 6.

e Angelus, Sylu. & Thabiena. Docent primo Adhærendum opinioni, pro qua ſint leges, aut conſuetudines, ſecundo ſi pro vtraque parte ſint iura, cõcordanda eſſe pro temporũ, aut circumſtantiarum diuerſitate, tertio ſi concordari nequeant ſequendam eſſe communiorem ſententiam, quarto ſi non appareat quæ ſit communior, eligẽdam quæ firmior, quę benignior: Benignior autem erit quæ fauet iuramento, voto, libertati, teſtamento, pupillo, peregrino, matrimonio, Religioni, quinto cæteris paribus, ſectandam, quę probatur peritis in arte.

e Verbo opinio. n. 2.

Quid Nauarrus.

Addit *f* Nauar. hunc quidem ordinem ſeruandum in foro contentioſo, at in foro conſcientiæ, ad effectum non peccandi ſequendam opinionem eius, quem virum idoneum ſcientia, & conſcientia nouimus: *g* quin nec eam cenſeri comunem, cui plures quaſi gregarim adſtipulantur, pręſertim ſi ſint eiuſdem ſcholæ, ſed cui, licet pauciores, claſſici tamen ſubſcribunt, & pro qua ſinguli propria aſſerunt fundamenta.

f In Man. c. 27. nu. 285. 286. 287. & 288.
g nn. 289.
h par. 1 tit. 3. c. 10. §. 10.

Quid S. Antonin.

h S. Antonin. ait Doctos poſſe illam ſequi opinionem quæ pro ſe habeat nobiles Authores, modò abſit ſcandalum, non repugnet Eccleſiæ, fuerit adhibitum examen, illaque probabilior credatur etſi minus tuta, verbi gratia: *i* S. Thom. vult neminem teneri poſt lapſum immediatè confiteri niſi in quibuſdam caſibus, etiam habita copia confeſſarij, è contra K D. Bonau. docet ad hoc teneri Religioſos, eò quod totum tempus vitæ eorum tempus ſit pænitẽtię; tunc ergo doctus poſſet ſectari ſententiam D. Thom. licet minus tutam. De Indoctis vero aſſerit poſſe eos ſequi ſententiam, quam maluerint, modo ſit pro illa aliquis eximiæ authoritatis Doctor.

Diſſidiũ inter S. Th. et S. Bonau.

i Addit. 3. p. q. 6. a. 5.
K 4. d. 17. p. 2. diſt. 2. 2. q. 2.

a Sot.

a Lib.3.de Iuſt. q.6. a.5. ad 4.

Sot. vult aliter ī ſcholis, aliter procedendum in praxi.

a Sot. loquens de viris doctis, præmiſſaque diſtinctione, quòd aliter in ſcholis ad exacuenda ingenia, aliter in praxi, ad euitanda pericula procedendum ſit, docet.

Primo ſectandam opinionem probabiliorem.

Secundo ſi due æquè ſint probabiles, licere nunc vnam, nunc aliam amplecti pro libito, licet hoc, vix citra ſcandelum.

b Quod l.2. pūct.3. v. ideo pro reſponſ. litera A. ar.2.q.19. art 6.

Per hadrianum, iſiſtēdum eſt propria opinioni.

Barth. Medina.

b Hadrianus adit. Non eſſe agendum contra propriam ſententiam.

Primo quia recederetur ab eo, quod exiſtimatur verum.

Secundo quia patraretur illicitum.

Tertio; quia in eius intellectu eſſent duo aſſenſus contrarij.

c Medina contendit poſſe nos ſequi opinionem probabilem quamuis oppoſita ſit probabilior.

Denique alij alia docent, ſed quæ ferè concidant cum ſuperioribus.

Quamnam opinionem Viri Docti, & experti in operando, vel conſulendo ſequi teneantur. Caput. VI.

a Med. 1. 2. q. 19. a. 6. dub. penul. Vaſq. diſpu. 62. c. 4. Petr. de Arag. q. 63. a. 4.

Prima concluſio licet aliquādo, etiā contra propriā placitum ſectari opinionē probabilē.

Probatur primo, quia idē licet in ſpeculatiuis.

Secundo ex notione opinionis probabilis.

Tertio non eſt imprudētia ergo nec peccatū.

Quarto a ſimili vel ēt a fortiori.

Quinto q̄ aliter nimis grauarētur cōſcientiæ.

Nō φ nobis difficile ōnino tale iudicetur.

PRima concluſio a ſi opinio quæ aſſerit aliquid non eſſe peccatum, ſit vel communis, vel ſaltem peritorum iudicio in ea arte non iudicetur improbabilis, poteſt quis eam ſequi etiam contra propriam opinionem. Probatur.

Primo in ſpeculatiuis illa eſt probabilis opinio, quam ſequi poſſumus citra errorem, ergo & in practicis.

Secundo quia ea eſt opinio probabilis, quæ & conformatur recto dictamine, & quā ſine reprehenſione ſectari poſſumus.

Tertio quia vt non eſt imprudentia, etiam contra propriam opinionem ſequi Doctorum ſententiam ſic neque peccatum erit.

Quarto tenetur ſubditus obedire Prelato dimittendo propriā ſententiam, modò id quod Prælatus præcipit ſit etiam ſecundum opinionem probabilem, ergo abſolutè idem quis poterit ex ſe preſtare.

Quinto nimis augeret conſcientias, teneri ſemper ad diſquirendum quęnam, ſit opinio probabilior.

Neque ex eò quod aliquod argumentum diſsoluere nequeas, illud ſtatim iudices inſolubile, præſertim ſi non latuerit Authores oppoſitæ ſententiæ, ſæpè enim fit, vt quod mihi implicitum, alteri facillimum videatur.

Fallit

li mitan ad concluſio. Illuſtratur exemplis.

Fallit tamen cõcluſio dum Authoribus contrarię ſententiæ, lex vel ratio propter quam aliter mihi ſentiendum videtur, non innotuit, vnde cum *a* aſſerentes licitum eſſe accedere ad Euchariſtiam tantum cum contritione peccati mortalis, etiam habita copia confeſſarij, perlegant Concilium Tridentinum, *b* in quo aliter ſtatuitur, certè huic ſententiæ tamquam iam antiquatæ adhærendũ non erit Similiter; *c* Multi docebant occidentem, vel mutilantem inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, eſſe irregularem, at nunc per clementinam ſi furioſus, amplius non tenetur.

1
2

a Caiet. in ſumma v. cõmunio & ter. p. q. 80. a. 4. Hadria. Ric. car. Ioan. Med. c. de Cõfeſſ. q. 14. dub. 2. *b* Seſſ. 13. cap. 7. & Can. 11. *c* S. Tho. 2. q. 64. ar. 7. Alen. Palud. Riec.

Secũda cõcluſio. Quã docti ceat ppriã ſectari ſententiã etiam minus tutã

Secunda concluſio licitum eſt propriam ſectari opinionẽ, etiam ſi minus tuta ſit, modo & ipſe ſit doctus, & id fiat poſt contrariarum opinionum diſcuſſionem, & probabilior videatur, & Doctores pro ſe habeat non contemnendos. Concluſio eſt ferè communis, & patet cum in moralibus non maior diligentia requiratur.

Tertia concluſio Quomodo agẽs ſecũdũ opinionem minus tutam adhuc non peccet.

Tertia concluſio agens contra propriam opinionem cui fortè ob rationem adhæret, ſequẽdo oppoſitam quam, verbi gratia probabilem cenſet ob Doctorum authoritates, licet ea minus tuta ſit nec peccat, nec ſe exponit periculo, etiam ſi reipſa peccetur faciendo id quod talis oppoſita ſententia docet, modò tamen omnem exuat peccandi dubietatem: alioquin cum ſe periculo exponeret, peccaret.

Quarta cõcluſio Quomodum agere ſed et cõſulere quis poſſit cõtra propriã ſententiam.

Quarta concluſio. Nè dum poteſt quis tutè operari contra propriam ſententiam, ſed eam etiã alijs conſulere, in hoc tamen prudenter agat, nè ſibi ipſi contrarius videatur.

De opinione in Sacramentis conficiendis, & adminiſtrandis, tàm à doctis, quàm ab indoctis ſequenda. Caput VII.

Prima concluſio ſi ſpectes Sacramẽti dignitatẽ ſatis ſ qui probabilem opinionem. Probatur.

PRima concluſio. *a* Si ſolam ſacramenti dignitatem inſpicias, licitum eſt in eo adminiſtrando ſequi opinionem probabilem, licet minus tutam. Probatur.

a Med. 1. 2. q. 19 ar. 6 dub. penult. Sal. q. 63. ar. 4. cõtrou. 2. in reſpõſ. ad 3 Vaſq. 1. 2. diſpu. 63. c. 2.

Primo quia in moralibus vbi omnino certitudo haberi non poteſt, ſatis prudenter quis operatur, dum opinionem probabilem ſequitur præſertim cum de ratione opinionis probabilis, ſit vt & rectæ rationi conformetur, & eam ſine reprehenſione ſequi poſſimus. 1

Secundo hoc idem licitum eſt in negotijs magni momenti, ver- 2

bi gratia

a Dur.4.d. 17.q.11.n. 6.et 7.Sol. d.11. q.6. verſ. hic breuiter, & d.9.q.1. ar.3.ad 3. Armill.Le deſm. Alēſ. Angi. Henr.&c.

Non tenetur niſi ex eo quod perfectius.

bi gratia non reſtituere quod verò eſt alienum, & hoc propter Doctorum opinionem probabilem in aliquo caſu, ergo & in adminiſtratione ſacramenti.

Obijcies, Adhuc pars oppoſita eſt probabilior, & tutior, ergo.

Reſpondetur non teneri ad id quod eſt ſecurius & perfectus, hinc licet perfectior ſit cœlibatus matrimonio, ad illum tamen ſecluſo voto non tenemur.

Secunda concluſio ſi proximi vtilitas in parte tutior tenenda niſi ipſemet aliter eligat.

Secunda concluſio *a* Si ſpectetur proximi vtilitas, ſemper tutior pars eſt eligenda modo ipſemet proximus aliter ſpōntè eligat.

De imperitis, quam opinionem in operando ſequi teneantur. Caput VIII.

a 4. Sent. q. 2. prolog. cōcl. 5. *b* lib. 2. q. 3. in reſolutione cōcluſionis dic.4. *c* Quol.4. q.33. *d* q.vul.de coarract. concluſio n. 2. caſu 2.

Ioa. Maior. Anton. de Conduba. Henricus. Corradus.

IOan. *a* Maior, & Antonius de Corduba *b* volunt imperitos ſectari debere communiórem ſententiam ſiue illa ſit tutior; ſiue nō; aliter temerè ſe gereret. *c* Henricus & *d* Conrad. docent poſſe etiam eos ſequi minus communem, minuſque tutam, modo illam viri probi, & in ea arte periti, ſequantur.

Horum ratio eſt quia ſi ipſemet Doctor illam in ſuis operationibus ſequi poteſt, alijſque ſequendam proponere, ergo & imperitus, qui de illo Doctore bene ſentit, prudenter & rationabiliter faciet ſectando ipſius opinionem.

Quid inter dubium, et formidinē.

Limitant autem pręfati Doctores hanc ſuam concluſionē, dummodo in ſequendo talem ſententiam habeatur conſcientiæ dictamen, non quidem abſque formidine, ſed abſque dubio. Porrò dubitare dicetur qui æquè in vtramque partem propendet, ita vt in neutra illarum maior ſubiecti cum prædicato conformitas ei appareat, è contrà formidat, qui ab altera quidem contradictionis parte aſſenſum non excludit, ſed rationes quibus ad illum mouetur indicat probabiles non euidentes.

Cautio ad cōfeſſarios.

e Vide Salon.2.2.q. 63.a.4.cō trou.2.

Cęterum quamuis hæc ita ſint, *e* videat tamen confeſſarius quomodo in rebus tanti momenti ſe gerat, nec ſtatim eam ſententiam arbitretur probabilem, quæ vel ſuo ingenio, vel vni, aut altari tantum Doctori probetur, ſed conſulat peritiores, cum in moralibus plus valeat praxis, quam ſpeculatio.

Di

Digitized by Google

De opinione quam confeßarius in abſol-uendo pęnitente ſequi poſſit, aut teneatur. Caput IX.

pænitens ſequẽs opinionem probabilẽ eſt abſolu. à quocumque cõfeſſ.

COnclusio vnica eſt. *a* Nedum proprius confeſſarius, ſed etiam arbitrarius tenetur abſoluere pænitentem ſequentem opinionem probabilem, etiam in damnũ tertij, & etiam extra tempus confeſſionibus deſtinatum, alioquin faceret contra Iuſtitiam, probatur, quia non abſoluere benè diſpoſitum, eſt facere contra Iuſtitiam, ſed pænitens ſequens opinionem probabilem eſt benè diſpoſitus ergo &c.

Excuſaretur tamen aliquando confeſſarius à mortali, non abſoluendo, ſi bona fide, & rationabili ex cauſa id faceret.

a valẽtia. to.3. diſp. 5. q 7.pũ. 4. Vaſq.1.2. diſput. 62. cap.7. Sot. 4. d. 18. qu.2.2. 5.ad 5.Ledeſm 2. 4. q.8. art.4. dub.7 Soto.4.d.18. q.2.a.5.ad 5. Nauar. Man.c.26. nu.4.

De Medicis, quam Opinionem ſequi teneantur in præſcribendis medicamentis. Caput X.

Prima conclusio.

PRima concluſio, vbi medicamentum inexploratum eſt, nihiló; de eo ex Medicinæ regulis colligi poteſt, adhiberi non debet, etiam ſi aliter conſtet imminere mortis periculum. Ratio eſt quia cum nulla ſit probabilitas an iuuet medicamentum, peccatur nedum contra charitatem, ſed etiam contra Iuſtitiam exponendo vitam infirmi periculo mortis, quare in tali caſu faciendum eſt quod præſcribunt *a* canoniſtæ, & *b* ſummiſtæ, nempè vt tutior pars eligatur, relinquendo infirmum prouidentiæ diuinæ.

Secunda concluſio.

Secunda concluſio vbi fuerint vtrinque opinionem probabiles de medicamento, & adhuc ſuppetunt alia remedia de quibus nil dubitetur, reus erit homicidij, qui ijs relictis, illa applicuerit, Ratio eſt quia ſe homicidij periculo exponit.

Tertia concluſio.

Tertia concluſio ſi de omnibus medicamẽtis quę applicari poſſunt, & dubium ſit, & ſpes, licebit Medico ſequi ſuam probabilem ſententiam, & tutè experietur an tale medicamentum ſit noxium, vel proficuum. Ratio eſt quia vbi tutiora deſunt, lex iuſti-

tiæ, &

a Inno. c. Tua nos de homic. num 1. *b* Ang. in v. Med c° Nau. mar. ca. 25 nu. 60. Piſan. Tabien. Sot. &c. *c* Corduba ex Galeno lib.3. qu.5. poſt concl. 51.

tiæ,& charitatis ad nihil aliud obligat,niſi vt id applicetur, quod ſecundum humanam prudentiam ſperatur profuturum.

Quarta concluſio Praxis ſpeculationi præferatur, longè enim certior;experientia ratione.

Quarta con cluſio.

De iudice, & aduocato, quamnam ille indicando hic patrocinando ſequi poſsit opinionem.

Caput XI.

Prima con cluſio Licet Iudici ex opinionibus æque probabilibus eligere fauorabiliorem amico.

a Petr. Arag. 2.2.q. 63. art. 4. dub. vlt. Salô. ibid. cõtrou. 2. Valen to. 3. diſp. 5. q. 7. pun. 4. dub. 3. Med. 1. 2. q. 19. ar. 6. dub. pen. Petr. Sot. Mancius, &c.

PRima concluſio *a* Dominum ęqua lance ad vtraque partem ſtat probabilitas, nihil prohibet, quin poſſit Iudex ad illam inclinare, quam magis amico re putat fauorabilẽ. Ratio, quia iam ei in integrum eſt quamcumque maluerit opinionem ſectari, cumque vt ſic, iuſtitiæ, diſtributiuæ non detrahatur, vti que nec perſonarum fiet acceptio; con firmatur à ſimili in beneficiorum collatione, nam in æquè idoneis; electio eſt arbitraria, Imò, ſecluſo ſcã dalo, poterit in caſu noſtro; modo ſecundum vnam partem, modo ſecundum aliam. vt oprotunitas exegerit, ferri ſententia; videat tamen Iudex nè in eiuſmodi iudicijs effectu ſurepente decipiatur.

Probatur. 1 2 *Ampliatur Cautio ad iudices.*

Secũda con cluſio. Sat eſt iudici opinionẽ ſequi probabilem etiã ſi alia ſit probabilior Probatur.

b Salô cõ cluſ. 4. Valen. prop. 2.

Secunda *b* concluſio ſi ſecundum intra pars vtraque ſit probabilis, altera tamen probabilior, poteſt Iudex, dimiſſa probabiliori, ſequi minus probabilem, quam tamen iudicet veram aliàs ſi falſam, peccabit. Probatur.

1 *Ex notione opinionis probabilis.*

Primo ex notione opinionis probabilis, quæ & conformis eſt rectæ rationi, & communiter tuta. Nec obſtat quod oppoſita ſit probabilior, nam ſicut in medijs ad ſalutem ordinatis non tenemur, ſecluſo voto, aut iuramento, ſequi quod eſt melius, & ſecurius, ſed ſatis eſt ſi bonum ſectemur, & tutum, ita nec in Doctorum opinionibus.

2 *A ſimili id poteſt cõfeſſarius ergo, et iudex cõ tentioſus.*

Secundo poteſt confeſſarius, relicta ſua probabiliori ſententia iudicare ſecundum minus probabilem pænitentis, quam tamen non iudicet eſſe falſam ergo, & iudex.

3 *Sepe opinio probabilior eſt minus tuta.*

Tertio ſæpè opinio magis probabilis eſt minus tuta, ergo, &c. Antec. *c* probatur, probabilius quippè eſt Epiſcopos, & Clericos eſſe dominos ſuorum redditum, Retrahentem aliquem ab ingreſſu Religionis non teneri niſi vt iterum illum ſuis adhortationibus ad priſtinum deſiderium reducat, licere mutuãti accipere aliquid vltra ſortem principale ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis.

c Vid. Sot. 10. de iuſti. q. 4. ar 3.

gentis, & iudicem, cui conſtet inquiſiti innocentia, poſſe illū condemnare per allegata, & probata, cum tamen in his, & ſimilibus tutius ſit oppoſitum.

Superflua limitatio Petri de Aragon. Soluuntur. aduerſariorum argumenta.

Porrò limitatio *a* Petri de Arag. ſcilicet, nè per conſuetudinem opinio ſit abrogata, vt vera eſt, ita minus neceſſaria, ex quo enim conſuetudo *b* optima legum interpres contrà eam inoleſcit, iam deſijt eſſe probabilis.

Contra hanc concluſionem ſenſerunt *c* Caietan. *d* Sylu. & alij. Obijcitur ergo.

1 Primo relinquens opinionem probabiliorem exponit ſe periculo ergo, &c.

Reſpondeo negando antecedens, cum oppoſita probabilis reputetur vera.

2 Obijcitur ſecundo. *e* In dubijs pars tutior eſt eligenda.

Reſpondeo intelligi dum vtraque pars habet periculum, ſecus ſi vtraque ſit ſecura.

3 Obijcitur tertio opinio probabilior inducit maiora merita cauſæ. Sed iudex tenetur iudicare pro parte habente maiora merita ergo, &c.

Reſpondeo ad mai debere intelligi de maiori probabilitate facti, hæc enim eſt que inducit maiora merita.

4 Obijcitur quarto. In iudice apprehendente altera partem vt probabiliorem, inſurgit iudicum practicum quod etiam ſit ſecurior, ergo ſi illi non adhæreat iudicabit contra dictamē conſcientiæ.

Reſpondeo iudicium hoc inſequens eſſe ſpeculatiuum in praxi autem ſemper certus eſt licere ſibi relicta probaliori ſententia ſequi probabilem.

Tertia concluſio. Quando in ciuil partes ſunt componendæ. In criminal quād pro Reo.

Tertia concluſio cum factum ad vtramque partem æquè probatur, tunc, in ciuilibus componendi erunt inter ſe litigantes, re de qua controuertitur, ſi nihil obſtet inter ipſos diuiſa. *f* In criminalibus vero iudicium ſtabit pro Reo *g* cui tamquam aggreſſo, & ſe defendenti æquius eſt ſubuenire, quam fiſco, qui ſe habet vt aggrediens, & accuſator.

Quarta concluſio.

Quarta concluſio ſi factum ſit probabilius pro vna parte, tenetur Iudex in illius fauorem ferre ſententiam, Ratio, quia hæc habet maiora merita neque hæc cōcluſio repugnat ſecundę quia in illa de iuris hic de facti maiori probabilitate ſtatuitur.

Circa aduocatum. Vnica concluſio.

Circa aduocatum; Quæritur an ſi ipſe partem aduerſarij ſpeculatiuè ſequatur, eamque in praxi reputet probabiliorem poſſit adhuc contra illam patrocinari.

h Reſpondeo affirmatiuè etiam in cauſa ſanguinis, bonorum, et honoris, neque tunc Aduocatus contra conſcientiam aget; Ratio eſt, quia quamuis in intellectu ſpeculatiuo ſciat cauſam illam eſſe minus probabilem, ſimul tamen habet hoc iudicium practicum licere ſibi cauſam defendere, quoties nō eſt manifeſta iuſtitia pro altera parte.

Duo tamen caueat, & nè cliens ignoret maiorem aduerſæ partis

a vbi ſup. *b* c. cū dilectus de cōſuetud. Argum. l. Minimè, ff. de leg. & cō ſtit. *c* v. opin. *d* v. eo 1. §. 2. Contr. vaſq. Sot. *e* c. Iuuenis deſpōſal.

f Salō. vbi ſup. *g* Argum. Reg. cum eum de Reg. iur. in 6. & re. in obſcu. co. ti.

h Eſt communis excepto Soto 5. de iuſtit. q. 8. art. 3.

ſramoni- Pio.

Digitized by Google

partis probabilitatem,& nè iniurium, & teſtium deductione ſit infidelis.

a Præter Hadr. qđ lib.2.pūc. 3.litera.A.

Subditi quando parere debeant ſuperiori aliquid contra propriam opinionem præcipienti. Caput XII.

a cap.5.in princ.
b Eſt cōis exceptis Corduba l.3.q.5.& Vaſq.
c S.Thom. quodl. 8. a.13.Caietan.r. opuſ. 27.reſpōſ. q.13. dub. 7. Nauar. S. Anton. Adrian. Medina Vaſq.Cor dub.Valē.
d Ad Roman. 14.
e Eccl. 3.

REſpondeo a iuxtà communem teneri ſubditum contrà propriam opinionem ad obediendum ſuperiori quando illum id poſſe præcipere arbitratur, Ratio, nam ſi id quod à ſuperiore præcipitur licitum eſt ob probabilitatem operationis, ergo ex eo quod præcipitur tenetur ſubditus obedire etiam contra propriam ſententiam.

Preceptū ſuperioris candēs ſupliciū eſt obligatorium.

Nota.tamen opinionis probabilitatem non naſci ex eo quod à ſuperiore præcipiatur, ſed quia ſic iudicant viri ſapientes.

Opinionis probabilitas unde pēſanda, & in quo verſari debeat.

De conſcientia Dubia, An, & qualiter ſecundum eam quis operari teneatur. Caput XIII.

Quęſt. 1.
Dubietas; vel ſpeculatiua vel practica.

QVæritur primo: An manente dubitatione poſſit homo facere id, de quo dubitat eſſe peccatum. a Quid ſit conſcientia dubia, dictum eſt ſupra. Hęc verò dubietas poteſt eſſe vel modo, ſpeculatiuo, vel practico, ſeu in particulari b fierique poteſt vt quis certus de quæſit in vniuerſali, & ſpeculatiuè, adhuc de eodem dubitet in particulari, idque ob circumſtantias quæ in particulari poſſunt contingere, quæſtio ergo eſt de dubio practico, & in particulari ad quam.

Agen: cōtrà conſcientiā dubiam, peccat iuxta dubij qualitatem. Probatur.

Reſpondeo negatiuè, & ſic operantem peccare mortaliter, vel venialiter iuxtà dubij qualitatem Probatur.

1 *Ex ſcriptura.*

Primo c Apoſtolus nedum quod eſt contra conſcientiā, quam appellat fidem, ſed etiam quod non ex eiuſdem aſſenſu dicit eſſe peccatum.

2 *Quomodo exponit ſe periculo.*

Secundo d quia exponens ſe periculo, peribit in illo.

Tertio quia conuincitur minus amare Deum, quam rem, cuius *a* executione exponit ſe periculo incurrendæ inimicitiæ Dei.

Quarto à priori, volens rem dubiam, potius vult ſub ratione malis, quę ſi bona ſit, eſt per accidens.

Quinto ad actum bonum requiritur cognitio libera, & voluntaria boni, hæc vero in caſu propoſito deeſt ergo, &c. Ex dictis infertur.

Primo *a* quod tenetur quis confiteri peccatum veniale cum dubitat an ſit mortale.

Secundo *b* quod dubitans an poſſit plures retinere præbendas, debet illas renunciare.

Quæritur ſecundo, Quid ſit agendum dum conſcientia manet ſub dubio. Pro quo Notandũ quod ſi neceſſario electio eſt facienda, tunc vel de vtraque parte dubitatur, an ſit p. vel dubium tantum eſt de altera parte.

In primo caſu determinanda eſt conſcientia ad alteram partẽ, & ſecundum illam operandum, quam autem partem quis debeat eligere, conſtabit ex dicendis. in ſecundo caſu fiet electio partis de qua non dubitatur, quando vero hæc ſit nedum licita, ſed neceſſaria, ex mox dicendis innoteſcet, ſit ergò.

Prima regula; In dubijs tenemur omnem adhibere diligentiam vnde veritatis lumen affulgeat.

Secunda regula ſi, propria induſtria non ſit ſatis, ſectemur prudentum conſilium præſertim confeſſariorum, *c* quod ſi talium copia non adſit, à Deo ſe poſito omni humano affectu, precibus id conſequi enitamur.

Tertia regula; *d* Si altera pars ſit ſub dubio peccati, altera dubio vacet tenemur Hanc ſectari, verbi gratia timeo nè contractus ſit vſurarius, teneor abſtinere.

Limitant tamen *e* aliqui, modo ne magnum indè mihi damnũ emergat, verbi gratia dubito an fundus ſit meus, tutius eſſet reſtituere, at ex reſtitutione magnũ mihi contingeret incommodum, tuere, at ex reſtitutione magnum mihi contingeret incommodum & cum melior ſit conditio poſſidentis, ideo cæteris paribus in huiuſmodi dubijs non teneor.

Quarta regula *f* quando ex vtroque parte non poteſt deponi dubium, ſequamur tutiorem, ſi neutra tuta ſit, ſequamur minus periculoſam.

Limitat & hanc *g* Sylu. ita vt ſi pars quæ eſt minus tuta ſit probabilior, pręferatur, Additque *h* Nauar. Vbi præceptum de re non vrgeat, eſſe tantum ſub conſilio ſequi partem tutiorem, modo altera ſufficienter ſit tuta.

Quæritur tertio. An dum aliquis rem poſſidet, dubitans ſi ſit alterius teneatur reſtituere, vel poſſit retinere & vti.

Prima conclusio. Dubitans an res poſſeſſa ſit aliena ante debitam inquiſitionem poteſt quidem detinere, non tamen vti, aut alienare, Ratio primæ partis eſt à fortiori cum id liceat ei qui certus eſt rem eſſe alienam, quouſque innoteſcat verus Dominus. Ratio

ſecundæ

3 *D. ſic poſt habetur per executionẽ rei dubię.*

4 *Volens rem dubiã vult ſub ratione mali.*

5 *Ad actũ bonum requiritur voluntas, & libertas.*

Corrolaria

Quæſt. 2. Electio vel neceſſaria, vel libera. Veldere ad vtramque parte dubia vel tantum ad vnam.

Quid in vtroque caſu. Prima regula.

2

3

Limitatio.

4

Limitatio Sylueſtri. Nauar.

Prima concluſio. Ante inquiſitionẽ poteſt detineri res dubia, ſed nõ licet uti. vel alienare

a Nauar. in Man. c. 21 n. 33 & in c. ſi q̃s autẽ de pænit. d. 7. nu. 4. Adria. Henriq. &c.

b S. Tho. quod l. 8. a. 13. Naua. c. ſi q̃s autem nu 58.

c Bona. 2. d. 39. ar. 1. q. 3. Salon 2. 2. q. 63. ar. 4. controu. 2.

d Rodrig. in ſumma p. 2. c. 51. conclu. 2. Medina. 1. 2 q. 19. a. 6. dub. 4 concl. 3.

e Medina loco cita. Sot. in relat. de tegen. m. 3. q. 2. conclu. 1.

f Doctor. in cap. Iuuenis de ſpõſ. c. ad audientiã de homic.

g V. Dubium q. 2.

h In c. ſi q̃s autẽ de pænit. d. 7. n. 34. & in Ma. c. 27 n 28.

i Vaſq. diſputat. 66. cap. 7. Corduba Adrian. Sot

ſecundæ partis eſt, nam ſi tenetur inquirere de Domino, ergo, &
rem conſeruare, aliàs fruſtià eſſet inquiſitio.

Secũda cõcluſio. Poſt debitã Inquiſitionẽ licet integre rem poſſidere.

Secunda concluſio; Qui poſt debitam inquiſitionem adhuc ma
net dubius, poteſt rem integre poſſidere.

a Reg. in pari de lict. de regu.iur. 16. b Reg. 11. ibidem.

Probatur.

Primo quia *a* in dubijs potior eſt conditio poſſidentis.
Secundo *b* cum partium iura ſunt obſcura, reo potius, quam
actori fauendum eſt, dubitans autem de re ſua eſt velut reus.
Tertio detinendo rem illam non violatur Iuſtitia ergo, &c. An-
tecendens patet quia ſeruatur æqualitas inter ius propriũ, & alie-
num, ex vna enim parte habet æquale ius, dominij ratione dubij, 1
& ex altera habet maius ratione poſſeſſionis bonæ fidei. 2
Quarto ita decerneretur in foro exteriori, ergo & in interio ri 3
eſt enim materia Iuſtitiæ vt ſupra. 4

c Vaſq. 1. 2. diſp. 66. c. 7.

Tertia cõcluſio. Et aliquãdo nedũ vti ſed alienare. Modo dubiũ ementi manifeſtetur.

Tertia concluſio. *c* Poſt debitam Inquiſitionem poterit nedum
vti, ſed etiam alienare paratus tamen pretium reſtituere ſi conſti-
terit eſſe alterius. Ratio, quia ſi licet poſſidere, ergo & vti, præſer-
tim cum in multis periculoſa, nedum fruſtratoria ſit poſſeſſio ſine
vſu, vendendo tamẽ teneor dubium illud manifeſtare ementi, ſic
enim res vendita minus ualet.

Quarta cõcluſio. Dubitans ante ex itã poſſeſſionem quid agat.

d Caiet. 2. 2. q. 26. ar 5. ad 3. Salõ. Ledeſ.

Quarta cõcluſio dubitans a principio de re, antequam ſit illius
poſſeſſor ſi dubium ſuperare nequeat, nec poterit rem poſſidere,
ſed partiatur rem cum eo de quo dubitat, ſi Dominus neſciatur,
d detur pauperibus ex integro; Ratio primæ partis, quia ius ęqua-
le eſt inter vtrumque, & nondum adeſt poſſeſſio, Ratio ſecundæ
quia eo modo cedit in veri Domini vtilitatem.

Opinio Adr. Soluitur prima eius obiectio.

Contrarium ſentit *e* Primo Adrian. nempè teneri ad reſtitu-
tionem rei poſſeſſæ ſi poſt diligentem indaginem dubium perſe-
uerat &c.

e In 4. de reſtitutione: in materia de præſcript. & quo. 2.

Probatur primo; quia pars tutior eſt reſtituere ergo, &c. Cum
aliàs ſe exponat periculo furti.

Soluitur ſecunda obiectio. Diſparatio i dubio rei poſſeſſæ, et matrimonii.

Reſpondeo non adeſſe huiuſmodi periculum, nam vt ſupra di
ctum eſt, potior eſt eius pars, teneturque homo ſuæ magis, quam
alienæ indemnitati conſulere, & ſupra non eſt conſcientia læſa
poſt debitam inquiſitionem, eaque facta licet quis remaneat ſpe-
culatiuè dubius circa rei conditionem, & qualitatem an ſua ſit,
vel alterius, practicè tamen, quia videt ſe habere nedum æquale
ius, ſed etiam maius, ratione poſſeſſionis, & diligentiæ, ideo &c.

f Corduba l. 3. que. 8. ad primã. g In c. vlt. de præſcriptionibus h 2. 4. q. 18. ar. 1. dub. 14. f. 231. i 4 de iuſt. q. 5. a. vlt. in fine.

Probatur ſecundo pro Adriano, *f* nam poſſet a ſimili coniux
in dubio vti matrimonio, & nedum reddere, ſed etiam petere de-
bitum.
Reſpondeo diſparem eſſe rationem, nam in vſu matrimonij ſub
dubio exiſtentis, nedum timetur tranſgreſſio Iuſtitiæ, ſed etiam al
terius virtutis nẽpe caſtitatis, debet ergo ob hoc aliud periculum
abſtinere à petendo, non autem a reddendo, i. è alter coniux ſua
poſſeſſione ſpolietur.

Cõtrariũ ſenſerunt. Butrius. Ledeſmius Sotus. Petr. Arag.

Contrariũ etiã ſenſerunt *g* Butr. *h* Ledeſin. *i* Sot. & K Arag.
Volentes rem poſſeſſam ſub dubio etiam poſt diligentem inqui-
ſitionem diuidẽdam eſſe cum eo de quo eſt dubiũ an ſit legitimus

Cordub. Quæſt. 4. Prima conluſio. Vulgò ex ſi iuſto fa uet.

Dominus *a* Corduba etiam vult ſaltem non licere ea vti, & multo minus alienare, ſed horum omnium rationes iam ſunt ſolutæ.

Quæritur quarto. *b* Quid ſi dubitetur an aliquis ſit legitimus, idque intelligitur poſt debitam inquiſitionem.

Prima concluſio ſi dubium perſeueret, vulgo autem pro legitimo habeatur, iudicium ſtabit pro eo, etiam in præiudicium fratrũ, tum quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, tum etiam quia filius non eſſet condemnandus, niſi ob parentum culpam, ſed hæc non liquet.

Secũda conclusio. Ordo Regularũ iuris. 1 2 3

Secunda concluſio etiam ſi ab initio dubium fuerit, cenſeri tamen debet legitimus niſi contrarium probetur, Ratio ſumitur ex ordine regularum Iuris, quę tres ſunt in hoc propoſito, ſed ita diſpoſitæ vt hæc prima; In dubijs tutior pars eſt eligenda, tollatur per hanc ſecundam In dubijs melior eſt conditio poſſidentis; & demum huic per aliam tertiam derogetur, cum partim iura ſunt obſcura, fauendum eſt potius reo quam actori, ac proinde, licet duę priores ſint pro fratribus indubia legitimis, tertia tamen fauet ei de quo dubitatur,

Quæſt. 5. Prima conclusio. In dubijs tãtum denunciatus & publicus clerici percuſſor habetur pro excommunicato.

Quinto quæritur Quid in dubio an fuerit incurſa pœna, verbi gratia excommunicatio, aut irregularitas ob aliquod facinus.

Prima concluſio, In dubijs nec in iudicio nec extra, habendus eſt aliquis pro excommunicato, *c* ſed tantum publicè denunciatus, vel publicus clerici percuſſor.

Secũda conclusio. Dubitãs an incurrerit eligat partẽ tutiorem.

Secunda concluſio, *d* qui dubitat an incurrerit, tenetur eligere partem tutiorem abſtineri, &c. Aliter faceret cõtra conſcientiam, & ſe exponeret periculo &c,

Tertia conclusio. In dubijs facti etiã in foro exteriori pars tutior eligenda.

Tertia concluſio, In dubijs facti tutior pars eſt eligenda etiam in foro exteriori. Ratio quia *e* forum exterius & interius regulariter purificantur, niſi vrgeat ſpecialis ratio, & iudicium non fundatur in præſumptione.

Panormit. ratio in contrarium ſoluitur.

Contrarium huius tertiæ concl. docent, *f* Panormit. & *g* alijs, pro quibus affertur Innoc. in c. ad audientiam nu. 9.

h Reſpondeo ibi tantum præſcribi non eſſe inducendam nouam irregularitatem vbi hæc nõ fuerit à iure expreſſa.

In dubijs ne pœna ordinaria quis puniatur.

Adhuc autem qui in dubijs cenſetur irregularis non debet puniri pœna ordinaria vt ſpoliatione beneficij, &c. Ratio diſparitatis, quia in hoc graue damnum quis pateretur, in illo vero, aut nullum, aut modicum.

Quæſt. 6. Licet in dubijs reddere debitũ, ſed non petere.

Quęritur ſexto. Quid agendum cum vtraque pars eſt dubia, & tamen altera ipſarum neceſſario eligi debet, verbi gratia; Dubitãs Mulier an ſuperuiuat prior maritus, dubitat communiter an neget debitum, nè contra iuſtitiam, ſimulque an reddat, nè contra caſtitatem, & tamen alterum horum neceſſario debet eligere.

Reſpondeo tam in foro exteriori, quam interiori; tam in matrimonio mala fide, quam bona fide contracto, & ſiue inquiſitio ad dubium deponendum facta fuerit, ſiue non, teneri coniugem reddere debitum petere autem non poſſe.

Ratio primæ partis eſt quia incontinentia eſt minus malum,

a 2.2. q. 62 q. de dominio in fine.
b 1. 3. q. 8.
c Legendi ſunt Dec. in c. per tuas de probat. Sylu. v. filius. q. 12. Angel. nu. 16. Vaſq. diſp. 66. c. 8.
d Extrau. ad euitanda per quam derogatur c. cũ deſideres §. 2. q. de ſent. excomm.
e Iuxta t. in c. ad audientiã c. ſignificaſti 2. c. Petitio tua de homic. & c. illud. de cler. excõmunic. mir iſt.
f Arg. c. vt animarũ de conſti. in 6. & c. vnico de iure iuran. C. & c. 1. de ſepult. in 6.
g c. ad audientiã & c. cum tu de teſtibus
h Sylu. Angel. Felin

Digitized by Google

Minus malum incõtinentia, quã iniuſtitia.

a quam iniuſtitia *b* ex duobus autem malis minus eſt eligendum,
ſed in non reddendo ſubeſt periculum iniuſtitiæ, in reddendo pe-
riculum incontinentiæ ergo, &c. Quòd verò petere non poſſit,
quæ eſt ſecunda pars, patet, quia ſic faciendo nulli periculo ſe ex-
ponit, cum ergo in dubiis tutior pars, &c. Sed circa hanc conclu-
ſionem.

Quõo intelligenda c. 1. Cautio ad coniuges.

N. primo eam intelligi, niſi coniux teneatur dubium ſuum alte-
ri coniugi manifeſtare: Nunquam verò tenebitur dum vel pericu-
lum imminet, vel nullus ſperatur fructus.
N. 2. Intelligi, etiamſi dubium ſit de priori matrimonio, in quo
caſu videtur vtrumque timeri periculum, & incontinentiæ ſi 2
non ſit legitima vxor, & iniuſtitiæ contra priorem coniugem, ſi ſu-
peruiuat, hoc tamen non obſtante, cum præſens coniux ſit bonæ
fidei poſſeſſor, meliorque ſit conditio poſſidentis, proin. redden-
do ei debitum ceſſat omnis iniuſtitiæ ratio contra priorem coniu-
gem.
N. 3. Intelligi, etiam ſi qui dubius eſt, mala fide contraxerit, Ra- 3
tio, quia eius malitia non debet obeſſe bonæ fidei alterius.

Mala fides vnius non obeſt bonę fidei alterius.

N. 4. modo nè dubium ſit in vtroque coniuge. Ratio quia negan
do debitum nulla committitur iniuſtitia, & reddendo ſe exponit
periculo incontinentiæ, & hinc ſequitur, quod ſi alter coniugum
declaret ſe non habuiſſe animum contrahendi, ſi petat debitum, 4
poteſt alter coniux licitè denegare.
N. 5. Intelligi poſt conſumatum matrimonium, *c* datur enim ab
eccleſia bimeſtre, intra quod quilibet poſſit determinare an velit
in matrimonio perdurare, an ad Religionem pertranſire.

Cõclusioni reluctatur. Primo Adrian.

Contra concluſionem noſtram ſentit Primo *d* Adrian. nempè
coniugem ſub dubio, nec petere, nec reddere poſſe debitum, Ra-
tio quia vtroque modo faceret contra conſcientiam.
Reſpondeo reddendo non facere contra conſcientiam, imò re-
ctum dictamẽ eſt, vt ſupra diximus ex duobus malis, eligere quod
minus eſt.

Secundo Idem met, alter tamen.

Contra eandem ſentit idem *e* Adrian. volens duo capitula, Do-
minus de 2. Nupt. & cap. inquiſitioni de ſententia excom. non lo-
qui niſi in foro exteriori cum tamen ex his duobus capit. maximè
noſtra ſententia confirmetur.

Intelligentia duorũ canonum.

f Reſpondeo primo per inſtantiam Nam in cap. Dominus, ſcri-
bit Papa ad Chriſtianos captiuos, docens quid facere tenerentur
in tali dubio, ergo loquitur in foro interiori, & in cap. Inquiſitioni
ſermo eſt de dubio pulſante conſcientiam, additurque ſi leue ſit,
deponendum eſſe iuxtam Paſtoris conſilium, ergo loquitur in fo-
ro interiori.

Tertio appo nuntur cõclusioni. Sotus. Ledeſm.

Reſpondeo ſecundo per fiduciariam reprobationem, forũ enim
interius & exterius non contrariantur, quoties exterius non inni-
titur præſumptioni. cum ergo in caſu noſtro idem dubium ſit in
vtroque foro, eadem quoque & in vtroque erit ratio deciſionis.
Contra eandem concluſ. docent *h* Sot. & *i* Ledeſm. Volentes
ante diligentẽ inquiſitionem reddi poſſe debitum, nè iniuſtè alter

a Nau. c. ſi quis autẽ de pœnit. d. 7. nu 38

b S. Th. vocat iuſtitiã oium præſtantiſſimã 2. 2. q. 58. ar. 3. & 12.

c cap. duo mala, cap. nerui teſticulorum, d. 13.

d c. ex publico de conuerſ. coniug.

e 4 Sẽt. in mater. de matr. q. 2. §. hic oportet.

f Loco cit.

g Vide Soto 4. de iuſtit. q. 1. art. vlt. in fine N:u1. c. ſi quis autẽ, de pœn. d. 7. n. 91 92.

h 4 de iuſt. q. 5 a. 4. & in 4. d. 17. q. 1. a. 3.

i 2. 4 q. 18.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

coniux poſſeſſione ſpolietur, facta vero inquiſitione, & reddi, & peti poſſe, modo vterque coniux contraxerit bona fide, totum vero hoc intelligunt etiam ſi dubium ſit in vtroque coniuge.

Refellũtur ſupradicti Authores.

Verùm falluntur, quantum ad poſſe petere debitum, vt expreſſe cauetur dicto *a* c. Dominus. Vbi Põtifex, ſi verò, inquit, aliquis, vel aliqua de morte prioris coniugis adhuc exiſtimat ſibi eſſe dubitandum, reddat ſed non petat.

a de ſecũdis Nupt.

Obijcitur tamen pro ipſis primo. Alias ſine ſua culpa quis maneret ligatus, vt neque præſente coniuge vti, neque ad priſtinum redire poſſit.

Soluitur prima eorum obiectio.

Reſpondeo ſatis ei proſpectum eſſe, cum & redire queat ad priſtinum ſi certior de eo fiat, & interim, perſeuerante dubio, debitum reddere poſſunt viro præſenti.

Obijcitur ſecundo. Inquiſitio illa diligens aliquid debet ſuffragari.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo. Nè ſit in mala fide, proinde ſicut poſſeſſio ante examen propter dubium non erat cauſa ſufficiens ad licitè petendum debitum, ita nec poſt eodem manente dubio.

Obijcitur tertio dubitans de re poſſeſſa poſt diligentem inquiſitionem poteſt vti, ergo & in matrimonio, ſed vſus matrimonij eſt nedum reddere, ſed petere ergo, &c.

Soluitur tertio.

Reſpondeo vt *b* ſupra diſparem eſſe rationem in matrimonio.

Obijcitur quarto Motus proprius Pij Quinti, qui indis ad fidem conuerſis concedit cohabitare cum nouiſſima vxore.

Soluitur, quarto.

Reſpondeo loqui de vxoribus, vel quæ non poterant inueniri, *c* vel cum quibus non poterat cohabitari, ſine contumelia creatoris, ideoque decernit Pontifex ratum eſſe matrimoniũ cum fœmina baptizata, aut mox baptizanda.

b Hoc eo. c. q. 3. in ſolut. 2. rationis pro Adriano.

c Iuxt. tit. in c. Gaudemus de diuort.

Quæſt. 7.

Quæritur ſeptimo. Quid agendum ei qui dubitat de voto Religionis ante pubertatem emiſſo, an tunc ſufficientem habuerit rationis vſum.

Prima concluſio.

Prima concluſio, Teneri ad voti adimpletionem.

Votũ in dubio adimplẽri probatur 1

Probatur primo. In dubijs pars tutior eſt eligenda præſertim cum nedum non ſubeſt periculo, ſed dicit perfectionem.

2

Secundo *a* ſimili dubitans an ſit excommunicatus, aut irregularis tenetur ad partem tutiorem, vt ſupra.

Sotir ratio ĩ cõtrarium ſoluitur.

Contrarium docet *d* Sot. Ratio, quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis.

Reſpondeo hanc regulam valere in materia Iuſtitiæ, in alijs præferri & aliam, ſcilicet in dubijs ſequendam partem tutiorem patet in ſecunda confirmatione huius primæ concluſionis.

Secũda concluſio.

Secunda concluſio. Huiuſmodi dubium in voto iuuat ad diſpenſationem facilius obtinendam.

d 7. de Iuſtit. q. 3. a. 2. Medi. in ſum. l. 1. c. 14. § 7. Zerula i praxi eſpiſco. p. 2. verbo Votũ Sa. ver. dubiũ verbo votum.

Quæſt. 8.

Quæritur octauo. An in dubio ſubditus parere poſſit, aut teneatur.

e Naua. in c. ſi quis aũt de pæniten d. 7. Rodrig. in ſum. to. 2 verbo obedienda c. 9 concl. 4. Vaſq. 1. 2. diſp. 66. cap. 9.

Prima concluſio.

Prima concluſio. *e* Cum dubium eſt de facto ſupra quod ſit iuris obligatio ſub mortali non obſtante præcepto ſuperioris tenetur quis partem tutiorem eligere, vnde ſicut ante illius, præceptum,

ptum, dubitans de validitate matrimonij non poteſt petere debitum, vel dubitans de excommunicatione non poteſt celebrare ita nec poſt eiuſdem præceptum. Ratio quia authoritas ſuperioris eſt infra leges.

Superioris authoritas eſt infra leges.

Secunda concluſio, Si dubitetur an quod præcipitur licitè fieri poſſit, tunc quamdiu quis dubius eſt non poteſt obedire. Ratio quia faceret contra conſcientiam dubiam, quod non licet.

Secũda concluſio. Perſeu. dubio non eſt obediẽdum

Tertia concluſio; Vbi præceptum eſt de re ſatis tuta, aut non euidenter mala, nec in aliquod periculum imminet, aut damnum tenetur ſubditus obedire; Ratio quia & virtus obedientiæ eſt perfectiſſima, & ius præcipiendi ad eiuſmodi omnia efitendi conſpicuum eſt, & aliàs, gubernatio difficillima redderetur. Hinc deducitur.

Tertia concluſio. Quãdo obediendum.

Primo dubitans an ſua infirmitas ſit ſufficiens cauſa ad frangendum ieiunium, vel non recitandas horas canonicas tenetur ſtare præcepto Prælati, Ratio quia cum Eccleſiæ mens non ſit obligare in huiuſmodi caſibus huius mentis interpres optimus eſt Prælatus.

Primũ corolarium. Mentẽ Eccleſiaſ. preſcriptionis ut poteſt Prelatus interpretari.

Tertio; a Teneri ſubditos ire ad bellum à Principe indictum quamuis eis non conſtet de illius Iuſtitia, Ratio quia cauſæ bellorum, non vulgo, ſed optimatibus explicantur.

Tertiũ corolarium. Praſumẽn. bellum eſſe iuſtũ modo non conſtat cõtrarium.

Quarto: b Non teneri ad reddendum debitum, qui ignoranter contraxit cum ſerua, nè ratas faciat eas nuptias, quas ipſe vult eſſe irritas.

Quatrum corrolariũ. Redtio debiti ratiſicat nuptias

a c. quid culpatur. 23. q. 1. Diedo l. 1. de libertate Chriſtiana c. 16.
b Sot. relect. de tegẽd m. 3. q 2. S. Th. 4. d. 36. in expoſ. literæ, &c.

De conſcientia ſcrupuloſa, quid ſit, & qualiter contrà eam agendum. Caput XIV.

Qui a dubitat, neutri parti aſſentitur, qui verò habet ſcrupulum, vni quidem aſſentitur, ſed cum formidine.

Quid ſcrupulus.

Scrupulus eſt ſuſpicio ad vnam partem ex leui motiuo, animum excrucians, ducta metaphora à lapillis, qui tametſi parui, pedem tamen offendunt.

Licitum eſt agere cõtra ſcrupulum.

Agere contrà ſcrupulos eſt nedum licitum, ſed ſalutare, & cum ex eis graue timetur damnum poteſt iniungi præceptum, vt pro viribus deponantur.

a Legendi ſunt. Gerſon de vita ſpeciali S. Anto. p. p. tit. 3. c. 10. §. 10. Nau. Manua. c. 27. num. 282. Vaſq. 1. 2. diſp 67. c. 1. & 2. So. Medin. Adrian.

Vnde ſcrupuli oriantur.

Naſcuntur partim ex cauſis corporeis, vt melanchonia, ęgritudine, perturbatione phantaſmatum ſuperfluis vigi'ijs, & cet. Partim ſpiritibus vt ſuperbia, dæmonum illuſione, quare ad eos amouendos, amoueatur & cauſa, præſertim precibus apud Deum agendum erit: videndi ſunt authores qui de hac materia, &c.

Quomodo abinnandũ.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECVNDVS.
DE ACTIBVS HVMANIS EX SAYRO.
DE NECESSITATE HVIVS materiæ.

a Malach. 2 Oſeę 4. & 6. b Inuo. 3. c. omnis vtriuſque de pæn. & remiſs. c Pet. Sot. & innumeri quos Sayr. hic.

SACERDOTES eò magis hanc humanorũ actuum ſcientiam perſpectam habere debent, quò priuatis hominibus ſatis eſt eorundẽ prauitatem, dum confitentur indicaſſe, cum tamen Sacerdotes tanquam in altiori ſpecula conſtituti, peccata intimius rimari, cauſas perpendere ſigillatim, eaſque pro viribus amouere, inter lepram, & lepram diſcernere & oportunas ijſdem adhibere medelas ex officio teneantur, vt non immeritò de hac materia, a cum Sacræ literæ, tum ſummi b Pontifices, c Doctoreſque inſignes crebra, & digniſſima ſcripta reliquerint.

Humanorum actuũ ſciẽtia, cur magis confeſſarijs, quã priuatis hominibus neceſſaria.

De actionibus humanis, earumque cauſis, & principijs. Caput Primum.

BEatitudinem ad quam condditi ſumus, rectè operando conſequimur. Humana operatio, aut talis eſt ſecundum ſubſtantiam, quia ſoli competat homini, vt prima rerũ intellectio, primique impetus voluntatis aut ſecũdum modum, quia cum libertate, & conſultatione exercetur.

Operatio humana, vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum modum.

Phiſicus vtramque cenſet humanam, Moralis non niſi poſteriorem, conxius duntaxat meritò; bonus quis, m lu- axè

Quæ verè humana apud Moralem.

Digitized by Google

Vt autem omiſſio ſit voluntaria, & ad culpam imputetur, *a* requiritur vt poſſim, vt teneat, vt non faciam. Hinc.

Primo infertur *b* non tolli pudicitiam à violenter ſtuprata, Ratio, quia reniti non poterat niſi actu interno, *c* aliàs ſi potuiſſet externo, vt vociferatione, & non fecit, erit quidem ſtuprum violentum, ſed voluntarium indirectè.

Secundo, actum ex metu factum, tantum ſecundum quid eſſe inuoluntarium ac proinde meriti, vel demeriti capacem, *d* Ratio, quod ita fit, conſideratis omnibus circumſtantijs eſt voluntarium verbigratia. Nemo in mare merces proijceret, at conſiderata circumſtantia impendentis naufragij, quod eſt maius malum, eas vt ſic proijcit voluntariè.

Ad ſciendum autem quando metus à peccato excuſet, vel irritet contractum. Not. quod metus, vel eſt leuis, quo afficitur quiſque meticuloſus, & inconſtans, vel grauis, cadens in conſtantem virum, dum ab eo aliquid elicitur tanquam minus malum, vt ſupra.

Eſt autem aliquid malum, vel ab intrinſeco, & ex ſui natura, vel ab extrinſeco: quia prohibitum, ex his dantur ſequentes regulæ.

Prima. *e* Metus leuis nec contractum irritat, nec à peccato excuſat, licet fortè diminuat.

Secunda, intrinſecè mala nullo metu excuſantur, Ratio quia metus non obſtat quin aliquid ſit voluntarium.

Tertia, metus grauis excuſat, dum quod violatur non obligat cum tanto diſcrimine; hinc excuſatur Mathathias, quod die ſabbati pugnauerit.

Quarta, pacta, & contractus initi ex metu graui licet de iure naturæ ſint obligatorij, de iure tamen poſitiuo irritantur.

Prima pars probatur, quia ſunt volũtarij licet ſecundũ quid inuoluntarij; hinc *f* iuramentum ſic præſtitum latroni obligat.

Secunda pars etiam eſt veriſſima, excepto enim iuramento, cum eſt de relicta, in cæteris ſemper metus grauis excuſat, hæc vero ad ſex reuocantur, quorum tria priora annullantur iure ciuili, reliqua iure canonico.

> *g Tutor, iudicium, dues, ſacrum copula, votum*
> *Hæc ſex vi facta de iure ſcias fore nulla.*
> *Cætera tus patitur, ſed poſtea reſtituentur.*

h Quinto ad ſciendum in dubio quando actio fuerit ex metu inſpiciendus eſt finis, hinc viator, qui ad vitam redimendam dedit latroni centum, non cenſetur voluiſſe transferre eorũ dominium.

Tertio principaliter infertur *i* a concupiſcentia non cauſari inuoluntarium, ſed oppoſitum, Ratio quia voluntarium fit ex inclinatione, quam concupiſcentia adauget.

Quar-

Votum etiam ſolemne. Contractus an metus cauſa ex fine. Tertiũ Corrolariũ. Concupiſcentia adauget voluntariũ. Quartum Corrolariũ.

a S. Th. 1. 2. q. 6. a. 3. Caiet. ibi. *b* 32 q. 5. p totá. Aug. ep. 122. & 1. ciu. c. 18 *c* Med. 1. 2. q. 6. a. 5. ad 2. Valen. t. 2. diſpu. 2. q. 1 pun. 3 *d* 3 Ethic. c. 1 Neme. 5. de Philoſ. c. 1.

e Vide has Regulas apud Val. loc. citat. pun. 4. & Med. ar. 6. ſc cum di lectus de his quæ vi metus cauſa, & c. ſi verò de iureiuran. *g* Gloſ. in c. Abbas de his quę vi, metuſ vè cauſa. *h* Sotus 8. de iuſt. q. 1 a 7. Valent. to 2. diſpu 2. q. 1 punct. 4. *i* S. Tho. 1. 2. q. 6. a 7. Nau. Manual. pr. lud. 6. n 7.

Quæ ad-miſſione uo lũtariam. prima Regula. Stuprum, quando inuoluntariũ quando tãtum violentum. Secũda metus nõ tollit rationẽ voluntarij. Qui metus leuis, vel grauis. Malum vel ab intrinſeco, vel ab extrinſeco. Metus leuis nõ excuſat. Metus grauis ab ĩtrinſece malis nõ excuſet. Metus grauis quãdo excuſet. Contractus ex metu grauis obligatorij de iure natura irritantur de iure poſitiuo. Tutoris authoritas. Iudicium. Dos. Eccleſiaſticorum bonorum tradi tio etiã cũ iuramento. Matrimonium.

Quarto infertur quomodo ſe habeat ignorantia ad actus humanos. Pro quo ſit.

Ignorãtia. Iuris. Facti

Prima diſtinctio ignorantia vel eſt iuris, *a* quam Ariſt. appellat vniuerſalem, vel facti.

a 3. Aethi. ca. 1. de his diſ. rurſus apud Sayrum hoc eo. lib. c. 9.

Poſitiua ſeu prauæ diſpoſitionis. Priuatiua, id eſt puræ negationis.

Secunda alia eſt poſitiua cum quis præpoſterè aliquid ſcit, alia priuatiua cum tantum neſcit.

Vincibilis. Inuincibilis.

Tertia alia eſt inuincibilis, quæ ſcilicet mediis, ad quæ tenemur adhibitis non poteſt euacuari, alia vincibilis, quæ ſecus, & inuincibilis vel in ſe, vel in ſuis cauſis.

Antecedẽs. Cõcomitã's. Cõſequens.

Quarta alia eſt antecedens, vt ſi cum ſagittam quis emittebat, aliquem interfecit, neſciens illum tranſire, poſt adhibitam diligentiam; Alia eſt concomitans, id eſt per accidens actioni coniuncta, vt ſi quis feram credens occidere, occidat inimicum, quem tamen occidere decreuerat vbicumque inueniſſet. Alia eſt conſequens quidẽ actum voluntatis, ſed antecedens factum, idq; aut directè, cum quis non vult ſcire, quod ſcire tenebatur, *b* vt malè agat & dicitur affectata, vel indirectè, cum vel ex paſſione, vel habitu, vel negligentia omittit rei notitiam, quam debet habere, ex his ſit.

b Pſal. 35.

Ignorantia antecedens excuſat. Cõcomitãs ſe habet indifferenter. Conſequẽs quando excuſet.

c Prima Regula, ignorantia antecedens totaliter excuſat, quia cum ſit inuincibilis facit omnino inuoluntarium.

c De his regul. Caiet. 1. 2. q. 6. ar. 8. Medin. ibid. Nau. prælud. 6. num. 8.

Secunda, ignorantia concomitans, nec excuſat, nec accuſat, niſi ratione cõplacentiæ, aut diligentiæ non adhibitæ, ideoq; facit voluntarium per accidens.

Tertia, ignorantia conſequens ſi ſit affectata, vel craſſa, licet indirectè, non excuſat, ſecus &c. ſi leuis.

Propoſitum nõ peccãdi & diligentia adhibita excuſat à p. & cenſuris.

Quarta, firmum habens propoſitum non peccandi mortaliter, debitamque adhibens diligentiã etſi aliquando ex obliuione conſulat, vel faciat quod verè peccatum eſt, nedum non peccat, ſed etiam excuſatur à cenſuris. Ratio quia moraliter cenſetur impoſſibile, nunquam obliuiſci.

Quinta, illa tantum circumſtantia facti excuſat, quæ adhibita diligentia ignorabatur, quare occidens clericum, quem inuincibiliter credebat non eſſe clericum, excuſatur tantum à ſacrilegio.

DE

De circumſtatantijs actuum humanorum. Caput III.

a S. Th. 1. 2. q. 7. a. 1. & q. 18.

Quid circũſtantia.

CIrcumſtantias voco humanorum actuum quędã velut communia accidentia, & que illis a iuxtà ſui nominis etymologiam adiacent:

Alię mutãt ſpeciẽ aliæ aggrauant vel minuũt culpam.

Harum quedam operis qualitatem immutando, nouam inducunt ſpeciem, aliæ intra eiuſdẽ ſpeciei latitudinem, maxime culpam minuunt, vel adaugent.

Sufficiẽtia ex triplici cap.

Et rurſus alię attigũt ipſum actum, aliæ actus cauſam aliæ eiuſdem actus, effectum, & ſequenti carmine omnes comprehenduntur.

b Cice. in Ret. Alẽſ.

b *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.*

p. 2 q. 95. m. 2. ar. 3. Valen. t. 2. diſputa. 2. Pun. 2.

Cur lyquoties non ſit circunſtantia.

Et prætermittitur ly, quoties, quia numerus non circũſtat vnum, ſed plures actus.

Quãdo circunſtantia mutent. ſpeciem.

Ad dignoſcendum autem quando circunſtantię mutent ſpeciem ſit.

Prima regula.

c S Th. q. 18. a. 2. & 5. ad 4. Soto in rele. 5. in fi. de bonita. & mal. act. hum.

Prima regula, cum circumſtantia nouam conformitatem, vel deformitatẽ actui tribuit, ita vt peculiariter conueniat, vel repugnet rectè rationi, nouam ſpeciem conſtituit. c Ratio quia tunc circumſtantia tranſit in rationem obiecti, facitque vt obiectum aliter, & aliter conueniat, vel repugnet rectæ rationi, obiectum autem ſpeciem humanis actibus tribuit, quare occidens clericum duplicẽ ſubit reatum, ex clericatu enim noua deformitas inducitur homicidio.

Secunda regula.

d S. Tho. a. 11.

d Secunda regula, circunſtantia quæ non reſpicit ſpecialem ordinem rationis in bono, vel malo, niſi præſuppoſita alia circumſtantia, a qua actus moralis habet ſpeciem boni, vel mali, hanc ſolum intra eandem ſpeciem auget, vel minu it, vt verbi gratia quantitas in furto, iam ſupponit rapinam.

e Seſ. 14. c. 5. & cã. 7.

f Cathechiſ. Roma. de cõfeſſ. n. 48.

Que circunſtãtia in cõfeſſione explicanda.

Explicandæ autem ſunt in confeſſione nedum e circumſtantiæ mutantes ſpeciem, f ſed etiam quæ intra eadem ſpeciem, culpam maximè aggrauant.

De bonitate, & malitia actuum humanorum. Caput IV.

Actus moralis unde quidue ei propriũ, et quo a naturali et uiolento diſtinguatur. *Actus ijdẽ ſpecie ĩ eſſe natura poſſunt ſpecie diſtingui in eſſe moris.* *Bonitas actus moralis in quo conſiſtat.* *Obiectum menſura actuum humanorum.*

a Durã. 2. d. 38. 41. nu. 5.

NOta *a* primo a more moralẽ actum deduci, proprium que ipſius eſſe, vt & a conſuetudinis facilitate dependeat, & libere eliciatur, quod violento, aut naturali nũquã conueniet, & quamuis in humano actu, eſſe morale ſupponat eſſe naturę, ſemper tamen hæc duo inuicem diſtingeuntur, imò continget vt duo actus ijdem ſpecie ineſſe naturæ, ſint tamen ineſſe moris diſtincti eſſentialiter. Nam ſi duo verbi gratia eandem mulierem concupiſcant, quæ ſit vxor vnius, & non alterius, quidquid pertinet ad eſſe naturæ totum eſt eiuſdem ſpeciei inutroque, cum tamen ineſſe mori vnus actus ſit temperatus, alter intemperatus.

Nota ſecundo bonitatem eſſentialem actus moralis conſiſtere in conuenientia, ſeu conformitate ad rectam rationem, ſicut e contra malitiam in deficientia ab eadem.

Nota tertio, eſſentialem menſuram conformitatis, vel deficientię actuum humanorum à recta ratione eſſe obiectum, quod in natalibus proportione reſpondet formæ, quæ iiſdem dat eſſe ſpecificum, & hinc ſequitur obiectum in moralibus non ſumi vtcumque, ſed vt conueniens, vel diſconueniens regulæ rationis; ſic furti obiectum eſt quidem res aliena, ſed vt prohibita, vt & obiectum viſus eſt color, non præciſe, ſed vt viſibilis, & ſicut ſcientiæ diſtinguntur obiectis, non ut hæc res quædam ſunt, ſed quatenus ſcibilia, ſic & humani actus diſtinctionem habent ab obiectis quatenus hæc diuerſam conuenientiam, vel diſconuenientiam important ad rationem. Ad ſciẽdum autem ſaltem a poſteriori quando differentia obiecti ſpeciem in moralibus diuerſificet, ſit.

Quomodo dignoſcatur actus moralis differre, vel non differre ſpeciei

b Med. 1. 2. q. 18. a. 2. in fine

1 *b* Prima regula, actus, quorum vnus eſt conformis, alter difformis, rectę rationi, defferunt ſpecie, vt habere rem cum propria, & cum aliena.

2 Secunda, quando vterq; actus eſt difformis rectæ rationi ex cauſa diuerſa, differunt ſpecie, vt habere rem cum ſoluta, & maritata.

3 Tertia, quando vterque actus eſt conformis rationis ex cauſa diuerſa, differuntur ſpecie, vt credere in Deum, amare, Deum.

4 Quarta, quando duo actus ſunt conformes, vel difformes, eidem rectæ rationi, licet maximæ diſtent in gener naturæ, ſunt eiuſdem ſpeciei, vt vendere vinum, vel triticum iuſto pretio ad eandem iuſtitiam, &c.

Præter

Præter hanc autem eſſentialem bonitatem, vel malitiam, quam habent actus mortales ex obiecto, ſortiuntur & aliam ex circũſtantijs, inter quas non infima eſt ipſe finis, ex quibus omnibus ſequitur.

Actuum moralium malitia etiam ex circumſtãtijs.

Primo: *a* Actuum humanorum quoſdam eſſe bonos, quoſdam malos, quoſdam indifferentes. Ratio, quia & obiectum his tribus modis ſe habere poteſt ad rectam rationem.

a S. Hiero. epi. ad Auguſt. quæ inter Aug. epiſt. eſt 11. Conc. Conſtantiens ſeſſ. 15.

Actus humani, vel boni vel mali, vel indifferentes.

Secundo. *b* Actum humanum, licet præciſe reſpectu obiecti poſſit eſſe indifferens, habita tamen ratione omnium circumſtantiarum, ſi à ratione deliberante procedat, ſemper erit in indiuiduo, aut bonus, aut malus. Ratio, quia vt ſic vel ordinatur ad debitum finem cum debitis circumſtantijs, eritque bonus, vel è contra, & erit malus.

Actus humanus in indiuiduo nunquã indifferens.

Nec dicas ordinati ad finem indifferentem, nam impoſſibile eſt rationem boni non includi in fine, proindè ſi bonum ſit apparens, actus erit malus, ſi verum, erit bonus, modò tamen, vt diximus, actus iſti procedant à ratione deliberante.

b S. Tho. 1. 2. q. 18. ar. 9. Durã. 2. d. 40. qu. 1. num 6.

In fine ſemper includitur ratio boni vel mali.

c Porrò cogitationes ad ſenſualitatem ſpectantes licet aliquando rationem anteuertant, quia tamen poterant, & debebant præueniri, & impediri, & quamuis ſint indeliberatæ, adhuc indirectè cenſentur voluntariæ, & in quibus poſſit ſaltem venialiter delinqui.

c Valen. to. 2. q. 13. pun. 6.

Cogitationes ſenſuales quã indirectè voluntaria.

Tertio ſequitur, quod ſicut actus interior voluntatis bonitatem vel malitiam eſſentialem mutuatur ab obiecto, & accidentariam à circumſtantiis, ſic actus exterior poteſt dici bonus, vel malus, tum ſecundum genus ſuum, tum in ordine ad finem, & hoc quidem habet à voluntate illud à materia, & circumſtantiis; actumque interiorem, & exteriorem quoad malitiam, & bonitatem habere mutuam dependentiam.

Actus bonus vel malus, tum ſecundum genus ſuum, tum ex fine.

Quarto ſequitur, ad bonitatem actus moralis, & internam, & externam bonitatem requiri, Ratio, quia bonum ex cauſa integra.

Ad bonitatem actus moralis requiritur bonitas externa, et interna.

d Quinto ſequitur, quod licet actus interior voluntatis, & actus exterior in genere naturæ ſint diuerſi, in genere tamen moris ſunt tantum vnus, ita vt interior ſit forma exterioris, qui adhuc vnius cum ſit, plures poteſt habere deformitates, vnam ab obiecto, alias ex finibus, exemplum ſit verbi gratia in furto ad mæchandum, &c.

d Vide Nauar. in Manual. præl. 9. nu. 20. verſ. 6.

Actus interior exterioris forma.

Vnius actus poteſt habere multiplicem deformitatẽ.

Sexto ſequitur, quod bonitas, vel malitia quam habet actus exterior ex fine, eſt eadem per ſe loquendo cum bonitate, vel malitia actus interioris circa finem. Per accidens autem poteſt actus exterior reddere actum interiorem peiorem, vel meliorem.

e Primo cum quis vult facere aliquid bono, vel malo animo, & tunc quidem non facit; poſtea vero & vult, & facit, tunc enim quia duplicatur actus voluntatis, erit duplex bonum, vel malum.

Qualitas actus exterioris ex fine, et circa finem eadẽ.

Secun-

e *Actus exteriorem efficit tripliciter. Ex geminatione voluntatis. Extenſiue ex diuturnitate. Intenſiue ex maiori delectatione.*

Secundo ratione extenſionis, nam quanto voluntas diuturnior erit in bono, vel malo, tanto actus erit melior, vel deterior.

Tertio intenſiuè, nam actus exteriores quò magis ſunt pænoſi, vel delectabiles, eò remittunt, vel intendunt magis voluntatem.

Septimo ſequitur quod bonitas, vel malitia actus exterioris ex circumſtantijs, alia eſt à bonitate vel malitia actus interioris circa finem, Ratio, quia illa conuenit ex ſe actui, hæc autem eſt veluti ſuperaddita, licèt vna in aliam redundet.

Actuum humanorũ proprietates.

Octauo; *a* ſequitur actibus humanis ratione bonitatis, vel malitiæ ineſſe quaſdam veluti proprietates.

1 Prima vt dicantur recti, vel peccaminoſi.

2 *b* Secunda vt id tantum actibus voluntarijs inſit, non autem inuoluntarijs, ſicut & laudabile, & vituperabile.

3 Tertia huiuſmodi rationes conſequi pœnam, vel præmium, meritum, vel demeritum.

a S. Th. 1. 2. q. 21. Petr. Sot. lect. 4. de act. hum. Val. 1. 2. q. 16. diſp. 2. *b* 3. etyc. c. 5.

De Peccati Natura, eiuſque differentijs eſſentialibus. Cap. V.

Malum curlatius quã peccatum.

Quid ſit peccatum.

PEccati, quam *a* mali nomen, minus extenditur; hoc enim denotat quemcumque defectum perfectionis rei debitum, illud vero deuiationem à fine, ad quem duæ ſunt Regulæ ordinem præſcribentes, proxima, nempè humana ratio, & ſuprema, ſcilicet lex æterna, *b* Quare Peccatum eſt actus voluntarius ab his deficiens regulis, & impediens nè vltimum finem, qui eſt ipſa beatitudo, conſequamur, ſeu iuxta *c* Aug. eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam.

a S. Th. 1. 2. q. 21.

b Varias peccati definitiones apud Mag. 2. d. 35. Alenſ. p. 2. q. 106 mem. 1. *c* Lib. 22. cõtra Fauſtũ c. 27. *d* S. Th. 1. 2. q. 71. a. 5 *e* Luc. 10. ad Hebr. 13. Rom. 13.

Ex qua definitione elicitur.

Primo Trifariam peccati.

Quæ ex peccati definitione eliciantur.

Secundo etiam actum interiorem poſſe eſſe peccatum.

Tertio tres priores particulas ſtare loco materiæ, quod ſubditur, loco formæ.

1 *d* Quarto ad ipſam quoque reduci peccatum omiſſionis, tum

2 quia affirmatio, & negatio ſpectant ad idem genus; tũ etiam quia

3 qui non fecit, quod facere debet dicitur facere quod non debet,

4 Quinto nomine legis ęternæ ętiam humanam intelligi, nam &

5 humanarum legum obſeruantiam Deus præcepit.

6 Sexto auerſionem à lege æterna fieri non paſſibus corporeis, ſed mentis affectibus.

Pecaatorum differentiæ, vel ſunt eſſentiales, vel accidentales,

Ratio,

a S. Th. 1. 2. q. 72. a. 1.

Ratio, quia & in p. quædam vt eſſentialia, quædam vt accidentalia conſiderantur. *a* Ad eſſentiam pec. ſpectat, & vt actus ſit voluntarius & vt non deficiat a debitá perfectione.

Peccata diſferunt, vel eſſentialiter vel accidentaliter.

b Rom. 1.
c Io. 8. qui facit p. ſeruus eſt.

Ex primo cap. Peccatũ diſtinguitur in originale, *b* quo omnes communi quadam primi Parentis voluntate peccarunt, & perſonale, *c* quod eſt proprium vniuſcuiuſque.

Peccatũ vel originale, vel perſonale.

d Pſ. 50.

Ex ſecũdo cap. diſtinguitur in actuale quod eſt defectus debitæ perfectionis actualis, & habituale, per quod tranſacto actu, homo dicitur peccator, per maculam in anima remanẽtem per modum habitus; de quo *d* Proph. & a peccato meo munda me, conſiſtitque in priuatione charitatis & gratiæ, quæ nobis a Deo donantur ad finem ſupernaturalem, *e* rurſumque hęc priuatio diuerſificatur in eodem homine penes diuerſum ordinem ad diuerſas ſui cauſas, nempè ad diuerſa p. actualia.

Vel actuale vel habituale.

In quo cõſiſtat vtrũq.

e A Gl. S. Th. 1. 2. q. 86. 2. 1. ad tertium.

Peccatum vero actuale veniale conſiſtit tantum in priuatione cuiuſdam habilitatis quæ hominem reddebat promptum in exercitione charitatis, & gratiæ.

Peccatũ veniale priuat promptitudine exercitij charitatis.

Rurſus peccata actualia mortalia non diſtinguũtur ſpecie ex diuerſitate præceptorum, actus enim interior, & exterior vnum p. conſtituunt, quamuis, diuerſis decalogi præceptis prohibeantur, hoc vero intelligas regulariter alioquin cum ſuperueniens præceptum transfert eundem actum iam prohibitum ad aliam virtutem tranſgreſſio inducet duplicem deformitatem, vt in violatione caſtitatis, ad quam adhuc voto quis ſit adſtrictus, & pro huius rei clariori notitia ſit:

Peccata actualia ex diuerſitate preceptorũ non diſtinguuntur regulariter ſpecie.

Prima regula, Pręcepta quæ nedum trãsferunt eundem actum ad aliam virtutem, ſed quę illum prohibent ex diuerſo motiuo inducunt diuerſitatem peccati, vt quia furtum rei ſacræ prohibetur cum ex motiuo Iuſtitiæ, tum Religionis, ideo &c. Inobediẽtia vero non inducit ſpecialem deformitatem, cum ſit ratio quædam vniuerſalis in omni præcepto, niſi cum ſpecialiter res, ſit vel nõ ſit ex contemptu, ſimiliter obedientia non eſt ſpecialis virtus, niſi ex intentione expreſſa obedientię quis aliquid exequatur. Quod non intelligitur in religioſo, is enim ratione voti habet pro materia quodcumque præceptum ſuperioris: vnde ieiunium a Prę'ato indictum cauſabit n. ſubdito actum nedum temperantiæ, ſed etiam Religionis & obedientiæ.

Fallit cum ſuperueniens preceptum tranſfert actũ ad aliã virtutem.

Obedientia vel inobedientia non inducunt ſpecialẽ conformitatẽ vel deformitatẽ.

Hinc colligitur cur verba blaſphema aut turpia in Eccleſia non fiat in ſpecie ſacrilegij, in qua tamen ſunt actus pollutionis, ita vt vergant nedum contra caſtitatem, ſed etiam contra Religionẽ. Ratio quia hi prohibentur in reuerẽtiam loci, ſtatuiturque vt per ipſos fiat iniuria loco ſacro, benedictionis, & conſecrationis amiſſione: At per blaſpema, ſeu turpia verba non irrogatur particulari iniuria loco ſacro, cum nihil per ipſa locus ſacer deperdat.

Verba blaſphema cũ ab eccleſia non tollant functionẽ, ideo nõ ſũt in ſpecie ſacrilegij.

Secus de pollutione.

f Caiet. 1. 2 q. 72. ar. 6 Med. q. 71. art. 1. & 6.

Secunda, *f* regula. Nõ ſunt plura peccata numero in codẽ actu contra eandem virtutem quando eadem materia præcipitur multis præceptis ex eodem motiuo, & ratione eiuſdem obiecti & cir-

Præcepta de eadẽ materia, et ex eiſdẽ circũſtantijs non multiplicatur, &c.

cunſtantiarum, quare non erit duplex p. non audire miſſam verbi gratia in feſto Aſſumptionis ſi veneret in die dominico, vel frangere ieiunium, verbi gratia, Sancti Matthiæ in quadrageſima.

Franciſcani ad ieiuniũ feria 6. ex p̃cepto obligantur, ideoque bis peccant, cũ in ea eſt vigilia.

a Nec valet inſtantia de fratre Franciſcano non ieiunante die veneris, in quo ſi ſit etiam vigilia committit duo peccata mortal. Ratio diſparitatis eſt quia hic peccat ex duplici præcepto, nedum numero ſed ſpecie differente, altero temperantiæ, de ieiunando in vigilia, altero obedientiæ de ſeruanda Regula, quæ inter alia præcipit ieiunium feriæ ſextæ.

a contra Naua. Manua. c. 11. nu 4.
b Vaſq. 1. 2. diſp. 98 c. 3. nu. 5.

Dixi reſpectu eiuſdem obiecti & circunſtantiarum, alioquin, qui vno actu plures occidit, vel qui ſimul furatur, alioſque ad furandum prouocat plura peccata committit.

De differentijs accidentalibus Peccatorum. Caput VI.

Prima diſtinctio. Peccatum mortale, aut ueniale.

PRima diſtinctio peccatum, vel eſt mortale, priuãs hominem charitate & gratia, quę eſt ſpiritualis vita animæ, & pricipiũ operãdi vitaliter ad vitam æternam, vel eſt veniale quod feruorem expeditumque vſum charitatis retardat; *a* hãc porrò differentiam eſſe accidentalem patet, cum in eadem peccati ſpecie contingat peccari mortaliter, & venialiter.

a S. Th. 1. 2. q. 72. ar. 5.

Secunda Peccatũ uel cõtra Deũ uel proximum, uel nos ipſos.

Secunda diſtinctio. Peccatum vel eſt cõtra Deum, vel proximum, vel nos ipſos, *b* oriturque ex triplici ordine, ad Deum, ad quem ordinamur ſpe, fide charitate, & regilione, ad proximum, ad quem dirigimur per iuſtitiam, & ad ſe ipſum, per virtutes quæ paſſiones moderantur. de hac diſtinctione apud Proph. *c* oſtendam quid Dominus requirat à te, facere iudicium; diligere miſericordiam & ſollicitum ambulare cũ Deo tuo.

b S. Th. a. 4
c Mich. 6.
d Greg. l. 31. Mora. cap. 31.

Tertia. Peccatum uel ſpirituale, uel carnale.

d Tertia diſtinctio, peccata, vel ſunt carnalia, vt gula, luxuria, &c. vel ſpiritualia, vt ira &c.

e Mag. 2. d. 5. Hier. in cap. 34. Ezech.

Quarta. Vel cordis, uel oris uel operis.

e Quarta diſtinctio, peccata, val cordis, vel oris, vel operis: ſunt autem quædam peccata quæ corde perficiuntur vt odium, hæreſis &c. quædam quæ ore, vt blaſphemia, detractio, quædam quæ opere vt furtum, poteſtque rurſus vnum idemque peccatum his omnibus modis, quaſi quibuſdam gradibus.

f Eccleſia. 48. Orig. hom. 6. in. Leuit. 15
g 1. 2. q. 72. a. 6.

Peccata uel ſunt cõmiſſionis, uel omiſſionis.

f Quinta diſtinctio, peccata, vel ſunt cõmiſſionis, cum aliquid illicitum perpetratur, vel omiſſionis cum aliquid licitum prætermittitur, & quoniam *g* D. Th. inquit hæc moraliter inter ſe differre, non autem formaliter vt ſciatur quæ omiſſio, & commiſſio inter ſe ſpecie differant, ſit.

Prima

Digitized by Google

Quã de pœ̃nata cõmiſſioni, & omiſſionis, nõ differãt ſpecie.

Prima regula, omiſſio, & commiſſio quæ ſe neceſſario concomitantur ſunt tantum eiuſdem ſpeciei, vt non ieiunare, & comedere tempore indebito, & de his loquitur D. Th.

Vel e cõtra

Secunda regula, quæ ſe nõ neceſſario comitantur, differunt ſpecie vnde aliud eſt non amare Deum quando quis tenetur, aliud, Deum odio habere.

Queſtio vnica.

Prima conclusio.

Omiſſio ſi volũtaria peccatum eſt.

Hic vero Quæritur quando imputari debeat peccatum omiſſionis, an cum omittitur quod fuerat obſeruandum, an cum data fuit occaſio omiſſionis.

Prima concluſio, omiſſio præcepti affirmatiui, ſi voluntaria, verè peccatum eſt,

a S.Th.1.2.q.6.a.3.

Secunda concluſio *a* vt omiſſio ſit voluntaria, & imputetur ad culpam tria requiruntur, vt quis non faciat, vt poſſit, vt teneatur.

2 *Ad omiſſionem tria vt non faciam vt poſſim, vt tenear.*

Marſ.2.q.21.a.2.propoſ.2.

Tertia cõcluſio, verà, & formaliter omiſsio contingit dum implendum eſt præceptum, etiam ſi tunc quis dormiat, vel ebrius ſit Ratio quia tũc ſolum adeſt obiectum omiſsionis, ſcilicet tempus quo tenetur implere præceptum, vnde ſi quis ludendo appoſuit cauſam omiſsionis præcepti, ſi tempore debito ab alio excitetur, & impleat, non peccat.

3 *Omiſſio fit tẽpore ad implẽtionis præcepti.*

b S.Tho.2.2.q.79.ar.3.

c Alen p.2.q.13.m.7. Angleſ.2.d.37.q.2.

Quarta concluſio *b* dans cauſam ſufficientem omiſsioni *c* culpabiliter, peccat, etiam ſi poſtea non omittat facere, Ratio, quia & ſe exponit periculo, & quia eodem præcepto quo præcipitur, ne aliquid ommitatur, præcipitur tolli impedimenta.

4 *Dans cauſam omiſſionis culpabiliter peccat etiã omiſſione nõ ſecuta.*

d Angleſ. diffi.5.concl.1. & 2.

Quinta concluſio, *d* Quando actu eſt ipſa omiſſio non committitur nouũ peccatum formaliter, ſed ſolum materialiter, quod tamen non eſt pec. niſi per illam ipſam culpam quæ fuit in cauſa, Ratio quia eſſe voluntarium vnde formaliter deſumitur eſſe culpabile, eſt vnum tantum numero, nempè cauſa, At vero quia duo ſunt obiecta materialia diſtincta. Vt v. gratia inebriari, & non audire miſſam, quorum vnum eſt poſitiuum & cauſa alterius, quod eſt priuatiuum, ideo duo ſunt peccata materialiter. Hic ſequitur quod quando cauſa aliàs non eſt mala, non eſt explicanda, vt ſtudere; è contra ſi mala, vt ebrietas, quæ eſt contra temperantiam explicanda erit, quia tunc duplex eſt eſſe formale.

5 *Quãdo actu eſt omiſſio cõmittitur nouum peccatum tantum materialiter.*

e Contra. Dur. 2 d. 35.q.2. n.6. quã docent Hẽr. S. Th. Capreol. Va lè Angles Gabr. &c.

Sexta, concluſio *e* Actus eo ipſo quod eſt cauſa omiſsionis (modò non ſit magis obligatorius quam actus, qui omittitur) malus eſt, ratio quia eadẽ eſt circunſtantia temporis, & ampliatur concluſio etiam de actu, qui concomitanter eſt cauſa omiſſionis, modò per ſe primo eligatur, non autem ſecundario. Vnde ſi quis determinet non audire miſſam vt iter faciat, & dum iter facit, recitat coronam, tunc itineratio, quæ aliter ex ſe eſt et indifferens, quia eſt primo electa, & incompoſſibilis cum miſſa, redditur mala recitatio vero coronę, quia ſecundariò, ſecus; & ad ipſam recitatio temporis ſed habet omnino per accidens.

6 *Actus qui eſt cauſa omiſſionis, quã malus*

Septima concluſio; Actus qui eſt cauſa omiſſionis ſi aliũnde nõ ſit malus, licet non ſit formaliter p. omiſsionis eſt tamen reductiuè & vnũ numero p. cum ipſa omiſsione, Ratio, quia voluntas, verbi

7 *Actus qui eſt cauſa omiſſionis eſt reductiue p. omiſſionis.*

Digitized by Google

gratia ſtudendi non aliunde p. eſt, niſi quia eſt cauſa omiſſionis Miſſæ tempore debito, ergo non per aliā malitiam, quam per malitiā omiſſionis. Ita etiam ſe habet voluntas omittendi ad ipſam omiſſionem, & proportionaliter vt actus interior ad exteriorem; quare ſatis eſt confiteri p. omiſſionis, ſicut etiam ſatis eſt confiteri actum exteriorem; ſemper enim ſupponitur interior.

8 *Omiſſio in ſomnis pec. non eſt.*

Octaua, concluſio; *a* Omiſsio quæ fit in ſomnis proprie p. non eſt, Ratio: *b* quia non libera, & voluntaria, neque eſt ſatis quod proueniat à cauſa libera in principio, alioquin ſequeretur aliquē ſimul iuſtificari, & peccare, nam ſi quis liberè ſe precipitet, ſequitur homicidium ex cauſa libera, & tamen in decurſu poteſt conteri: ergo, &c.

a Contra Marſ. 2. d. q. 21. ar. 2. propoſ. 2. conc. 4. *b* Vide S. Aug. 3. de lib. arbit. c. 18.

Requiritur ergo ad rationem p. vt nedum in cauſa maneat voluntariū, ſed vt actus maneat ſemper ſub libertate, quare omiſsio in ſomnis, ſicut & quodlibet p. non imputatur niſi in cauſa ſua, & propter ipſam poteſt quis obligari ad reſtitutionem, & incurrit irregularitatem.

9 *Omiſsio quā do non imputanda ſaltē in foro interiori.*

Nona. concluſio *c* ſi quem pœniteat cauſæ, antequam eueniat p. non imputabitur apud Deum, licet ſecus apud eccleſiam, quæ non iudicat de occultis.

c Angles 2. d. 37. q. 2. de eſſe. p. omiſſ. dub. 5. diſfer. 7. Sot. Med. &c.

De peccatorum inter ſe connexio, & inæqualitas vnde deſumpta ſit.
Caput VII.

peccata nō ſunt connexa.

PRima concluſio; Peccata ex ſui natura non ſunt connexa, imò aliquando oppoſita, vt auaritia Prodigalitati ſed contra.

Qūo ſuperbia radix omniū malorum.

Obijcitur primo; *a* Superbia eſt omnium peccecatorum radix.

Reſpondeo intelligi quatenus inducit ad omnia peccata.

Quomodo qui in vno offēdit fiat omniū reus

Obijcitur, ſecundo; *b* Apoſtolus dicens, qui in vno offenderit, &c.

Reſpondeo intelligi. Primo vel quia vnius perpetratione ſceleris auertimur à Deo, qui eſt omnium præceptorum author, vel quia contra charitatem agitur, ex qua vniuerſa lex, & Prophetæ, vel quia ibi arguebantur Iudei arbitrantes nō ſibi imputari legis tranſgreſſionem, propter nonnullorum obſeruantiā mandatorum nam etiam qui in vno offenderit, vere tranſgreſſor eſt legis.

Peccata nō ſunt æqualia.

Secunda cōcluſio *c* peccata nec ſunt inter ſe æqualia, eſt contra *d* Stoicos. Probatur ex ſcriptura pro menſura delicti, erit & plagarum modus.

2. Aethic. cap. 8. *a* Greg. li 3. Moral. cap. 31. *b* Iac. 2. *c* S. Th. 1. 2. q. 73. 2. 1. & q. 1. de malo. ar. 9. Ly a Caetan. Guillan. *d* S. Th. 1. 2. q. 73. a. 2. *a* Cic. Paradox. 3. etorat pro Murena.

a D. Bo-

a 2. d. 33. q. circa literam.

a D. Bonau. docet vnum p. altero dici grauius. Primo cauſalitate; ſic inuidia Diab. quia per eam mors introiuit in Mundum. Secundo generalitate; ſic peccatum Protoparentũ. Tertio enormitate quale fuit Iudæ. Quarto ingratitudine. Quinto periculoſitate, cuiuſmodi eſt ignorantię. Sexto inſeparabilitate, vt auaritiæ quę etiam in ſenio graſſatur. Septimo importunitate, vt ſuperbia, quæ etiam in bonis operibus gliſcit. Octauo pronitate vt luxuria. Nono maioris gratiæ impugnatione, ideo maioris offenſæ vt idolatria, Decimo facilitate reſiſtendi, quale iudicatur à magiſtro fuiſſe p. Adæ 12. Maioris improbitatis & libidinis.

Quibus modis vnũ peccatum alio grauius ex Bonauent.

Adde, peccati grauitatem ſumi primo ex obiecto, & fine vt quò illud dignius, & hic altior, eo p. ſit grauius; ſic infidelitas blaſphemia, &c. Secundo ex dignitate virtutis oppoſitæ, ſic odium, quod opponitur charitati. Tertio ex conditione actus *b* ſic peccata ſpiritualia ſunt grauiora, licet minus turpia, carnalibus, quæ magis vergunt in corpus proprium, habentque maiorem impulſum, ac proinde minus de voluntario, Quarto ex interiori actu voluntatis, modo non præcedat, ſed ſubſequatur iudiciũ rationis. Quinto ex dignitate perſonæ peccantis, vt eſt doctus reſpectu ignari, *c* & Prælatus reſpectu ſubditi. Sexto ex dignitate perſonæ in quam peccatur: eſt enim quodãmodo obiectum. Septimo ex maiori nocumento quod infertur. Octauo ex circunſtantijs.

Rurſus, & alijs m. quibus grauitas peccati augetur.

b 3. ethic. c. 10. Grego. 33. moral. c. 11.

c Vide apud Sayrũ authores.

De Origine, & cauſis peccatorum in communi. Caput VIII.

a S. Th. de his cauſ. 1. 2. [illegible]

Voluntas eſt per *a* ſe cauſa peccati, quatenus peccatũ actus quidam eſt; quatenus vero actui in eſt deordinatio, eiuſdẽ erit cauſa per accidẽs. Sunt etiam internæ cauſæ p. ratio, & appetitus Ratio quidem, cum dimiſſa ſcientia, quæ eſt eius perfectio, in ignorantiæ tenebris deficit, & caligat, Appetitus vero cum ſubijci renuit rationi.

Cauſæ internæ peccati ſunt voluntas, Ratio, appetitus.

Eſt etiam notand. à Ratione, & voluntate cauſari p. deficienter, & immediatè, ab appetitu autem inductiuè, & mediatè, & licet hę omnes cauſæ ad pec. ſimul concurrant, illi tamen ſpecialiter imputatur, ſine qua non fuiſſet commiſſum, vt cum verbi gratia, & annuit voluntas, & appetitus extimulat, quia tamen neſciebatur, talem actum eſſe prohibitum, ideo peccati cauſa dicetur ratio cui adſcribitur ignorantiæ defectus.

Cauſa peccati ea prætereà ſine qua non.

Cauſæ vero extrinſecæ peccati ſunt homo, dæmon, obiecti, illecebræ, priora peccata, &c.

Cauſa extrinſecę peccati quæ.

De prima cauſa P occatorum, ſcilicet ignorantia in ſpeciali.
Caput IX.

PRima concluſio ignorantia inuincibilis, ſeu antecedẽs cũ ſit inuoluntaria nõ poteſt eſſe cauſa peccati,*a* hæc autem tũc contingit cum ea fuerit adhibita diligẽtia quam vir prudẽs adhiberet,*b* vnde & ſi Iacob ad dignoſcendam Liam potuiſſet lucernam accendere,aut collo qui,antequam cum illa rem haberet, quia tamen huiuſmodi diligentiæ fieri non ſolent,ideo adhuc dicetur inuincibiliter ignoraſſe quod eſſet Lia.

Secunda *c* concluſio, vt quis circa ius diuinum ignorantia laboret inuĩcibili,ſatis erit vt plurimum propria diſpoſitio,& peritiorum conſultatio. Probatur.

Primo; quia communis modus quo quis cognoſcere poteſt neceſſaria ad ſalutẽ,eſt per media humana cuiuſmodi ſunt inquiſitio,& inſtructio, vnde & ab Apoſtolo gentes dicuntur in excuſabiles, quia non audierunt,cum tamen in omnem terram ſonus ſidei increbuerit.

Secundo,à ſimili; *d* Tenetur homo fratrem corripere,ſed non niſi admonendo, & adhibendo teſtes, & rurſus tenemur propriam ſeruare vitam,ſatiſque fuerit communibus vti Medicinis, abſque quod precioſiſſimas adhibeamus.

e Dixi vt plurimum,nam cum quis dubitat de rebus fidei, nec habet viros doctos,tenetur ad Deum confugere,Ratio, quia hic talis nouit rem eſſe magni momenti,& ex naturali motiuo, quo Deum & religionem cognoſcit,intelligit ad eundem Deum confugiendum eſſe,vt ab eo ſupernaturaliter doceatur.

Ampliatur, concluſio ita vt nec præceptum credendi obliget, vt quis oret aut pæniteat adhoc vt ſine errore doceatur.

f Si qui verò iam edocti ſiue falſe,ſiue verè,aliquid de nouo in contrarium audirent, peccarent, recedẽdo ſtatim ab antiqua fide,quouſque nouerint illud vniuerſaliter teneri ab eccleſia.

Contra concluſionem docuerunt *g* Antonius de Corduba & alij,teneri ſcilicet hominem etiam ſe diſponere ad gratiã per contritionem,orationem,legiſque naturalis obſeruantiam, eo quod Deus hoc modo illuminet, patet exemplo *b* Cornelij. Reſpondeo hoc fuiſſe particulare priuilegium.

Tertia,cõcluſio; Qui omni ſublata mala volun.neq; ſcit neq; dubitat ſe errare,non tenetur aliquam adhibere diligentiam,ad vincendam

Ignorantia inuincibilis excuſat.

Quæ diligẽtia ſatis ſit vt adhuc ignorantia inuincibili laboremus.

Circa ius diuinum quæ deligentia.

Quãdo circa ius diuinũ ad Deũ confugiendum.

Ne temere quis ab acceptæ fide deſiſtat.

Antonii de Corduba, & aliorum ſententia reijcitur

Quando quis excuſetur à diligentia adhibenda.

Muliplex Ignorãtiæ diſt. hec ſod.lib.2. c. 2. ideo hic à nobis omittitur.

a Med.1.2. q 76.ar.2. dub.4. Angles, Valen.

b Gen.29.

c Victoɑ in relect. de Indis Inſular. cõe. 1. n.33. Petr. Sot. Angles Med.

d Matt.18.

e Aug.lib. de vtilita. cred. c. 8.

f Bona. 3. d.25 ar. 1. q.3. ad penult.

g Lib.2.q. 2.conclu. 2. Gabrie Lectu.59. in Cano. Caſtro. 2. poteſt. l. pen.&c.

h Act. 10.

cendam hanc iuris diuini ignorantiam. Ratio quia nihil volitum, quod non præcognitum, omniſque libertatis vſus ſubſequitur aliquam cognitionem ſaltem confuſam, vel eiuſdem rei, vel alterius cum illa connexæ.

Inter ethnicos pōt dari ignorantia inuincibilis fidei.

a S. Th. 2. 2. q. 10. a. 1 Dur. 3. d. 25. q. 1. ad primum. Almayn. Victoria, Córado, Caſtro, Angles.

b Io 15. ad Rom. 10. vide S. Auguſt. li. de nat. & gratia c. 24.

c p. 1. q. 112 m. 8. caſu 1. Antiſiodor. Alb. Gab. &c.

Quarta, concluſio *a* Inter æthnicos poteſt dari infidelitas inuincibilis, & cóſequēter ſine culpa, patet *b* ex ſcriptura; Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem p. non haberent, ſed apud multas gentes nullum eſt Euangelij veſtigium, & ſi inſurgat in eis dubitatio poſſunt conſulere ſuos peritos, & ſic ſatis facere conſcientiæ, nec eſt qui eos inſtruat, vt ad Deum confugiant orando, &c. quod ſi damnantur, continget ob alia eorum peccata.

Contrarium docuerunt *c* Alen. & alij. Pro quibus.

Quomodo facienti quod in ſe eſt Deus non de ſit.

Objicitur, primo; Facienti quod non ſe diſponunt noa habent gratiam, ergo infideles ex eo quod non ſe diſponunt non habent lumen Euangelij, ergo culpabiliter.

Reſpondeo ſecūdum Auguſt. expreſſe affirmantem eos quibus Chriſtus, nec per ſe, nec per miniſtros ſuos locutus eſt de doctrina fidei abſque culpa ignorare, & ratio eſt, quia apud multas gentes nulla apparēt veſtigia quod ibi prædicatum fuerit euangelium, & conſequenter inuincibiliter ignorant fidei miſteria, vnde nullum motiuum habere poſſunt vt credant, vel ſciēter diſponantur, cū nihil de fide audierint.

Quomodo ī omnē terrā ſonus exiuis Euangelij.

d Rom. 10

Objicitur, ſecundo illud Apoſtoli *d* in omnem terram exiuit ſonus eorum ergo &c.

Reſpondeo illud propheticè intelligendum vt ſcilet paulatim compleatur.

Fideles quæ perſpecta habere debeant.

e S. Tho 2. 2. q. 2. a. 7. & 8. Scot. Bona. Riccar.

Quinta, concluſio; *e* Tenentur fideles ſub præcepto ad ſcienda ſidei Myſteria, quæ communiter ab eccleſia celebrantur, nec non articulos fidei, & ſacramenta. Ratio quia culpa eſt ignorare quæ neceſſario propriū ſtatum concernunt maximè cū ea frequenter a contionatoribus explicentur, quare inter fideles non poteſt in huiuſmodi dari inuincibilis ignorantia, niſi fortè hi, aut valde ruſtici ſint, aut nunquam inſtructi.

Circa vltima principia nulla ignorantia in his quæ facile ex princip. vltimis deducuntur quēuſq. ignorantia detur.

f Alenſ. p. 2. q. 113. m. 5. Dur. Gabr. Adrian.

Sexta, cóncluſio, *f* Non datur ignorantia inuincibilis circa principia vltima practica iuris naturalis, cuiuſmodi ſunt bonum eſt ſectandum, malum fugiendum, patet a ſimili, quia nec datur in ſpecul. vltimis, quare vtraque ex terminorum notitia cognoſcuntur.

Septima, concluſio circa principia iuris naturalis, quæ facile ex vltimis deducuntur, non niſi in aliquo caſu, & ad breue tempus poteſt dari ignorantia inuincibilis. Ratio eſt ipſa facilitas deductionis, huiuſmodi autem ſunt quæ in prima, & ſecūda tabula continentur, Nam poſito, ſummum bonum eſſe diligendum, facile deduces, Deum, vt potè ſummum bonum eſſe diligendum, non eſſe blaſpemandum, eſſe certo tempore colendum, ſimiliter poſito illo alio princ. vniuerſaliſſimo. Quod tibi non vis. &c. facillimum erit deducere non eſſe machandum, occidendum, &c.

g Cæſar. 6. de bello gall. Plut. in vita Licurgi.

Licet autem apud aliquas nationes, *g* & furtū, & homicidium fuerit permiſſum, breui tamen tempore quiſquis rectè rem expe-

Abuſus gẽtiũ facile per rationẽ corrigitur.

diſſet, potuiſſet errorem exuere, vnde *a* Apoſtolus dicit gentes naturaliter quæ legit ſunt cognouiſſe, *b* & tradiſſe traditas in reprobum ſenſum quia non glorificauerunt, &c. proinde fuiſſe inexcuſabiles.

Circa quæ præcepta naturalia poteſt dari ignorantia inuincibilis etiam longo tempore.

Octaua, concluſio circa præcepta naturalia quæ remotius, & difficilius deducuntur ex illis vniuerſaliſſimis principijs, poteſt dari ignorantia inuincibilis etiam longo tempore præſertim in rudioribus, verbi gratia quod non liceat fænerari &c. Ratio, iam innuta eſt.

a Rom. 2. *b* Rom. 1.

Iuris poſitiui non frequentis, vel ad ſtatum propriũ ſpectãtis poteſt dari ignorãtia inuincibilis.

Nona concluſio *c* circa ius poſitiuum, modo non ſit frequens, & vulgatum, cuiuſmodi eſt clerici percuſſio, carnium abſtinentia quadrageſima, &c. aut ſpectant ad proprium ſtatum datur ignorantia inuincibilis, ſaltem in foro conſcientiæ, vnde ſequitur eandem ignorantiam vni eſſe vincibilem, ratione proprij ſtatus, alteri inuincibilem quia nihil ad ipſum, Ratio concluſionis eſt quia tale ius ex legiſlatorum pendet beneplacitò, duriſſimum autem, imò, & impoſſibile foret omnium ſtatutorum habere notitiam.

c Adrian. quolib 4. Med. caſtro, *Vaſ*quez.

In facto poteſt dari ignorantia inuincibilis.

Decima, concluſio; *d* Etiam in facto datur ignorantia inuincibilis patet ad ſenſum, nam aliquando in facto contingit deceptio inuincibilis, nempè cum non tenemur cautius agere, neque enim vir iuxta ſolitum ad propriam accedens vxorem tenetur lucem ã accendere, quod ſi dolo alia ſit mulier ſubſtituta, vtique in hoc facto, ignorantia reputabitur inuincibilis *e* ſic, & Abimelech in facto errauit inuincibiliter credendo. Abrahę, quod Sara eſſet eius ſoror, quod ſi Deus dixit ad Abimelech, cuſtodiui te ne peccares, ſermo eſt de peccato materialiter.

d Contra Gugl. c. Pariſ. & Angles 2. d. 22. a. 2 dif ficus. 5. *e* Vid. Corduba l. 2, q. 22 ad 2.

Ignorantia inuincibilis omnino excuſat. vnde infertur.

Vndecima concluſio *f* ignorantia inuincibilis omnino excuſat Ratio quia inuoluntaria. Hinc infertur.

1 Primo *g* eum qui ex periti conſulto facit contractum vſurarium, non peccare.

2 Secundo excuſationem cadere tantum ſupra id quod ignorabatur, hinc Iudas iungens ſe Thamar excuſatur ab inceſtu, non autem a fornicatione.

f Ex communi. *g* Caſtro 2. de pnu. pæn. c. 14. *h* Gen. 38.

Ignorantia excuſans à peccato excuſat & à pœnis, hinc infertur.

Tertio hanc excuſationem a peccato locum habere, etiam ſi id quod fuit cauſa ignorantię ſit peccatum; verbi gratia non acceſſit quis ad ſacrum die feſto, pro quo pretmulgatum eſt edictum, Ratio, quia non potuit cogitare de edicto promulgando.

i Valen. t. 1. diſpu. 6. q. 6. pũct. 1. Cor. 4. *K* Ledeſ. 2. 4. q. 24 ar. 6 concl. 2. *l* Vaſquez 1 2 q. 125, c. 3. *m* Caſtro loco cit.

Duodecima, concluſio *h* ignorantia inuincibilis excuſans a peccato excuſat & à pœna ratione illius, ſiue à iure inflicta, ſiue à iudice infringenda. Ratio quia deficiente cauſa deficit effectus.

1 Hinc *i* ſequitur. Primo excuſatum à clerici homicidio ob ignorantiam excuſari ab excommunicatione, & irregularitate.

2 Secundo *K* ignorãtem inuincibiliter ſe eſſe excommunicatum, aut ſuſpenſum, celebrando non fieri irregularem.

3 Tertio ruſticum ſic contrahentem in quarto gradu conſanguinitatis nec incurrere excommunicationem nec peccare.

4 Quarto; *l* Qui ſic fornicatur cum conſanguinea ſuæ vxoris, non contrahit affinitatem, & conſequenter non amittit ius petendi debi-

n Clemẽt. vnicæ de cõſang. & affin. *o* ... quis ... homo 35. q. 2. a. 3.

di debitum, tranſeundo ad ſecundas nuptias non egeret diſpenſatione, Ratio, quia vt excuſatur ab inceſtu ob ignoratiam inuincibilem, ita &c.

Quinto, *a* Laicos frequenter ab excommunicationibus Iuris 5
excuſari, cum ob ignorantiam abſit contumacia, &c.

b Sexto, prætermittens peccatum ex conſilio confeſſoris, li- 6
cet vere eſſet explicandum, eſt immunis à culpa.

Tertiadecima concluſio *c* Ignorantia iuris, aut facti etiam inuincibilis non excuſat à pœna quæ infligitur ob alias cauſas quàm ob peccatum, Ratio, patet: nam ſtante ignorantia adhuc perſeuerant aliæ cauſæ; ſic irregularitas inſequitur bigamiam; quia per ipſam excluditur repræſentatio Chriſti, qui ſibi vnicam deſponſauit eccleſiam, & homicidium etiam iuſtum, vt potè repugnans omnimo dæ Chriſti manſuetudini. cumque ad euitandam clericorum fornicationem ſtatutum ſit vt eorum filij ſint irregulares, & beneficiorum eccleſiaſticorum incapaces, ideo etiam ſine illorum culpa illos innodat. Ex his ſequitur.

d Primo. Quod nedum contrahens ignoranter, ſed etiam non aduerteres in conſummatione matrimonij vxorem, fuiſſe violatam, eſt irregularis.

e Secundo, cognoſcens vxorem, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter poſtquam fornicata eſt, incidit in irregularitatem.

Tertio, naſcens ſub figura quidem matrimonij, vere autem ex clerico eſt irreggularis.

f Quartadecima concluſio Ignorantia vincibilis corū, quæ quis tenetur ſcire, eſt pec. mort. Ratio, quia volens ſe exponit probabili periculo, quare ſic ignorans arrticulos fidei, præcepta decalogi, aut ſpectantia ad eccleſię præcepta, & ſtatum proprium, pec. mortaliter; imò Prælatus tenetur etiam ſcire circunſtantias facti, & nedum leges, ſed legum obſeruantiam, moreſque ſubditorum *g* ſic requirente ſollicitudine eorum qui præſunt.

h Quintadecima concluſio; hæc ignorantia eſt p. ratione negligentiæ, per quam omittitur ſcire quod eſt ſciendum: vnde potius dici poteſt peccati effectus.

Contrarium docent *i* Alen. K & Bonau. Probant hac ratione; illud eſt ſecūdum ſe pec. quod ſecundum ſe eſt contra præceptum: ignotātia eſt huiuſmodi, non enim ſolum tenemur adhibere diligentiam vt ſciamus, ſed debemus ſcire ſi poſſimus ergo, &c.

Reſpondeo, qui ſemel adhibuit diligētia, ſi adhuc ingorat, non peccat, *l* vnde infertur quod laborans ignorantia vincibili, ſi cum pæniteat, & proponat adhibere diligentiam tempore debito quod interim ignorando non peccat.

m Sextadecima concluſio Ignorantia vincibilis affectata de re neceſſaria aggrauat pec. Ratio quia magis volita, ſi vero non ſit affectata, vt Pauli perſecutio in eccleſiam, minuit, patet a contrario.

n Decima ſeptima concluſio. ad hęreſim non eſt ſatis quodcumque voluntarium interpretatiuum, & indirectum, Ratio, quia

hæreſis

Ignorantia a qu.b9 pœnis non excuſat.

Contrahentes cū violata ſunt irregulares.

Et cognoſcē tes vxorem poſt adulterium.

Et filij clericorum.

Ignorantia vincibilis rerum neceſſariarum eſt peccatum.

Idque ratione negligentia,

Soluitur ratio Alen.

Bonan. contrariū exiſtimātium.

a Valē. loco cit.
b Angles 2. d. 12. q. 2. a. 3.
c Med. 1. 2. q 76. a. 3.
d c.; Debitum de Bigamis gl. in c. nemo ad ſacrū d. 32.
e c. ſi cu9 d. 34. & ibi gloſ.
f S. Th. 1. 2 q. 76. a. 1.
g Rom. 12
h S. Th. loco cit. ar. 2. ad 2.
i par. 2. q. 112. m. 1. in corp. ad 3.
K 2. d. 22. a. 2. q. 2. in corpore.
l Angl. 2. d. 22. q. 2. ar. 2. dub. 7. diffic. 7.
m S. Th. 2. 4. Caſtro 2. de pot. leg. pœn. c. 14. Angles, Val.
n Corduba q 16. §. 7. Caſtro, Valq. Bannes, &c.

Adh veſim nō eſt ſatis voluntariū in directe, et interpretatiuum.

hæreſis non eſt pec. ignorantię, ſed, infidelitatis ad quam requiritur neceſſario, vt quis aliquid credat contra eccleſiæ definitionem.

Ignorantia concomitãs nec accuſat nec excuſat.

Decimaoctaua concluſio ignorantia concomitans relinquit actum in ſuo eſſe, verbi gratia de creuit qui occidere inimicū; ſtante hoc propoſito credens occidere feram occidit inimicum, ignorantia hæc non accuſat, quia non potuit eſſe actu volitum, quod actu eſt ignoratum, nec excuſat, quia non cauſat aliquid poſitiuè repugnans voluntari eius; hinc.

Primū corrolarium.

Infertur *a* primo peccare illum qui ſtante propoſito non ieiunandi etiam cum ieiunium eſt ſub præcepto, deinde ignorans tali die cadere præcepti ieiunium, ieiunium frangit, imò talis ignorantia diceter tantum concomitans reſpectu comeſtionis, non autem propoſiti.

a Corduba q. 16.

Secundum corrolariū.

b Infertur ſecundo ignotantiam comitantem non excuſare ab extommunicatione, & irregularitate. dico comitantem, nam cum quis omnem adhibet diligentiam, & actus alioquin eſt licitus, nec mouetur ex prauo affectu, tūc dicetur habere ignorantiam inuincibilem, non comitantem, & nec peccaret, nec cenſuras incurreret, verbi gratia habuit quis animum occidendi inimicum, nunc autē non niſi venationi vult dare operā, & præterca oēm adhibet diligentiā ne quis incautè feriatur, certè ſi iaculando adhuc ignoranter perimat inimicum, non pèccaret, nec eſſet irregularis, aut tantum peccaret, ſi de morte inimici complacentia ſubſequeretur.

b Contra vaſq. 1. 2. diſp. 125. c. 2. & 3.

Peccata ex obiecto ſpecificantur.

Decimanona concluſio *c* peccatum ex ignorantia culpabili iuris prohibentis malum, quia malum, eſt ut furtum, eſt eiuſdem ſpeciei, ac ſi ſcienter patraretur, Ratio, quia peccata ſpecificantur ab obiecto, hoc autem tam in ſic ignorante, quam in ſciente eſt idem, nempè res aliena, quā vult vterque inuito Domino, & huinc infertur quod fænerans ex ignorantia culpabili tenetur ad reſtitutionem non ſecus ac, & qui ſcienter; & omittens culpabiliter pec. in confeſſione, tenetur eam iterare, non ſecus ac & qui ſcienter.

c Vide Caie. 1. 2. q. 76. ar. 4. ibid. Med. caſtro de leg. pæn. l. 2. c. 14.

Vigeſima *d* concluſio peccatum ex ignorantia culpabili iuris reddentis obiectum malum tantum ex prohibitione eſt eiuſdē ſpeciei, nedum redictiuè, ſed primariò, & ex ſe, cum peccato ex certa ſcientia, Ratio quæ ſupra.

d Corduba, q. 24. Valen. t. 1. diſp. 6. q. 6 pun. 3. Caiei. vbi ſupra. Angles. Vaſq.

Vigeſimaprima *e* concluſio peccatum ex culpabili ignorantia facti eſt eiuſdem ſpeciei cum commiſſo ab eo qui facti ſit corſcius, Ratio, quia idem eſt opus externum, ſupra quod primariò cadit præceptum, ideo enim pec. eſt velle occidere, quia primario eſt prohibitum homicidium, vnde in decalogo non dicitur nè velis occidere, ſed nè occidas, & licet ſpecialiter dicatur, non concupiſcas, id factum eſt ad tollendū vulgi errorem exiſtimantis, in huiuſmodi rebus actum internū non eſſe pec. qui adhuc internus actus ideo malus eſt quia opus externum primariò eſt malum; Eſſe autem directè volitum, quod cadit in ſcientem, & interpretatiuè volitum, quod cadit in ignorantem inuincibiliter ſunt tantum ac-

Ideo actus interior malus, quia malus & prohibitus eſt actus exterior.

e Vaſq. 1. 2. Diſput. 101. c. 5. Angles. 2. d. 21, q. 2. ar de ign. a. 4. diffin. 5.

ciden-

cidentales differentiæ quare, &c. & hinc ſequitur quod vterque occidendo eſt irregularis & tenetur ad reſtitutionem, &c.

a Alen. p. 2. q. 112. m. 9. Dur. Marſ. Ric. car. &c.

Vigeſimaſecunda *a* concluſio, circa peccata commiſſa ex ignorantia priuante hominem vſu rationis, hæc ſunt tenenda.

Quę tenenda circa pec. ex ignorantia priuante hominem vſu rationis

Primum non omnia quæ fiunt, aut dicuntur in ebrietate peccata ſunt, Ratio, quia blaſphemia, verbi gratia; periurium, infidelitas, vt ad culpam imputentur, debent fieri ſcienter; Ebrius autem non eſt ſui compos.

Secundum verba, aut facta cõtumelioſa in ebrietate, nec imputantur ad culpam, Ratio, ex communi hominum exiſtimatione. 1

Tertium fornicatio, Adulteriũ, homicidiũ, & quodlib. damnũ 2
temporale, ſi præuiſum, imputatur ad culpam, Ratio quia ſunt ſal 3
tem indirectè volita, & proximus verè damnum patitur, quare caueri debet ebrietas, & eo magis, vel minus a quo magis minusvè ſolet contingere, alioquin ſicut cauſa, ita & effectus erunt voluntarij.

Quartum actus qui in ebrietate imputantur ad culpam, ſunt di
rectè, & per ſe eiuſdem ſpeciei cum ijs qui ſcienter patrantur, Ra 4
tio quæ ſupra, quia ſcilicet eſt idem obiectum, &c.

b Iere. 12. Eccle. 57. Aug. 2. de peccat. mer. c. 17. S. Tho. 22. q. 15. ar. 1. & 2.

Vltima concluſio, Datur & alia ignorantia quæ dicitur vecordia, ſenſus hebetudo, *b* cæcitas mentis, cum ex eo quod ſcimus quidem, ſed actu non recogitamus, quam inuiſum Deo peccatum ſit, & quàm nobis noxium, in illud labimur.

Datur ignorantia, quę & mentis dicitur cecitas.

De ſecunda cauſa interna peccati, quæ eſt paſsio appetitus ſenſitiuè. Caput X.

APpetitus ſenſitiuus eſt qui corporeę inſtar infirmitatis, retardat animos a proprijs functionibus, & deordinationem inſequitur, nõ quidẽ humorum, ſed partium animę, dum cõtra ordinem illis conſtitutum nolunt rationi ſubeſſe.

Appetitus ſenſitiuus vt per metaphoram infirmitas.

a Dan. 13. b Rom 7. c Iac. 1.

Pertrahit autem hic appetitus volũtatem ad peccandũ vt ex ſcript. *a* concupiſcentia ſubuertit cor tuum, *b* Video aliam legem. *c* Vniuſquiſque tentatur, &c.

Eſt cauſa peccati.

d S. Augu. 14. Ciuit. cap. 28. S. Th. 1. 2. q. 77. a. 4.

Germen huius eſt amor oproprius *d* qui pertingit vſque ad Dei contemptum, & facit ciuitatem Babil. eiuſque obiecta reducuntur, ad concupiſcentiam carnis (nempè res venereas) & ciborum, concupiſcentiam oculorum, ſcilicet diuitiarum, honorum, rerumque

Ex eo amor proprius. Eius obiecta in triplici differentia.

Digitized by Google

que curioſarum,& ſuperbiam,vitæ ſpectantem ad appetitum ita ſcibilem.

Vt cauſa peccati, vel meriti ſint paſſiones.

Paſſiones ſunt cauſa peccati,dum eis in re graui præſtatur aſſenſus;ſunt & cauſa maioris, vel minoris meriti,iuxtam reſiſtentiæ menſuram,ſi vero vſum auferant rationis, modo non fuerint antecedenter volitæ,cauſæ procuratione, nullius ſunt cauſa peccati.

Vt augeat vel minuat peccatum.

Rurſus, *a* paſſiones ſi anteceſſerint voluntatem,pec.minuunt, ſi ſubſequantur ad augent, ſunt enim ſignum maioris complacentię, ac proinde intenſionis actus ipſius voluntatis circa obiectum, &cet.

a S. Th. Angles Valẽ.

De tertia cauſa interna peccati, quę eſt Malitia. Caput XI.

Malitia voluntatis depravatur, ſpõte malũ eligentis. Peccatũ ex malitia, vt grauius eſt, curatur difficilius.

VT intellectus ab ignorantia, appetitus à concupiſcẽtia, ſic voluntas à malitia deprauatur,eſt enĩ Malitia volũtatis inordinatio ſpontè malum eligẽtis ſub ratione minoris boni, illudque præpõnentis maiori bono,& per malitiã peccari teſtatur ſcriptura. *a* Quaſi de induſtria receſſerunt ab eo. *b* Lætantur cum male fecerint, &c. & patet experientia. Et hoc pecati genus eſt grauius,cæteris paribus quocumque alio,cum ſit magis liberum magiſque voluntarium,quin & curatu difficilius, vt potè ex ipſiuſmet voluntatis deordinatione innaſcens,cum ex peccandi conſuetudine per quam habitus quaſi connaturalis inducitur,tum ex remotione prohibentium peccatum ipſum, nempè donorum gratuitorum.

a Iob. 34
b Prou. 3

De cauſis exterioribus Peccati. *Caput XII.*

a 1. Petri 5. ad Eph. 6. Sap. c. 2. b Niſſen. ora. 3. Paſchę, San Th. 1. 2. qu. 75. ar. 3. c Gregor. hom. 11 & 25. in Ezechiel. d Eccl. 10. Tob. c. 4. e Alen. p. 2. qu. 135. m. 3. & 3. Vide Caſſia. l. 5. de iuſtit. renuncia. & collat. 5.

Cauſę externe peccatorum ſunt Praui homines Diabolus. Obiecta ſenſibilia. Peccata nōdum per pęnitentiam abolita.

CAuſæ externę peccati ſunt praui homines conſilio, exemplo, &c. *a* Diabolus concitando affectus, proponendo obiecta, &c. *b* Hęc eadem ex ſe obiecta ſenſibilla, & *c* peccata nondum per pænitentiam abolita, idque in omni genere cauſæ. Efficientis ratione habituum, quos generant per ſe, & per accidens, remouendo prohibentia, vt cap. præced. Materialis quatenus vnum pec. alteri materiam præparat, Finalis & quaſi Formalis quatenus, verbi gratia, quis furatur ad fornicandum, & furtum, quaſi formari dicitur ab ipſa fornicatione.

Peccata, aliorum cauſę, ſunt ſeptem, ideoque dicuntur capitalia, & ex his maxime *d* ſuperbia, *e* & Auaritia, omniumque ſufficientia ſumitur hunc in modum.

Peccatorū capitalium ſufficientia.

f Prauus animi motus, vel eſt circa bonum apparens, & hoc aut eſt internum, quòd per ſolam rationem apprehenditur, vt inordinatus propriæ excellentiæ appetitus, & naſcitur ſuperbia: aut externum, & hoc vel ſpectat ad corpus ratione inordinatæ conſeruationis proprij indiuidui, & oritur gula, vel inordinatæ propagationis ſpeciei, & oritur luxuria, vel ſpectat ad bona externa, & circa hæc auaritia. Vel rurſus animi motus eſt circa malum, & hoc vel apprehenditur in bono aliquo proprio, vt difficulter factibili, & emergit accidia, vel eſt in aliquo bono alieno apprehenſo, vt malum proprium, & eſt inuidia, aut demum illud idem bonum apprehenditur, vt dignum uindicta, & inſurgit ira.

De effectibus peccatorum. *Caput XIII.*

a Bonz. 2. d 35. Sot. 1. de natu. & grat. Vaſq 1. 2. diſp. 137. c. 2. b Luce. 10. Be 1 ibid.

Effectus peccatorū ſunt ablatio originalis iuſtitie. Diminutio naturalis inclinationis ad bonum.

PRimus *a* effectus eſt ablatio originalis iuſtitiæ, & diminutio naturalis inclinationis ad bonum, quæ ex maiori peccatorum cumulo ſemper euadit deterior. *b* Hinc intelligitur parabola de homine qui incidit in lattrores, quomodo fuerit ſpoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus; Et ſicut vulnus ſeparat carnem, ita facultates hominis, quæ virtute formari poterant, cum propria inter ſe

vnione,

vnione, tum ſub ordinatione ad virtutem per peccatum priuatæ ſunt, factumque eſt vt ratio ſiue prudentia vulnus ſuſciperet igno rantiæ, volũtas poſt amiſsã iuſtitiã, malitiæ ſubderetur, Iraſcibilis perdita fortitudine infirmaretur, & concupiſcibilis, laxatis tempe rantiæ habenis, per abrupta libidinum fœde diffiueret, quæ quidem vulnera, nedum in Protoparentum lapſu inflicta ſunt, ſed in dies magis, & magis accreſcunt exceſſibus ſingulorum.

2 *Macula, quæ nõ niſi p r inhærentem gratiã abſeratur.*

Secundus effectus dicitur macula poſt pec. relicta de qua *a* Prophet. Qui ingreditur ſine macula, & hæc non niſi per inhærentem gratiam poteſt ablui, conſiſtitque non in relatione rationis, nempe obligatione, & reatu ad pœnam, ſiue ex Dei volũtate hominem poſt pec. ad illam deſtinantis, vt Scot. ſiuè ſuapte natura ex ipſo pec. præterito non retractato, emergente, *b* vt Vaſque ſed iuxtà *c* D. Thom. in priuatione nitoris animæ, qui in illam ex ſuper naturali gratiæ lumine transfundebatur, ita tamen vt hæc priuatio in telligatur non nuda, ſed cum ordine ad cauſam, quæ eſt pec. *d* vnde fiet, vt ſicut diuerſa ſunt pec. ita, & diuerſæ ex ipſis inſequãntur gratiæ priuationes, ſic & vmbram, licet ſit eadem, ex diuerſitate tamen corporum interiectorum nihil prohibet diuerſificari; *e* Inducit, & ſuam maculam veniale pec. longè tamen diuerſam à m. hæc enim priuat omnino hominem gratia, & charitate, illa non niſi feruenti eiuſdem vſu, neque aliud voluit D. Tho. negando à veniali maculam incurri.

a Pſ. 14. & 118. Eccl. 31. Deute. 32. Eſai. 4. Ezech. 36.
b 4. d 14. q. 1, §. dico ergo.
c diſp. 139.
d 1. 2. q. 86. a. 1. & 2. & q. 109.
e S. Th. 1 2, q. 86. a. 1,

3 *Condignitas ſeu reatus ad pœnam. Triplex ordo per pec. violatur, Dei, Prælatorum, & rationis.*

Tertius effectus eſt cõdignitas, ſeu reatus ad pœnam; qui triplex eſt, remorſus conſcientiæ, pœna temporalis, & Gehennæ tormenta, & correſpondet triplici ordini per pec. violato, Rationis, Principum, ſeu Prælatorũ, & Dei, cũque formaliter huiuſmodi reatus ſit quid medium inter culpam, & pœnam, tanquam relatio inter fundamentum, & terminum, fit vt aliquando culpa, aliquando pœna nominetur, cum tamen propriè neutra ſit.

Dubitari autem non poteſt quin Deus, *f* vtpotè Iuſtiſſimus in taxanda pœna iuſtitiam ſeruet, & cõmutatiuam, & diſtributiuã.

Pœna peccatis conſ.i.u ta duplex damni, & ſenſus.

Rurſus, pro peccato mortali Deus duplicem conſtituit pœnam, damni, carentiæ ſcilicet beatificæ viſionis, & ſenſus; vtraque inſinuatur illis verbis. *g* Ite in ignem æternum, *h* quæ æternitas hanc duplicem pœnam iurè comitatur, tum quia ex *i* Auguſt. in vindicatione iuſtitiæ non conſideratur æqualitas temporis, nam à principibus capitali plectuntur ſupplicio ſontes pro furto ad breue tempus commiſſo, tum quia K ex Gregor. ad magnam iudicantis iuſtitiam pertinet, vt nunquam ſupplicio careant, qui dum viuerent nunquam voluerunt carere peccato.

Cur peccata in æternum puniuntur. Aug. Greg.

f S. Tho. 3. p. q. 87. ar. 2. Sot. Angles. Valen. &c.
g Dyoniſ. de diu. nomin. c 4.
h Deuter. 32. Pſal. 7. Aug. 1. retract. c 9.
i Matt 25.
K Judith. 16. Eſai. vlt Math. 3. &c.
l. 21. Ciui, c. 11.
4. Dialog. c. 44.

Probatur ratione.

1 Probatur & ratione. *l* Primo defectus quo aufertur principiũ, eſt irreparabilis, vt ſi pupilla deficiat, viſio amplius nõ reparatur, ſed pec. mor. aufert principiũ ordinis, nempè vltimum finem, quo humana voluntas ſubditur Deo per charitatem, ergo poſt hanc vitam irreparabiliter punitur.

S. Th. p. 2, q. 87. ar. 4.

2 Secundo pœna infligitur propter culpam, ergo quandiu durat culpa, durabit & pœna, culpa in æternum ergo, & pœna.

Congruè

Congruè autem peccatores & damni, & ſenſus pęna plectũtur, quia enim per p. auertuntur à Deo bono ſummo, & incõmutabili, merentur pœnam dãni quæ infinita eſt intenſiuè, & extenſiuè; & rurſus quia ad bonum commutabile nempè ad creaturam conuertuntur, quæ tamen finita eſt, luent pœnam ſenſus, quæ finita erit intenſiuè, & non niſi extenſiuè infinita.

Cur peccatores luunt ſenſus, & damni pœnam. Qualis ſit vtraque.

Hoc vero non ita accipiendum eſt quaſi auerſio tantum pœna damni, & conuerſio tantum pæna ſenſus puniantur, vtraque enim deformitas, quatenus adæquatè pertinet ad eandem culpæ grauitatem, punitur tum pęna damni, tũ ſenſus; adeò vt à qualibet iſtarum inadæquate, ab vtraque vero vna adæquata pœna conſtituatur. ſed Doctores ita diſtinguunt, vt in eiuſmodi pæna, omnis congruentię ratio appareret.

Ab vtraq. adæquatè cõſtituitur pęna p. debita.

Vbi vero per pænitentiam quis conuertitur, remittitur ei pæna damni, pęna vero ſenſus æterna in temporalem commutatur, ſoluenda vel in hoc ſęculo, vel in futuro.

Cæterũ peccato veniali ex ſe non debetur pæna æterna, Ratio, quia ex ſui natura non contrariatur vltimo fini, nec tollit charitatem quæ eſt principiũ reparandi bonum per pec. veniale amiſſum, nempè perpetuam Dei ſubiectionem: Dixi ex ſe, nam de remanente cum mortali poſt hanc vitam *a* Scot. quidem docet tandem illius pœnam finiendam in inferno, remanente interim pæna pro mortali in æternum, *b* Durand. diſtinguit, quòd ſi culpa peccati venialis in hoc Mundo iam ſit dimiſſa, & pæna non plenè ſoluta, poſſit eius ſolutio exhauriri in inferno. *c* Sed communior ſententiá eſt etiam venialia puniri in æternum in inferno, & de his quorum culpa iam remanſit, ratio eſt clariſſima: nam pæna non finitur culpa manente, hæc vero manet in æternum: Similiter & ea quorum culpa deleta eſt in hac vita, punientur in æternum, Ratio, quia damnatis non applicantur merita Paſſionis Chriſti, neque eorum tormenta quidquam valent ad ſatisfactionem; quin ſi ærumnæ in hac vita impatienter toleratæ etiam ſi diuturnæ, & grauiſſimæ, non ſunt ſatisfactorię, multo minus in inferno. Quare per accidens, propter conditionem ſubiecti, vel culpam nondum dimiſſam, nihil inconuenit veniale puniri in æternum, ſicut, & pænam debitam pro aliquo mortali iam dimiſſo, quæ in hoc mundo non niſi temporaliter, &cet.

Peccato veniali ex ſe nõ debetur pæna æterna. Quid de remanẽte poſt mortẽ cum mortali. Scotus. Duran. Communis ſentẽtia puniri in æternum.

a 4. d. 21. qu. 3. §. in iſta quæſt. *b* Ibi. q. 2. *c* S. Th. 1. 2. q. 87. ar. 5. Caietan. Med. Alc. Riccard. Viguer. Maior. Bonau. Vaſq.

De Peccato Mortali, & veniali. Eorumque differentijs. Caput XIV.

Peccatũ dicitur veniale tripliciter ab euentu, à cauſa à natura propria.

PEccatum dicitur veniale tripliciter. Primo ab euẽtu, quia ſcilicet de ipſo, tametſi grauiſſimo, adhuc veniam obtinemus. Secundo à cauſa, cum ex infirmitate, aut ignorantia, quæ venia dignæ ſunt, peccatum, quamuis graue committitur. Tertio ex ſui natura, eo quod eſt leue parumque ex ſui natura diſſonum rationi, de quo ſepiſſime in ſcriptura.

S.Th 1.2. q 88 ar 2. Vg.ĩ Trident. l. 14. c 7.d. Angles 2 p. 2. d.37. q.3. a. 1. diffic. 1.

Totidẽ modis & mortale.

Et quoniam oppoſitorum eadem eſt ratio, ideo & pec. mortale adhuc tripliciter dicitur, vel ab euẽtu quod ſcilicet numquam veniam conſequetur, vel ex cauſa, quia ex malitia, vel ex ſui natura, quia grauiſſimum, *a* mortemque animæ inferens, quæ duplex ſui diciturque Prima *b* Priuatio gratiæ, nam ſicut corpus viuit quidem per animam, ſed quã diu in ipſo humorum Symmetria ſeruatur: ſic & anima per Deum, ſed quandiu in ipſa conſiſtit, & viget gratia Dei. *c* Secunda mors eſt pæna æterna, de qua Ioannes. Et miſsi ſunt in ſtagnum ignis hæc eſt mors ſecunda. Sumitur autem in præſenti tam pec. ven. quam mortale in tertia ſignificatione.

Quæ ſit mors prima

Quæ mors ſecunda.

a Gene.2. re em. 31 *b* Ezech. 28. Roma. 6. Sap. 16. 1. Cor. 15. *c* Apocal. 20. Pſ. 48. *d* Tole. tr. de 7 pec. mort. c. 1. Caniſius. ſum. doctri Chriſtianæ tit de pec. c. 1. *e* Eccle. 7. *f* p. Io. 1.

Quid peccatum mortale.

Peccatum mort. *d* eſt receſſus à regula diuina, voluntarius, Dei gratia peccantem priuans, & æternæ mortis adiudicans.

Quid veniale.

Veniale eſt actus humanus voluntarius inordinatus nõ priuans gratia, nec dignus æterna, pæna, ſed temporali. Hic verò.

Quæritur an peccatum veniale ſit ſimpliciter pec. an tãtum per attributionem ad mortale & ſecundum quid.

peccatũ veniale verè peccatũ eſt probatur.

Reſpondeo peccatũ veniale, verè peccatũ eſt probatur. Primo
e ex ſcriptura. Non eſt homo qui non peccet. *f* Sic dixerimus,
quia pec &c. Secundo eſt ſufficiens materia confeſsioni, & verè
abſoluitur. Tertio verè eſt actus malus, quia voluntarius, quia cir-
1 ca materiam indebitam quia contra rationem, quia dignũ repre-
2 hænſione, & pená.
3 Sententiæ, quæ in hac re videntur oppoſitæ concilientur *g* hac

Quæ ratione oppoſitæ ſententiæ concilientur.

adhibita diſtinctione: Peccata vel conſiderantur formaliter, vt talia, quatenus ſcilicet Deum offendunt, & diuerſum pœnæ reatum inducunt, & ſic mortale, & veniale accidentaliter differunt, cum mortale priuet gratiã, & inducat reatum pœna æternæ: veniale autem non: *h* & ſic dici poteſt diuiſionem peccati in mortale, & veniale eſſe ſubiecti in accidentia, & veniale dici pec. non ſimpliciter,

g Vaſq. 1 2. diſputa. 144. c. 1. *h* S.Th.1.2 q 72. a 5. & q 88. 1 & 2.

citer, ſed analogicè, alioquin ſi eſſentialiter differrent, nunquam peccatum mortale, & veniale poſſent eſſe eiuſdem ſpeciei, cum tamen furtum mortale ex ſuo genere, poſſit eſſe veniale ratione paruitatis materiæ, &c. Si verò conſiderentur materialiter, quatenus habent hoc, aut illud obiectum, priuantque debita perfectione huius, aut illius virtutis, & ſunt diſconuenientia naturæ rationali quatenus rationali; vtique vniuocantur.

Quid pecc. mort. ex ſuo genere. *Quid veniale ex ſuo genere.*

Dicitur autem peccatum mortale ex ſuo genere, quod ex ſe euertit charitatem ſiue Dei, ſiue proximi, vt idolatria, homicidium, &c. veniale autem ex ſuo genere tantum dicit inordinationem quandam, vt verbum iocoſum, mendacium, &c.

a S. Th. q. 88. cit. ar. 2. 4. & 6. b S. Th. loco cit. c S. Th. 2. 2 q. 66. ar. 6. Sot. 5. de Iuſt. qu. 5. ar. 3. d Na. præ lud. 6. & 9. & 10. e Sum. Corona p. 1. c. 1. n. 25. f Ang. 2. d. 37. q. 9 ar. 1. diff. 3. Antonina p. 1. tit. 10. c. 1. §. 2.

Et quoniam actus humani nedum qualificantur ab obiecto, ſed etiam ex aliqua agentis *a* diſpoſitione, hinc fit vt peccatum ex ſuo genere mortale, fiat ex parte agentis veniale, & è contra veniale euadat mortale.

Mort. ex genere fit uen. 1. ob actus imperfectionẽ 2. ob materia paruit. 3. ob ignorantiam. 4. ob neceſſitatem. Tantũ in tribus præceptis pôt occurrere iuſta cãtranſgreſſionis.

Mortale ex ſuo genere fit veniale Primo *b* ob actus imperfectionem, quia ſcilicet vel ſubitaneus, vel non plenè deliberatus, vel non ex ſufficienti iudicio, vt in ſemiſopitis. *c* Secundo ob materiæ paruitatem. *d* Terrio cum ex ignorantia, ob quam excuſatur etiam à veniali. *e* Quarto ex occurrente neceſſitate, vt cum quis à diuite ad extremam inopiam repellendam modicum quid ſibi arrogat, aut inuaſorem, cum aliter non poteſt mortem euadere, perimit, aut die feſto citra ſcandalum, ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem laborat: In alijs verò præceptis non poteſt occurrere iuſta cauſa neceſſitatis, ob quam violentur, vnde nunquam fornicatio, aut periurium licitum erit.

g Coſmus Philiar. de offi. ſacer. par. 2. l. 3. h Sebaſtia. Med. ſum. vit. capit. tit. 1. q. 1. i Vide Caieta. 22. q. 88. a 2. dubi. 2. §. circa opp. l Nauarr. prælud. 9. n. 18. m Eccleſ. 17.

Veniale vltimi finis. Praua intentionis. Quia cõtra conſcientiã Ratione cõtemptus. Propter ſcãdalum.

Veniale peccatum ex genere poteſt ẽt ex cauſa fieri mortale. *f* Primo, cum in eo vltimus finis conſtituitur, ita vt quis potius ſit paratus peccare mortaliter, quam id relinquere. Secundo, ex intentione, cum ſcilicet ordinatur ad mortale, vt chorea ad ſtuprum, *g* è contra vero, nunquam mortale ex bona intentione erit veniale. Ratio, quia bonum ex cauſa integra. *h* Tertio, cum fit contra conſcientiam erroneam, aut dubiam; de quo ſupra; *i* Quarto, cum fit in contemptum conſilii, aut regulæ, aut legis. Quinto ratione ſcandali. Ex his ſequitur.

Pe. uen idẽ num. nunquam erit mortal.

Primo, peccatum veniale idem numero manens in genere moris non poſſet fieri mortale, Ratio, quia vt ſic differt a mortali, hoc enim tollit gratiam, & auertit à Deo: illud vero non. Dum ergo euadit mortale, neceſſe eſt non perſeuerare eundem actum, ſed variari ex aliqua circumſtantia.

Veniale vt diſponat ad mortale.

Secundo, ſequitur veniale diſponere ad mortale, tum quia minima *m* ſpernens paulàtim decidit, tũ etiam quia per venialia ſemper accreſcit diſpoſitio, & procliuitas ad mortale, nunqam tamẽn fiet vt etiam ex infinitis venialibus conſurgat vnum mortale. Primo, quia ſunt diuiſa, nec coaleſcunt. Secundo, quia cuilibet veniali debetur pœna finita, mortali autem infinita; ex pluribus autem pœnis finitis, nunquam reſultabit pœna infinita: loquimur autem de pœna damni, quæ debetur mortali, & etiam

de pœna ſenſus extenſiuè, alioquin fieri poſſet vt pœna debita pluribus venialibus adęquet intenſiuè pœnam ſenſus, quæ debetur vni peccato mortali. Hic autem.

Quomodo furtum ex paruis quātitatib. coaleſcens ſit p. mortale. Regula generalis.

Dubitatur Primo, An furtum paulatinum, deueniens ad notabilem quantitatem, ſit peccatum mortale. Reſpondeo affirmatiuè, & obligare ad reſtitutionem. Daturque hæc Regula generalis. *a* Quoties culpa poſterior, quæ ex ſe tantum eſſet venialis, poteſt cum præcedentibus continuari, ita vt cum eis vna reputetur, amplius, materiæ paruitas non excuſat, ac proinde eſt mortale, & obligat ad reſtitutionem, quia cum retinere notabilem quantitatem ſit mortale, & idem ſit retinere, & auferre, conſequenter vltimum furtum quo peruenitur ad notabilem quantitatem, cum præcedentibus eſt mortale contra Nauarr.

a Vaſq. 1. 2 diſp. 146. c. 2.

Ampliatur primo.

Ampliatur primo, eſſe etiam peccatum mortale dum ex pluribus ſimul vnuſquiſque paruam furatur quantitatem, ita vt ex his notabilis coaleſcat, ſecus ſi poſt commiſſum furtum, alius de nouo ſuperueniens parum quid & ipſe furaretur. Ratio, quia non continuatur cum præcedentibus.

Ampliatur ſecundo.

Ampliatur ſecundo, vt hæc doctrina procedat ne dum in materia Iuſtitię, *b* ſed in quacumque alia, in quam poteſt cadere continuatio, vt verbi gratia ſæpius frangens ieiunium per paruas commeſſatiunculas, peccat mortaliter, &c.

b Valē. to. 3. diſpu 6. q 6 punc. 4 Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3.

Reijcitur Nauar.

Contra concluſionem noſtram docet *c* Nauarr. furantem verbi gratia ſingulis vicibus parum quid, etiam cum peruenerint hoc modo ad notabilem quantitatem, teneri quidem ad reſtitutionē, ſed non peccare mortaliter. Ratio primi, quia eſt damnum notabile. Ratio ſecundi, quod ex pluribus venialibus non poteſt fieri vnum mortale.

c In Man. ca. 17. nu. 139.

Reſpondeo Nauarrum proferre implicantia, nam ſi tenetur reſtituere, ergo quia retinere eſt mortale, & conſequenter accepiſſe.

Quomodo differāt inter ſe pec. m. & ven.

Dubitatur ſecundo, Quomodo differant inter ſe peccatū mortale, & veniale. *d* Reſpondeo ex natura rei. Probatur primo tantum peccatum mortale tollit Dei amicitiam ergo &c. antecedens patet, *e* Iuſtus, enim permanens iuſtus, adhuc ſepties cadit in die. Secundo, ex lumine naturali dictante, furtum verbi gratia eſſe grauius verbo otioſo. Tertio, Deus eſſet rigidiſſimus, vt pote cuius amicitiam reſcinderet quę'ibet offenſa.

d Valdenſ. to. 2. c. 155 Tapper. a. 21. §. ad. 5 quæſt. *e* Prou. 24 Iac. 3.

Reijciūtur Gerſon. Almay. Roffen.

Contrarium docuerunt *f* Gerſon, *g* Almay. & *h* Roffen. peccatum mortale, & veniale differre ex ſola Dei miſericordia, & veniale mereri etiam pœnam annihilationis ſi non delearetur: ſed hæc gratis dicuntur, & peccans venialiter poſſet quidem à Deo annihilari: ſed non propter peccatum veniale.

f 3. p. to. de vit. ſpirit. lect. 1. *g* tr. 3. Moral. c. 20. *h* a. 32. cōtra Luth.

Vnde ſumēda ſit diffe rētia inter ven. & m. Reijcitur Scot.

Dubitatur tertio, Vnde nam ſumenda ſit hæc differentia inter mortale, & veniale. Reſpondit *i* Scotus peccatum veniale eſſe contra conſilium, mortale eſſe contra præceptum.

i 2. d. 21. q. 1. §. Dico ergò.

Reicitur, nam & Matrimonium eſt contra *l* cōſilium caſtitatis, & tamen non eſt peccatum veniale, &c. e contra; Furtum etiam in

l 1. Cor. 7.

parua

parua quantitate eſt contra præceptum, & tamen non eſt peccatum mortale.

a Alenſis, Medi. cōrad. Bonauent.

Alij a dicunt peccatum mortale eſſe contra præceptum, & contra iudicium rectæ rationis; peccatum veniale eſſe præter legem, & præceptum.

Contra, rectum rationis iudicium nedum indicat non eſſe mentiendum, ſed eſſe malum, & illicitum, quin & ſub præcepto eſt, non furandum etiam in parua quantitate, cum tamen ſit peccatum veniale.

b S.Th.1.2 q.88.a.1. Ang. Philiard.ſum. Coro.

Vera ſententia.

Dico b igitur differre. Primo, peccatum mortale tollit gratiam, veniale tantum feruorem. Secundo, mortale eſt contra præceptum neceſſarium ad charitatem ſeruandam, & ſalutem conſequēdam; veniale autem licet ſi contra præceptum, non tamen cum diſcrimine charitatis; & ſalutis. Tertio, mortale facit propter amorem creaturæ dimitti amorem Dei, & ſic ponit in creatura vltimum finem; veniale ſecus. Quarto, mortale ex ſe pœnam meretur æternam; vniale autem non.

c De hoc apud Vegam.14.in Trid.c.12 Ang. Valen. Med. &c.

Quomodo dignoſcatur aliquid eſſe pecc. mort.

Dubitatur c quarto, Quomodo dignoſci poſſit mortale à veniali. Reſpondeo, Primo ex ſcriptura, quæ enim in ipſa dicuntur abhominabilia, exoſa Deo, digna morte, aut gehenna, aut habent comminatiouem vel, ſunt mortalia; quæ aliàs non. 1

Secundo, ex traditione Eccleſiæ, & Doctorum conſenſu. 2

Tertio, ex lumine naturali, ex quo hæc certa regula deſumitur, vt quę directè, & grauiter charitati Dei, & proximi repugnent, ſint peccata mortalia, grauitas autem penſatur ex obiecto, circumſtantijs, & qualitate pręcepti. 3

Regula ex lumine naturali.

Eplicit Liber Secundus.

LIBER TERTIVS DE LEGIBVS:

DE NOMINE, ET Definitione Legis in communi: Caput Primum.

Legis etymologia. Græcos. Hebræos Latinos Cur dicatur etiam Statutum Ius. Præceptum Conſtitutio

LEGIS etymologiam deducunt Græcis ab eius fine, qui eſt tribuere vnicuique quod ſuum eſt. Hæbrei à functione, quæ eſt docere, & ordinare. Latini à multipici circumſtantia, & proprietate, cuius modi ſunt, *a*, vt eligatur, *b* vt legatur. *c* vt liget. *d* Diciturq; etiam Lex Statutum ob ſolidam deliberationem: Ius ob Iuſtitiam: Præceptum ob obſeruantiam, & Conſtitutito ob multorum conſpirationem ad illam fanciendam.

a cic. 1. de leg. *b* Iſid. 2. etym. c. 10 Tolet. de 7. v. 1. cap. 22. *c* Caſtr. 1. leg. pæna. c. 1. Viual. Tab. Sylu. *e* S. Th. 1 2 q 90. a. 4.

Legis diffinitio. Cur nõ tribuatur voluntati. Tribuitur quidem rationi ſ. dũ practica eſt Proſpiciãt publicũ bonum. Leges cauſam motiuam.

Eſt autem lex *e* ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata; Dicitur ordinatio rationis, cum enim huius munus ſit dirigere humanos actus, hoc non præſtat niſi per legem iubendo, vel prohibendo; & licet habeat etiam lex adiunctum voluntatis actum, quo approbatur, adhuc abſolute tribuitur rationi, cum ipſa ſecundum ſubſtantiam ſit regula, lux, & directio; & rurſus intelligitur eſſe rationis vt practica eſt, non vt ſpeculatiua. Lex enim prudentiæ inſeruit, quæ certè ad praxim vergit, *f* Subditur (ad bonum commune) Nam cum lex à publica poteſtate condatur, debet & in publicum commodum dirigit, *g* & ſi priuatum proſpexerint, vt quæ de Minoribus, de ſeruis, &c. eatenus iuſtæ erunt, quatenus bonum priuatum, in publicum tãdem reddat, *h* ſi ſecus, vtique non erunt leges, ſed tyrannicæ iuſſiones, proinde & cauſam habebunt motiuam, qua ceſſante non erunt amplius obligatoriæ, etiamſi

f c. erit ãe d ſt. 4. *g* Sot. 1. de Iuſt. qu. 1. a. 2. *h* 4. Polyt. c. 10.

in legum

a c cũ ceſſante, de appell. — *habẽs, q̃a ceſſante nõ ſunt amplius obligatoriæ.*

in legum promulgatione non fuerit expreſſa, modo aliàs certò innotuerit. Ratio petitur ex Regula Iuris. *a* Res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.

b Medin. 1. 2. q. 90. a. 2 Salon. 2. 2 to. 2. de vectig. ar. 3. cont. 5. — *Intelligitur autẽ de ceſſatione cauſæ integræ, nõ partialis. Exemplum in ieiunio, & Baptiſmo flaminis.*

Intelligendum porrò eſt de ceſſatione *b* non partialis, ſed integræ cauſæ, vnde & ſi quis carnem ſpiritui benè ſubiecerit, adhuc tenetur diebus debitis ieiunare, cum ieiunia non habeant hanc tantum pro cauſa adæquata, ſed mentis eleuationem ad Deum, augmentum meriti, &c. Sic licet quis baptiſmo flaminis ab originali liberetur, adhuc obligatur ad baptiſmum fluminis cum hic babeat ordinari vlterius in Dei cultum per actum Religionis, & ſuſceptionem characteris, quo pro alijs Sacramentis ſuſcipiendis diſponimur, &c.

A lege irritatur aliq̃ do bonũ priuatũ ob publicum.

Ex dictis apparet ratio cur à lege aliquando bonum priuatum reddatur irritum, vt verbi gratia Matrimonium clandeſtinum, & teſtamentum carens publico Tabellione, & debito numero teſtiũ. hoc enim fit vt bono publico conſulatur, ne ſcilicet fauore vnius matrimonij, aut teſtamenti fraus irrepat in omnia.

c Io. 21. — d Gloſ. in ca. in iſtis, diſt. 4. — *Poteſtas Eccleſiaſtica à Deo immediate.*

Eſt & alia ſublimior poteſtas, nempe Eccleſiaſtica, ad finem eminentiorem æternæ beatitudinis ordinata, reſidens apud Summum Pontificem, *c* quam habuit immediatè a Deo, licet eligatur ab hominibus. Ratio, quia ipſe eſt Petri ſucceſſor, qui illam à Chriſto accepit, vnde & authoritatem habet condendi leges obligatorias, etiam antequam à populo acceptentur, *d* alioquin illi ſubeſſet, & ab eo dependeret.

e L. leges, C. de leg. & cõſtit.

e Vltimo dicitur, promulgata, hoc eſt vel ſcripto, vel voce, vt innoteſcat, & tollatur prætextus ignorantiæ.

De diuiſione, & efficacitate Legis in communi. Caput II.

f Alenſ 3. p. q. 26. 27 — g S. Augu. p. de libe. ar. c. 6. — h Pſal. 36. Declina à malo &c. — *Varias legis diuiſiones.*

DIVIDITVR Primo *f* lex in diuinam, & humanam, per relationem ad variam poteſtatem.
Secundo, *g* in æternam, & temporalem, per
relationem ad varios rationis actus, æterna e- 1
nima reſidet in mente diuina, temporalis in hu 2
mana. *h* Tertio, in affirmatiuam, & negatiuam, 3
per relationem ad materiam, quam præcipit, 4
vel inhibet. Quarto, in naturalem, & ſupernaturalem, per relationem ad finem.

i 1. 2. q. 91. S. Anto. p. p. tit. ij. c. 2. §. 4. — *Oẽ cõiſſ. quæ a D. Thom.*

Sed omnium communiſſima eſt quam affert *i* Diuus Thomas in æternam, naturalem, humanam, & diuinam, cuius ſufficientiæ

Digitized by Google

eſt ratio. Nam Deus vtpotè primus, & vniuerſaliſsimus gubernator habet primò in mente ſua omnium ordinationem & legem, quæ non minus quam ipſe æterna eſt, idemque vt Naturæ author omnibus indidit creaturis naturalem inſtinctum, qui dicitur lex naturalis, & inter creaturas præſertim homini propriam dedit legem, quæ appellatur humana, communiſsimis illis contenta principiis, quod tibi non vis &c. & demum quia homo nedum ad finem politicum dirigendus erat, ſed etiam ad ſupernaturalem, addidit & diuinam.

Lex æterna. Naturalis. Humana. Diuina.

Legis *a* æternæ prima proprietas eſt, vt ſit fons, & origo cæterarum, ab eaque ſuam efficaciam mutuentur, iuxta illud: *b* Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Ratio, quia inferiora per ſuperiora reguntur, & in artibus, illę quæ architectonicę ſunt, alijs regulas pręſcribunt.

Lex æterna fons, & origo cæterarū.

a S. Tho. lo. cit. a. 3.
b Prou. 8. Rom. 13.

Secunda, vt tam neceſſaria, quam contingentia ei ſubdantur, iuxtà illud: *c* In ditione tua cuncta ſunt poſita, &c. Et quidem de inanimatis dicitur, *d* Ignis, grando, &c. quæ faciunt verbum eius, & alibi, *e* Legem ponebat aquis, &c. Animatis, datus eſt naturalis inſtinctus, & intellectiuis, ſiue ſint Angeli, ſiue homines data eſt lex, dum poſt finis oſtenſionem monſtratum eſt inſuper quid ad eum conſequendum obſiſteret, vel iuuaret: ſubduntur denique legi æternæ actiones liberæ, & malæ quidem vt puniantur, bonæ verò vt remunerentur.

Legi æternæ tam neceſſaria quam contigētia ſubduntur &c.
Mala puniri, bona remunerari ſunt Dei leges.

c Eſth. 13.
d Pſ. 148.
e Sap. 8. Vide Aug. 5. de Ciuit. Dei c. 11.

Lex naturalis, eſt naturale lumen, quod nobis ſubdidit naturæ author ad dignoſcendum quid ſectari, quid fugere debeamus, vnde Apoſtolus, *f* Gentes (ait) quæ legem non habent, ideſt ſcriptam, illam adhuc habere in cordibus, &c. Danturque, vt ſupra diximus, prima principia nodum ſpeculatiua, ſed practica, & ſicut primum, quod intellectui offertur eſt ens, ita *g* quod voluntati, eſt bonum.

Quid lex naturalis.

f Rom. 2. Caſſia. collat. 8.
g 1. Ethic. 1.

Legi naturali reſpondit naturalis appetitus, & naturalis inclinatio, quam ſequitur; poteſtque in homine conſiderari triplex appetitus.

Primus eſt ad eſſe, viuere, & conſeruari. Ratio, quia primum bonorum naturalium eſt eſſe, & iuxtà hunc primum appetitum dantur leges naturales, quibus huiuſmodi naturales perfectiones acquirantur, & conſeruentur, & contraria propulſentur.

Triplex in homine appetitus.

Debet autem hic naturalis inſtinctus per rationem regulari, vnde quamuis lex naturalis dicat *h* licitum eſſe vim vi repellere, ratio dictat non habere locum, dum quis a Iudice condemnatur, & per eandem rationem oſtenditur, coniugium nec eſſe licitum inter affines, quamuis naturæ inſtinctus, &c.

Inſtinctus naturalis debet ratione regulari.

h c. Ius naturale diſtinct. 1.

Secundus appetitus naturalis hominis eſt in quantum animal, cui etiam reſpondet ſecundus quidam legis naturæ gradus, pręſertim circa vſum matrimonij, eruntq; verbi gratia hæ leges, Qui non eſt legitimè impeditus, non eſt prohibendus a contrahendo matrimonio, Vſus matrimonii nō eſt denegādus coniugibus, &c.

Tertius

Digitized by Google

Tertius eſt, quatenus homo eſt rationalis, & vitam acturas eſt ſocialem, Deoque cultum redditurus, ſic extant leges de colendo Deo, de non furando, &c.

Legis naturalis variæ proprietates

Prima legis naturalis proprietas eſt, vt omnes uirtutes ſint ſecundum illam, omnia uitia contra illam. Ratio, *a* quia uirtus eſt habitus operatiuus ſecundum rationem, uitium e contra, at lex
naturalis eſt ſecundum ractionem. 1
b Secunda, ut eadem ſit apud omnes. 2
c Tertia, ut ſit immutabilis, quod intelligitur quoad principia communiſſima. 3
d Quarta, ut ſit indiſpenſabilis. Ratio quod homine ſuperior. 4

Primus legis effectus dirigere. *Secundus obligare.*

Quantum uero ad efficacitatem legum, *e* Prius effectus eſt, reducere homines bonos ea bonitate, quæ congruit ſuo fini. *f* Secundus, obligare ad obſeruantiam, quæ obligatio uel eſt in foro conſcientiæ, ideſt obligans ſub mortali, uel in foro tantum exteriori ſub pœna temporali, *g* & hoc eſt, quod cummuniter dicitur legem habere uim directiuam, dum oſtendit quid faciendũ, quidve fugiendum, obligando in conſcientia, & coactiuam quo ad pœnas infligendas tranſgreſſoribus; & hinc intelliges cur lex diuina dicatur ignea, habet enim inſtar ignis in directione lumen, in coactione combuſtionem.

Lex diuina cur ignea.

a Aug. 12. Ciu. ca. 1. & 3. de liber. arbit. cap. 18. S. Th. 1. 2. q. 71. ar. 2.
b S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 4.
c S. Auguſ. 2. Cōfeſſ. c. 4.
d Sot. 2. de iuſt. qu. 3. ar. 8.
e Seb. Medi. in c. erit diſt. 4. n. 2. & 5.
f Hiero. 1. contra Iouin.
g Philoſ. ſuper 10. Ethic. ca. 9. & c. factæ ſunt, diſt. 40.

De lege humana ſecundum ſe conſiderata. Cap. III.

Primum dubium. *Legis humanæ definitio* *Cur leges humanæ neceſſariæ.*

PRIMVM Dubium, Quomodo definienda ſit. *h* Reſpond. Eſt rectũ iudicium rationis conuenienter legi naturali, & æternæ per diſcurſum aliquem probabilem ab habẽte autoritatem ſancitum, præſcribens aliquid à ſubditus ſeruandum. Patet.

Secundum Dubium, Cur præter legem naturalem ſint neceſſariæ leges humanæ: *i* Reſpondeo, Primo, vt proterui ſaltem metu pœnæ coerceantur. Secundo, ut certius iudicetur de ijs quæ ad uirtutem, de quibus non ita euidenter per legem naturalem. Tertio, quia ordo diuinæ ſapientiæ requirit ut inferiora per ſuperiora regantur. Quarto, quia cum homo præſter brutis debet nedum per internum dictamen vt bruta, ſed etiam per diſcurſum, vt per aliquid eminentius regi. Quinto, quia poſt peccatum non poterant omnia per naturalem legem benè diſponi, maximè cum hæc ſit circa

h S. Tho. 1. 2. q. 9. ar. 3.
i Legendi ſunt Plat. 4. de leg. Ariſt. 10. Ethic. S. Th. 1. 2. q. 91. ar. 1. &c.

vniuerſalia, actiones verò humanæ circa particularia.

Tertium Dubium, An conducibilius ſit Reipublicæ gubernari legibus, vel nutu optimi Principis. Ratio dubitandi, quia hic eſt velut lex animata, & poteſt ſua prudentia reſpicere ad particulares circumſtantias, quæ tamen in infinitum variant humanos actus.

Præſtat Rẽpublicã gubernari legibus, quã nutu optimi Principis.

Reſpondeo, *a* Præſtare vt legibus gubernetur. Primo, quia facilius inueniuntur pauci boni, & ſapientes, à quibus condantur leges, quam multi prudentes, cum tamen multi in eiuſmodi caſu propoſito neceſſarij eſſent. Secundo, quia leges conduntur poſt maturam deliberationem, iudicia breuiſſimè cogitantur. Tertio, quia leges carent paſſionibus, quibus vt plurimum Iudices ſunt obnoxij.

1 2 3

Soluitur quod in contrarium afferebatur, & leges ipſas debere adhuc adminiſtrari à viro prudente.

Lex recta, quia iuſta. Legis iuſtitia primo ex parte agentis. Secundo ex parte materiæ. Tertio ex parte finis.

Quartum Dubium, Quando lex dicatur recta. Reſpondeo, ſi iuſta, idque Primo ex parte agentis, vt ſcilicet habeat authoritatem. Secundo, ex parte materiæ, vt præcipiat iuſta, vetet iniuſta, aut ſaltem vtrumque actum exerceat circa indifferentia, hinc dicimus aliqua eſſe prohibita quia mala, alia mala quia prohibita, *b* Cumque nulla ſit virtutis ſpecies, quæ non poſſit in commune bonum referri, & è contra, cum quodlibet vitium Reipublicæ pacem turbare poſſit, ideo nulla eſt virtus, nullumque vitium, de cuius actu lex non poſſit præcipere, & licet aliquando permittat mala, vt meretricium, & vſuras, id fit ad euitanda deteriora. *c* Tertio, ex parte finis ne in priuatum, ſed in publicum vergat commodum, hinc in vniuerſali, non in particulari ſancitur. Quarto, ex parte formæ, vt æqualem in omnibus ſeruet *d* proportionem. *e* Iſidorus eam legem appellat rectam, quæ eſt honeſta, iuſta, poſſibilis: adde, & non multum difficilis, ſecundum patriæ conſuetudinem, modò ne turpis, & incommoda ea ſit, *f* loco, temporique conueniens, neceſſaria, ſiue vtilis, manifeſta, ne aliquid per obſcuritatem in captione contineat, quæ in bonum publicum, quæ Religioni congruat, quæ diſciplinæ conueniat, ſaluti proficiat, ſit quæ ſufficienter promulgata.

Quarto ex parte formæ. Quid ad legis rectitudinem ex Iſidoro.

Lex humana diuiditur. Primo in ordine ad legem naturalem. In Ius gentium, & Ius ciuile. Secundo, in ordine ad bonũ cõe.

g Quintum Dubium, Qualiter lex humana diuidi ſoleat. Reſpondeo, Primo, in ordine ad legem naturalem à qua deriuatur diuiditur in Ius gentium, ad quod ſpectãt diuiſiones rerum, celebratio nuptiarum cum teſtibus, & eiuſmodi quæ vitæ ſocialis, pacem concernunt, *h* & Ius ciuile, quod ex eiſdem naturæ principiis, non niſi difficulter vario, longoque diſcurſu ſancitum eſt, variùm pro gentium, & Prouinciarum varietate.

i Secundo, in ordine ad bonum commune diuiditur pro diuerſitate eorum, qui bono communi dant operam, in Ius Sacerdotum, Ius principum, Ius militare, ſeu in Ius Eccleſiaſticum, & ſeculare.

Tertio, in ordine ad habentem poteſtatem condendi legem ſic

a Ariſt. 1. Rhet. ad Theod. c. 1.5. Ethic. c.6.3. Politic.11's. Tho. Caſtro.Med. &c.
b S.Th.1.2. q.96. ar.2 Sot. 1. de Iuſt. qu.6. a.2.
c S. Th. loco cit. ar. 1
d Tole. In ſtr. conf. cap.73.& de p. m.c. 18.
e Etymol. c.21. & refertur 1 c. erit etiam diſt.4.
f c. non debet, de cõſang.& affin. Sot. 1. de Iuſt. q. 6 a.1.
g Grat. ex Iſid. diſt. 1 S.Th. 1. 2. q.95 a. 4.
h c. Ius ciuile, d. 1.
i Hoſtien. tit.de conſti cano. repetit. in prohem. decret.

diuiditur

diuiditur in *a* Conſtitutiones Principum, Senatus conſulta, Prudentum reſponſa, &c.

b Quarto, In ordine ad directionem actuum humanorum, ſeu iuxtà materiam, ſic datur Lex Cornelia de Sicarijs, Lex Iulia de Adulterijs, &c.

De legum humanarum ſubiecto, ideſt Quoſnam Lex humana obligare cenſeatur. Cap. IV.

ILLVD in primis accipiendum per fidei profeſsionem neminem à legibus liberari, vt poſte Viennen. docuit *d* Tridēt. Idque congruentiſsimè ad ſacras litteras, & rationem; ſi enim iuſti humanis legibus non ſunt obnoxij omnes ſe iuſtos profiterentur, ſicque in Chriſtiana Republica maxima perturbatio ſequeretur.

Contrarium docuerunt *e* Beguardi, Beguinæ, Lutherus, & ante hos omnes, quidam *f* Iudas Galilæus. Pro quibus.

Obijcitur primo, *g* Vbi ſpiritus Domini ibi libertas, & rurſus, *h* Vos in libertatem vocati eſtis. Reſpondeo, Sermonem eſſe non de licentia quodlibet impunè faciendi, vnde *i* & Princeps Apoſtolorum, Liberi, inquit, tanquam ſerui, & non veluti habentes libertatem malitiæ, ſed de libertate qua Chriſtus nos exemit à ceremonialibus, & iudicialibus veteris legis, & qua ablato figurarum velamine, ambulamus in die, quam fecit Dominus, & demum quia per charitatem piè, & ſpontaneè, non coactè obedimus.

Obijcitur ſecundo, Iuſto non eſt poſita lex. *l* Reſpondeo, Verum eſſe quoad vim coactiuam, cum ipſi non timore pœnæ, ſed virtutis ducantur amore ad obediendum legi.

Sunt ergo leges obligatoriæ. Sed hic Dubitatur Primo, An & ipſi Legiſlatores, & Principes legibus parere teneantur.

m Dicendum primo, Per ſe & directè vt plurimum non obligari. Primo, quia actio, & paſsio non in eodem, *n* debetque eſſe diſcrimen inter ligantem, & ſoluentem, & ligatum, & ſolutum. Secundo, quia lex obligat ex intentione, *o* quam in ſe ipſos non præſumuntur habuiſſe.

Dicendum

a L. 1. ff. de conſtitut. Princip.
b S. Th. ar. 4. S. Anto. p. 1. tit. 18 c. vij.
c Habetur in c. ad noſtrum, de hæret.
d Seſſ. 6. c. 11. & can. 20.
e Rom. 13. Coloſſ. 3. Hebr. 13. 1. Pet. 2. ad Tit. 3.
f Co. cit.
g Ex Hieron. ſuper c. 3. ad Titum.
h 2. Cor. 3.
i ad Gal. 5
l 1. Pet. 2.
m Chryſoſto. homi. 2 in 1. ad Thimot. Ambroſ. in Pſa. 36. Auguſt. in pſ. 1. &c. S. Thom. Caietan. Medin. Felin. Lanophil. S. Antoni. & cōmunis &c.
n arg in c. Debitum de baptiſ. & ibi glo. cũ Panor. Innoc. in verb. Omnibus.
o Sic intelligitur lex Princep. ff. de leg.

Tertio, in ordine ad habentem poteſtatem.
Quarto, in ordine ad materiam.
Fides non eximit à legibus.
Errarunt in hoc Beguardi.
Beguina Lutherus Iudas Gal.
Soluitur prima eorum obiectio.
Soluitur ſecundà.
Primũ dubium. An legiſlatores legibus ſint obnoxij.
Prima concluſio.

Secunda Conclusio.

Dicendum ſecundo, *a* Princeps eſt ſolutus legibus, quoad pœnas in illis contentas, ſeu quoad vim coactiuam. Hinc.

Primũ Corollarium.

Infertur primo *b* Papam percutientē clericum non eſſe excommunicatum, *c* nec ſi ſe ingerat adminiſtrationi pontificatus ante conſecrationem priuari iure ex electione quæſito, vt contingit alijs electis, & ſimiliter Regem violantem proprium ſtatutum non incidere in infamiam, vel pœnam periurij.

2. Corollar.

d Infertur ſecundo, Epiſcopum ludentem aleis, quod tamen ipſe ſub excommunicatione prohibuit, non ligari, *e* aut certè non ex vi proprij ſtatuti, ſed iuris communis, cauentis ne in crimine crimnoſo participetur, ſed de hoc aliàs.

3. Corollar.

f Infertur, tertio, Legatum excommunicantem ex mandato omnes beneficiatos, qui non ſoluerint taxam, non includere ſe ipſum, cum nemini præſumatur mandari proprium interitum, *g* cuius modi eſt excommunicatio, imo ſi mandaretur expreſſe propria excommunicatio, mandatum eſſet iniuſtum, & irritum *h* & ſi quis non poteſt abſoluere ſeipſum, poterit ligare? *i* cum tamen abſolutio ſit fauorabilior.

4. Corollar.

Infertur quarto, ex vi legis præcipientis Maſſarijs criminum denunciationem non obligari, *l* cum propriam vitam quiſque tueri, & redimere teneatur.

5. Corollar.

Infertur quinto, *m* Capitulum licitè vendere terrulas Epiſcopo ſine alia licentia, nec in hoc caſu generale Epiſcopi ſtatutum, pœnaſque in eo contentas habere locum.

n Ceterum adnotare hic licebit, exemptionem ſuperioris à vi coactiua, non tam eſſe priuilegium, quam onus, nec tam gratiam, quam iniquam conditionem. Ratio, quia ſubditus ad virtutem duplici ſubſidio ducitur, directione, & coactione. Superior cum altero horum ſit deſtitutus, facilius in preceps ruet.

Superiorem non ſubeſſe vi cōactiue non eſt gratia, ſed iniqua cōditio.

Tertia Concluſio.

Dicendum tertio, Superiores quoad vim directiuam, & in conſcientia proprijs legibus ſunt obnoxij, *o* idque humano, & diuino iure. Primo, quia & ipſi virtutem ſibi comparare, bonumq; publicum promouere, qui ſunt præcipui legum fines, nedum æquè, ſed magis ac alij poſſunt, & debent. *q* Secundo, vt propriam legem ab omni ſuſpitione liberent, & contemptu. *r* Tertio, quia præcipiens verbi gratia non mæchare, mæchari non debet, alioquin in quo ſubditum iudicauit ſe ipſum condemnat *ſ* & Caieta. aſſerit eſse de iure naturæ. vt Princeps id faciat, quod ab alijs faciendum conſtituit, & turpiſsimum eſſe non conuenire caput cum membris. Quarto, quia magis mouent exempla, quam verba. Quinto, quia nedum Chriſtus Dominus *t* cæpit facere, & docere, ſed & de Æthnicis hanc eandem ſuarum legum obſeruantiam legi-

Princeps legibus eſt obnoxius quo ad vim directiuam.

1 2 u 3 4 5

o *n* Sotus 1. de iuſt. q. 6. a. 7. *o* cap. Cum omnes, de conſtitu. cap. Pro illorum, de prebend. 1. 4. c. de leg. & conſtit. *p* Matth. 23. Vide S. Thom. 1. 2. q. 96. a. 5. ad 3. *q* Clarom. in cap. Cum omnes, not. 2. Panormit. n. 2. de conſtit. *r* Rom. 2. *ſ* 1. 2. q. 96. ar. 5. *t* Act. 1.

a S. Thom. qu. 96. a. 5. ad 3. Gloſa in ill. Tibi ſoli peccaui.
b Med. 1. 2. q. 69. a. 5.
c Io. And. in c. Anaſtaſiæ de elect. in 6. & Gomes in reg. de infir. reſig.
d Anchorana in cap. Canonũ ſtatuta, n. 183. de cōſtit. Ioan. And. &c.
e Ex cap. Nuper, de ſent. excōmunic.
f Anchor. loco cita. nu. 184. & ibid. Calder.
g Pro venerab. quiſi lij ſint legitimi.
h c. q. ant. de pæn. & remiſſ.
i L. Arrianus, de v. & oblig.
l L. vt vim de iuſti. & iure, vel Nemini ti morem φ megica.
m Ioan. An. r. in reg. Qui tacet in Mercurial. de reg. iur. in

legimus, *a* vt de Traiano, *b* Zauleco, &c. ex quibus colligitur veriſſimum eſſe quod dicitur, *c* Patere legem quam tuliſti; licet ex iuſta cauſa poſſit in lege, & ſecum, & cum alijs diſpenſare, quod ſi cauſa abeſſet, non incurrerentur pœnæ, ſed peccaretur, cum ex lege naturæ, omnis deflexus à regula, quæ in lege iuſta præſcribitur, ſit peccatum, *d* quod in ſuperiore erit grauius, vt potè in maius Reipublicæ damnum redundans.

Ex iuſta cauſa poteſt ſuperior & ſecũ & cum alijs in propria lege diſpenſare.

Contra ea quæ dicta ſunt obijcitur: Lex carens vi coactiua non eſt lex. Reſpondeo, verum id eſſe ſi in vniuerſum careat huiuſmodi vi, non ſi reſpectu Principis, qui non habet à quo cogatur, *e* licet aliquæ leges neque vim directiuam habeant in Principem, cum ſcilicet priuatos tantum reſpiciunt.

Soluitur obiectio.

Ex dictis *f* ſoluitur Quæſtio, An Papa teneatur ſemel in anno peccata mortalia confiteri, & Reſpondetur affirmatiuè ex vi directiua, præſertim cum id verè ſit de iure diuino, limitato tamen per humanum, licet vtriuſque tranſgreſſio vnum tantum peccatum eſſet.

Quò Summus Pōtif. ad ãnuam confeſſionẽ obligetur.

Quæſt. *X.*

Secundo, Principaliter Dubitatur, An peregrini teneantur legibus Regionis. *g* Reſpondeo, ſi ſint incolæ teneri, ſin minus, vt qui iter faciunt, vt aliò diuertant, non teneri, niſi communiſſimis quibuſdam Regnorum legibus, alioquin non ſatis benè proſpectum eſſet illorum bono.

Peregrini vel trãſeũtes vel incolæ.

Tertio, Particulariter Dubitatur, An clerici laicorum legibus ſint obnoxij. *h* Reſpondeo, Dum leges ciuiles officio clericali, aut ſactis Canonibus non repugnant, obligari, quia & ipſi membra ſunt politicæ Reipublicæ, ad cuius bonum, & ipſi conſpirare debent, alioquin magna confuſio, & detrimentum ſuborietur.

Leges ciuiles Reipub. vtiles, & non repugnantes Eccleſiaſticæ libertati obligant ſecundũ vim directiuam etiam clericos.

Hinc infertur clericos vendentes frumentum vltra iuſtum pretium taxatum peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem, *i* & hanc in negotijs ſupergreſſiorem vetat etiam Apoſtolus, & rurſus, leges de armis noctu non ferendis, de non incumbendo venationi, de abſtinendo à veſtibus ſericis, *l* de non abſtrahenda annona, vel *m* equis extra territorium, obligabunt etiam clericos cum, & bono publico expediant, & morum honeſtati, aut libertati Eccleſiaſticę non repugnent.

a Rodig. l. 8. lect. auſus c. 1.
b Val Max. l. 6. Patrii. 8. de reg. tit. 6.
c c. cũ omnes cit.
d Sot. loc. cit.
e Caiet. 1. 2. q. 96. ar. 5. Sot. loc. cit.
f Glo. in c. Nemo. 9. q. 3. Doct. in c. omni vtriuſq.
g Medi. 1. 2. q. 96. a. 5.
h Panorm. in c. S. Mariæ, de cõſti. Dried. Sot. Caſtr. &c.
i 1. ad Teſſalon. 4.
l Sot. 1. de iuſt. qu. 6. art 4.
m Zerula contra Nauar. in praxi. Epiſcop. to. 1. cap. 196. concluſ. 1.

tum ferè totius orbis nationes degant, præſumitur ab vnaquaque illarum propriam patriam fieri certiorem; quoad tempus verò expectandum eſt quouſque moraliter alicubi præſumi poſſit innotuiſſe, aliquid Romæ fuiſſe ſancitum. Septimo, *a* leges contractuũ reſciſſoriæ obligant ſtatim ac in Curia fuerint promulgatæ. uerbi gratia ſtatuitur vt illegitimus ſit in capax beneficij, omnis eiuſmodi collatio facta deinceps, etiam cum inuincibili ignorantia, erit nulla. Ratio, quia hæc pœna non infigitur ob culpam. *b* Limitatur tamen, modò ne annullatio ſit cum notabili damno, & iniuria tertij, vnde ſi Papa uellet irritare matrimonia intra quintum gradum, deberet intercedere legitima promulgatio, *c* vt ob eandem cauſam interceſſit contra matrimonia clandeſtina. *d* Octauo, leges priuilegiorum, & indulgentiarum reuocatoriæ non obligant niſi poſt publicationem, nedum in Prouincia, ſed in propria Ciuitate, & parochia factam. Ratio, quia fauores ſunt ampliandi. Si quid verò aliter in anno Iubilæi dicendum, conſuletur bulla.

a Panorm. in cap. cognoſcẽtes de conſti. Gloſſ. in clem. 2. in verſic. ex nunc, de hæret.
b Sot. 1. de Iuſt. qu. 1. ar. 4.
c Trident. ſeſſ. 24. de reformat. Matrimo. c. 1.
d Colligitur ex c. 1. de cõceſſ. præben. in 6.

De qualitate Legis humanæ, hoc eſt, qualis, & quanta ſit obligatio humanarum Legum. Caput VI.

DICENDVM primo, Lex humana in vniuerſum habet vim obligandi tranſgreſſores ad m. Probatur.

Primo, Poteſtas condendi leges humanas deriuatur à Deo non ſecus ac efficientia ſecundæ cauſæ, à prima ergo vim habet obligandi ad m. Antecedens probatur ex Scriptura. *e* Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt; & rurſus, *f* Omnis poteſtas à Deo, &c. conſequentia probatur, ſubdit enim Apoſtolus; Qui poteſtati reſiſtunt Dei ordinationi reſiſtunt, ideoque damnationem ſibi acquirunt, & proinde obediendum eſſe, nedum propter iram, ideſt pœnam a Principe inſligendam, ſed etiam propter conſcientiam.

Secundo, Finis ciuilis legis, eſt boni communis conſeruatio, Eccleſiaſticæ autem directio ad ſupernaturalẽ beatitudinem, ſed hic vterque finis efficaciter obtineri nequit niſi ſubditi etiam in conſcientia obligentur, ergo &c.

Dicendũ ſecundo, Lex Eccleſiaſtica vim habet obligandi tranſgreſſores

e Prou. 8.
f Rom. 13

Prima concluſio.
Lex humana pôt obligare ad m. tranſgreſs.
Prob. primo Ex ſubordinatione poteſtatis humanæ ad diuinam.
Secũdo, Ex efficacia ad finem.
Secunda concluſio.

Lex eccl. poteſt obligare ſub m. Probatur primo, Ex authoritate à ſuis ſucceſſorib. tradita.
Secundò, Ex iniuria quæ Deo irrogatur ex eadem transgreſſ.
Tertio, A minori ad maius.

greſſores ad mortem: ſi enim hoc poteſt aliqua humana lex vtiq; Eccleſiaſtica, & Probatur.

Primo, Chriſtus miſſus eſt à Patre cum authoritate nedum docendi, ſed condendi leges, & iudicandi; ergo Apoſtoli, & ſucceſſores. Antecedens probatur ex Scriptura. *a* Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Conſequentia etiam probatur ex eadem Scriptura, ibi, *b* Sicut miſit me viuens Pater, & ego mitto vos.

Secundo, Non obediendo Eccleſiaſticis legibus, Deo irrogatur iniuria, ergo &c. Antecedens patet ex Scriptura, *c* Qui vos ſpernit me ſpernit; & Apoſtolus, *d* Qui hæc ſpernit non me ſpernit, ſed Deum, &c.

Tertio, Sacerdos veteris legis poterat obligare ſub mortali, ergo multò magis nouæ. Antecedens patet ex Deuteronomio, *e* vbi imponitur pœna vltimi ſupplicij non obedientibus, quæ non niſi pro mortali infligebatur ex communi ſententia. Conſequentia patet, *f* Sacerdos enim Euangelicus eſt excellentior, maiorisque authoritatis quam Moſaycus.

Quarto, Authoritate Conciliorum *g* Calcedonenſis, *h* Romani, *i* Toletani, *l* tertij Viennenſis, *m* Conſtantinopolitani, *n* Florentini, *o* Tridentini, & Patrum, &c.

Poteſtas Eccleſiaſt. condendi leges, extenditur et ad indifferentia.

Intelligitur autem hæc poteſtas etiam circa indifferentia, quæ tamen pro loco, & tempore Eccleſia ad bonum ſpirituale conducere iudicauerit. Exempla ſunt *p* de abſtinendo ab immolatitijs, à ſuffocato & ſanguine, *q* de inhabilitate bigamorum ad ſacros ordines, *r* de obſeruantia ieiunij Quadrageſimalis, *ſ* de inhibitione ſepulturæ tempore interdicti, *t* de non danda opera facultati legali, vel medicinali à Clericis, &c.

Tertia concluſio. Lex ciuilis poteſt obligare ad m. Probatur.

Dicendum tertio, Etiam lex ciuilis poteſt obligare ſub mortale.

1 Probatur Primo, Ex Apoſtolis mandantibus obedientiam Principibus ſecularibus tanquam à Deo miſſis, ita vt eorum poteſtati reſiſtentes, Dei ordinationi reſiſtant. Adde & Patrum authoritatem Gelaſij, Chriſoſtomi, Anſelmi, Theophilacti, Augnſtini, &c.

2 Secundo, Peccatum eſt violare diuinam legem, ergo & humanam. Conſequentia patet, *u* quia huius poteſtas ab illa deriuatur.

3 Tertio, Poſſunt parentes obligare filios ad aliquid faciendum ſub mortali, ergo multo magis Principes. Antecedens patet *x* ex Scriptura mandante filios inobedientes lapidari. Conſequentia deducitur, nam vt bonum publicum maius eſt quam dominicum, ita magis procurandum, idque pro maiorum authoritate.

4 Quarto, Quia aliàs non eſſet proſpectum ciuili bono.

Contrarium ſenſerunt primo Valdenſes, Hus

Cõtra prædicta ſenſerunt Primo Hæretici negantes in Eccleſia eſſe authoritatem condendi leges. Pro quibus.

Obijcitur ex Scriptura dictum ipſius Chriſti, *y* Fruſtra colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. Reſpondeo, Intelligi de mandatis repugnantibus cum diuina lege. Nam ſubditur,

a 102. 3. *b* Ioan. 20 *c* Luc. 10. *d* 1. Theſſ. 4. *e* cap. 17. *f* Hebr. 7. *g* Act. 15. *h* Can. 1. *i* Can. 1. *l* Habetur in Clem. ad noſtrũ de hæret. *m* Seſſ. 8. *n* In vn. Armen. *o* Seſſ. 6 can. 20. *p* Act. 15. *q* 1. Tim. 3. *r* Hieron. ad Marcel. de errore mont. *ſ* Clem. 1. de ſepult. *t* ca. ſuper ſpeculans cleri. vel Mon.

u Prou. 8. Rom. 3.

x Deuter. 22.

y Matt. 15.

tur,

Digitized by Google

tur Quare vos tranſgredimini præceptum Dei propter traditiones veſtras,&c.

Vicleſ. Caluin.

Secundo, Contra prædicta docuerunt *a* Almay. *b* Gerſon, *c* Imola, & *d* Felin. leges humanas non obligare ex ſe ad mortale, ſed tamen ratione ſcandali, vel contemptus vel demum vt legis diuinæ ſunt declaratoriæ.

a tract. de pot. Eccl. c. 10. & 12
b Lect. 4. de vit. ſpirit.
c Repet. c. cum contigat, col. 17. de iure iuran.
d ca. 1. de ſponſal. n. 18.

Secũdo cõtrariũ ſentiunt Almay. Gerſon. Imola. Felin.

Pro quibus Obijcitur primo Solius Dei eſt dare gratiam, ergo & ſolius Dei eſt illam tollere, quod fit per obligationem ad m. Reſpondeo primo, Solius Dei eſſe vel immediatè, vel mediatè, per authoritatem ſcilicet traditam condendi huiuſmodi leges. Secundo, Nec Deum auferre gratiam, *e* ſed ipſummet peccatorem ſibi legum tranſgreſſione. Tertio, Negando conſequentiam, &c.

Soluitur primum eorum argum.

Obijcitur ſecundo, Solus Deus poteſt infligere pœnam æternam, ergo & ſolus ad eam obligare. Reſpondeo, Et Princeps ex Dei voluntate ad æternam pœnam obligare.

e S. Tho. 1 2. qu. 113 ar. 2.

Soluitur ſecundum.

Obijcitur tertio, Actus interior non cadit ſub forum humanũ etiam Eccleſiaſticum, eo quod illum punire non poteſt, atque punire poſſet ſi habuerit vim obligandi ad mortale, ergo, &c. Reſpondeo, *f* Eccleſiam non habere poteſtatem in actus internos præciſè vt interni ſunt, quia iudicium non fertur in incognitum, habere autem ſi conſiderentur cum relatione ad externos, per quos innoteſcunt. Eccleſia iudicat de Chirographo, verbi gratia, hæretico occultiſſimè ſcripto, quia deriuatur ab opinione interna erronea, *g* & excommunicat procedentes contra hæreticos ex amore, vel odio, quia id fieri nequit ſine actu externo, & præcipitur attentio in diuino officio, quia habet annexum actum externum.

f Caietan. verſ. horæ canonicæ quoad. 3. Clement. Multorũ. §. Vernm de hæret.

Soluitur tertium. Quomodo Eccleſia poteſt eſſe de actibus interiorib. iudicare.

Quæ, & quando lex humana ad peccatum mortale obligat, & quomodo hoc cognoſci poſſit. Cap. VII.

DVBITATVR primo, An omnis lex humana de facto obliget ſub mortali. *b* Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia vis obligandi legum oritur ex authoritate, & voluntate legiſlatoris. At hic aliquando vult tantum obligare ad pœnam. Adde quod poteſt & populus aliquando acceptare legem tantum quoad pœnam.

b Adrian. quodli. 6. a. 2 Caſtr. 1 pot. leg. pen. ca. 5. Valen. to. 2. diſpu. 7. q 5. p. 6. q. 2.

Primum dubium. An de facto omnis lex humana obliget ſub mortali.

Obijcitur. Legum humanarum poteſtas eſt à Deo, ergo omnium

Secundum dub.

Lex iniuſta non obligat ſub mor. Quo lex ſit iniuſta.

nium tranſgreſſio obligat ſub mortali. Reſpondeo, Ne Deum quidem omnibus ſuis legibus obligare ad mortale; nam verbi gratia quamuis dixerit, *a* Non mentieris: conſtat tamen etiam naturali lumine non omne mendacium eſſe peccatum mortale.

a Leuitic. 19.

Dubitatur ſecundo, Quomodo cognoſci poſſit quando lex humana obliget ſub veniali, vel mortali.

Dicendum primo, Lex iniuſta ex ſe non obligat in conſcientia. Ratio, quia nec vera lex cum non poſſit eſſe recta regula. Erit autem iniuſta ſi contra diuinum bonum, vtpotè contra Euangelium, verumque Dei cultum vergat, aut humanum, nempè ſi priuatum tantum commodum reſpiciat, ſi vltra limites traditæ poteſtatis, ſi non ſeruata geometrica proportione, ſi vltra quam cauſa exigat, aliquid ſanciat.

Prima cautio.

Caueant verò ſubditi Primo, ne temerariè de iniuſtitia legum iudicent, ad hanc enim nec praua Principum intentio ſatis eſt, & priuatum eorum commodum, plerunque redundat in publicum.

Secunda cautio.

Caueant ſecundo, Ne ob legum iniuſtarum præuaricationem ſequatur ſcandalum, aliàs tenentur ad illarum obſeruantiam, *b* hinc ſicut iniuſtè incarceratus poteſt licitè aufugere etiam poſt ſententiam, ita è contra ſi ſcandalum immineat tenebitur permanere, *c* & iniuſtè ex communicatus huius eiuſdem ſcandali (ſi ſubſit) ratione tenebitur parere mandato, &c.

b Caſtr. 1. leg. pen. c. 5. docũ. 1.

c Videto. 2. lib 1. ca. 17. Sayr.

Ceſſante cauſa legis ceſſat & eius obligatio.

d Dicendum ſecundo, Ceſſante cauſa ob quam & condita fuit lex & vim habebat obligandi ſub mortali, ceſſat & obligare, loquimur autem de cauſa totali, & quoad commune. Probatur, quia anima legis eſt ratio, & res per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur; Satiſque fuerit cauſam certò innotuiſse, & ſi non fuerit expreſsa; cæterum ne error ſurrepat de cauſæ falſa ceſſatione, conſulatur ſuperior.

d Panorm. ca. quoniã contra, n. 6. de prælat. Archid. cyn. Bald. &c.

Corollariũ

Hinc Infertur *e* Gabellam verbi gratia impoſitam ob Pyratarũ exturbationem, fine obtento amplius non obligare, & è contrà, etiam ſi quis non habeat animum occidendi, adhuc tenetur parere legi inhibenti armorum geſtationem, idque ob bonum publicum, & *f* ieiunij præceptum adhuc obligat poſt propriæ carnis edomationem, cum habeat prætereà, & alias cauſas, &c.

e Barto. in c. vectigalia, ff. de pub. & vectig &c.

f Rodrig. to. 1. c. 196. concl. 3.

Grauitas materia neceſſaria vt lex obliget ſub mortale. Vnde pẽſanda ſit materiæ grauitas.

Dicendum tertio, *g* Lex non obligat ad mortale, niſi ſit circa grauem materiam aut ex ſe, aut ratione annexæ circumſtantiæ. Ratio, quia & ipſa diuinæ legi conformatur, quæ eodem modo ſe habet. Grauitas autem materiæ penſanda eſt in ordine ad publicum bonum: hinc ſi Ciuitas annonæ charitate laborat, ſi ſit lex ne frumentum extrahatur, obligabit ſub mortale. Ratio, quia graue incommodum inde redundaret in Ciuitatem, ſic de aſportatione equorum, & armorum tempore belli, &c.

g Sot. 1. de iuſt. qu. 6. ar. 4.

Cõtemptus inducit pe. mor. Quãdo peccatus ex cõtemptu.

h Dicendum quarto, Tranſgreſſio ex contemptu, modò hic nè leuis, & ſurreptitius ſit, & veluti primus motus, ſemper eſt mortalis. *i* Ratio, quia lege diuina tenemur humanis ſubijci poteſtatibus; Violatio autem ex contemptu contingit, cum quis peccat non ex paſſione, aut conſuetudine, ſed præcisè, quia contemnit legiſla-

h Med. 1. 2. q 96 ar. 4. dub. 1. Nauar. in Manua. c. 13. nu. 42.

i Luc 10. Rom. 13.

Digitized by Google

legiſlatorem, ac proinde non tam *a* virtutis, verbi gratia temperantiæ actum, qui per legem ieiunij præſcribitur, quam iubentis ipſius authoritatem parui pendit, proceditque concluſio etiam ſi aliàs materia ſit leuis, & pro eo tempore legis obligatio ceſſaret. è contra tranſgreſſio ex imbecilitate, ex negligentia, aut quouis alio reſpectu non ſemper eſt mortale.

a Dried. l. 1. de liber. Chriſtiana cap. 12. propoſ. 5.

Oblib. ſub mortali ex volũtate legiſlatoris, & materię grauitate.

Dicendum quinto, Obligationem ſub mortali in humanis legibus oriri ex voluntate legiſlatoris, & grauitate materiæ, ſiue ex ſe, ſiue ratione circumſtantiæ. In Eccleſiaſticis verò, attendendam eſſe præſertim legiſlatoris intentionem, *b* quæ ſi deficiat, etiam ſi legis verba aliter indicare videantur, non obligabunt, niſi ob conſcientiam erroneam ſubditi, *c* & hoc ampliatur etiam in excommunicatione, quæ non incurritur dum legiſlator non habet animum illam inducendi, quamuis ad terrorem per verba ſuę legis illam inducere videatur, *d* in hoc tamen caſu per tranſgreſſionem incurritur peccatum mortale.

b Caſtr. 1. leg. penal. c. 5. documen. 4.
c Med. Co. di. de ieiunio quę. 7. dub. 2.

3. Dubium

Tertio principaliter Dubitatur, Quomodo hæc legiſlatoris intentio dignoſci queat.

Prima concluſio.
Attendẽda prudẽtum exiſtimatio cõſuetudo optima legũ interpres.

Dicendum primo, *e* Attendendam eſſe prudentum exiſtimationem ex communi conſuetudine circa verborum legis intelligentiam. Ratio, quia conſuetudo eſt optima legum interpres. Hoc modo perceptum eſt, & ieiunij Quadrageſimalis obſeruantiam, & confeſſionem, communionemque in Paſchate obligare ſub m. cum aliàs in huiuſmodi legibus nulla ſit expreſſa mentio obligationis ſub mortali.

d Bonau. 2. d. 39. ar. 1. q. 3.
e Ex Paul. in l. ſi de interpret. ff. de leg. &c.

Secunda concluſio.
Iniunctio ſub virtute ſancta obediẽtia, &c. in legibus Eccleſiaſticis obligat ſub m.

Dicendum ſecundo, *f* In legibus Eccleſiaſticis dum quid pręcipitur in virtute ſanctæ obedientiæ, ſeu interminatione diuini iudicij, vel ſub indignatione Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, aut verbis æquipollentibus, inſinuari obligationem ſub mortali. Ratio, quia ex communi vſu hæc verba indicant mentem legiſlatoris fuiſſe obligare ſub mortali, modo tamen ſit circa grauem materiam, debet enim eſſe rationabilis intentio legiſlatoris, eiuſque authoritas eſt ad ædificationem ſubditorum, non autem ad deſtructionem.

f Caſtr. 1. leg. pena. c. 5. doc. 4. Tolet. Salon.
g Sot. 1. Iuſt. q. 6. a. 5.
h Salon. 2. 2. qu. 77. a. 1. contr 8. reg. 3.

Tertia concluſio.
Et ex appõne grauis pęna v. g. ex cõicationis ſuſpẽſionis, vel interdicti.

Dicendum tertio, *g* Hanc eandem obligationem ſub mortali in Eccleſiaſticis legibus dignoſci ex appoſitione grauis pęnæ; hinc enim colligitur eſſe circa grauem materiam, hinc lex præcipiens aliquid ſub excommunicatione, obligat ſub mortale, quod intellige de excommunicatione *h* etiam comminatoria, & rurſus vbi apponitur pęna ſuſpenſionis à Iure, vel etiam interdicti, ſecus de irregularitate, quamuis hæc cum ſine peccato incurritur non ſit dicenda pęna, ſed inhabilitas.

i 10. Med. Cod. de pęn. tra. de ieiun. q. 7. &c.
l In ca. noſtra, not. 2. de cohabit. Cler.

Proportionaliter idẽ in legibus ciuil.

i Proportionaliter in legibus ciuilibus dignoſcetur earum obligatio ſub mortali ex appoſitione grauis pęnæ, verbi gratia capitis, præſcriptionis bonorum, &c.

m Summa Cor. p. p. n. 33. concl. 4.

Quarta concluſio.
Verba impe

Dicendum quarto, *l* Contra Panormitan. lex Eccleſiaſtica etiã ſi per verba imperatiua ſit lata, non tamen ſemper eſt obligatoria ſub mortale. *m* Primo, quia alioquin Chriſti iugum non leue,

iuſdem detrimentum, poteſt obligare etiam cum vitæ diſcrimine. Ratio eſt, quia legiſlator pro totius corporis incolumitate, ſi aliter ei conſulere nequeat, poteſt membrum exponere euidentiſſimo periculo, & rurſus, quilibet debet præponere publicum bonum ſuo priuato.

Secũda concluſio.
Lex vetans rem intrinſecè malã oblig. cũ vitæ diſcrimine.
Etiam conſequẽtia de actu habente periculũ mortis præuiſ.

Dicendum ſecundo, Lex humana cuius tranſgreſſio non poteſt eſſe ſine tranſgreſſione legis naturalis, aut diuinæ, quæ eſt de re intrinſecè mala, aut quæ eſt de actu habente periculum mortis, qui à Legiſlatore præuideri potuit obligat ſub mortali, etiam cum vitæ diſcrimine. Ratio primæ partis, quia ſi in tali caſu lex naturalis, vel diuina ex ſe obligant cum periculo vitæ, ergo & humana, quæ illis adhæret, vnde quis mori potius debet quam adulterare, &c. Secunda pars illuſtratur *a* exemplo, ſcit verbi gratia Epiſcopus tempore contagij graſſari mortem, & adhuc præcipit Parocho miniſtrare ſacramenta, ergo eum obligat cum vitæ diſcrimine, &c.

a Rodrig. to.1.c.194 conc. 4. 5. Med. Arago. &c.

Tertia concluſio.
Bonum cõe & contemptus quomodo obligent.

Dicendum tertio, Communiter extra ſupradictos caſus lex humana non obligat cum vitæ diſcrimine, niſi eius obſeruantia pertineat ad bonum commune, eiuſdemque tranſgreſſio vergat in contemptum fidei. Prima pars probatur, Pleræque leges naturales, & diuinæ non obligant cum diſcrimine vitæ, imò ne cum magno quidem diſcrimine, ergo multò minus humanæ. Antecedens patet, Neque enim ſatisfaciendum eſt debitum, aut reſtituẽdum depoſitum cum vitæ diſcrimine; & rurſus ob vitæ periculum poteſt quis celare peccatum, nec tamen confeſſio dicetur dimidiata formaliter, *b* hinc Dauid manducans panes propoſitionis, & *c* Machabæi Sabbato pugnantes non peccarunt, idque ob vitæ periculum declinandum, Et lex ieiunij nedum non obligat cum mortis periculo, ſed nec cum multò minori. Secunda pars patet, *d* Qui enim negauerit Chriſtum coram hominibus, quod fit tranſgrediendo legem in Chriſti contemptum, & Chriſtus eum coram Patre negabit, vnde celebrans coram excommunicato in hunc modum peccat mortaliter.

b 1. Regum 21.
c 1. Machabæor. 2.
d Matt. 10

Soluitur argumentũ aientiũ nullã legẽ humanã obligare cum mortis diſcrimine.

Contra has concluſiones ſenſerunt Primo aliquid apud *e* Caiet. Negantes aliquod ius poſitiuum habere vim obligandi ſub mortali cum vitæ diſcrimine. Probant, Iure naturali tenemur propriam tueri vitam, ſed ius poſitiuum eſt inferioris ordinis, ergo non poteſt illis derogare. Reſpondeo limitando maiorem modò ne vitam ſeruando bonum publicum periclitetur, aut fidei ſequatur contemptus.

e 1.2.q.96. ar.4.

Soluitur ex Caiet. primum arg.

Secundo, Contrarium docuit Caiet. volens omnem legem humanam, quæ obligat ſub mortali obligare ad ſui obſeruationem, etiam cum vitæ diſcrimine.

Probat primo. Quilibet homo quidquid eſt, multitudinis eſt ſicut quælibet pars id quod eſt totius eſt, ergo lex humana, quæ reſpicit bonum commune, eius intuitu, poteſt diſponere de cuiuſcunque particularis hominis vita. Reſpondeo, Argumentum probare de poſſibili, non de facto.

Soluitur ſecundũ arg.

Probat ſecundo exemplis, tenetur homo potius mori, quam ducere conſobrinam in vxorem, vel Miſſam celebrare abſque calice, altari, paramentis, &c. hęc tamen omnia iure poſitiuo cauentur. Reſpondeo ad primum exemplum, Nuptias huiuſmodi eſſe inceſtuoſas, ac proindè intrinſecè malas, & ideo ex nullo metu excuſari, potiusque mortem ſubeundam, &c. Ad *a* ſecundum, Reſp. citra ſcandalum, aut Sacramenti, Fideique contemptum non teneri ſacerdotem cum mortis periculo celebrare cum calice, &c.

a Nauarr. Man. c. 25. nu. 84.

Soluitur tertium.

Probat tertio, Communicans cum excommunicato ex metu, incurrit excommunicationem, ergo etiam cum vitę diſcrimine debet abſtinere. Antecedens patet *b* ex cap. Sacris. Reſpondeo ibi Papam loqui de participante cum excommunicato in crimine, uel de metu leui, vel ratione ſcandali, cum ſcilicet populus ex huiuſmodi communicatione putat ſententiam Pontificiam eſſe irritam.

b De his qui vi metusue cauſa.

De lege pœnali eiuſque inſtitutione, & interpretatione. Caput VIII.

c Caſtr. 1. leg. pen. c. 3. ante fin. *d* 10 Ethi. c. 9. Vide i ca. Exigit, de cenſur. in 6.

Lex vel præceptiua, uel penalis.

Lex in vniuerſum diſtribuitur in purè præceptiuam, de qua hactenus, *c* & pœnalem, quæ ſcilicet tranſgreſſoribus pœnam infligit, de qua in præſenti.

Modi varij in penis, quas leges infligunt.

Infligitur autem pœna à legibus diuerſimodè. Primo, dependenter ex Iudicis arbitrio. Secundo, taxando eam ſpecialiter, ſed vt adhuc à Iudice infligatur, diceturq; potius comminatoria, & ferenda, quam lata. Tertio, ita vt ex ſe reus eam ſubire debeat poſt Iudicis condemnationem. Quarto, vt ne Iudicis quidem condemnatio expectanda ſit.

Cur pena legũ tranſgreſſeribus impoſite.

d Neceſſarium porrò fuit per leges infligi pęnas, vt qui ad benè viuendum virtutis amore duci nequibant, ſupplicij ſaltem formidine cohiberentur, *e* quamuis cauere debeat legislator, ne pęnæ atrocitas delicti grauitatem excedat, pro qua etiam circumſtantiæ penſandæ ſunt, namque ex ijs augeri poteſt, & minui pluribus modis.

Ex quib. circunſtantijs pena diminui poſſit.

Et quidem ex circumſtantijs poteſt minui pęna. *f* Primo ratione ætatis, qui ſcilicet delinquens aut puer eſt, aut ſenex. *g* Secundo, ratione locorum, & temporum, & *h* cauſæ. *i* Tertio, quia ſine dolo, aut ſaltem leui. *l* Quarto, quia aliàs optimis moribus

e l. Reſpiciendum de pœn.
f l. auxil. §. in delict. ff de minor. & c. Tãta. diſt. 86.
g c. ſup eo de ſentẽt. excomm.
h ca. occidit, 23. q. 8.
i l. abſẽte § fi. & l. reſpicien. §. delinquit. ff de pœn.
l l. nõ oẽs, ff. de re mil.

ribus

ribus prӕditus fuit. Quinto, *a* quia ex ruſticitate, & ſimplicitate quadam *b* Sexto, in mulcta pecuniaria habenda eſt ratio paupertatis, & tunc reus ſi venerit poſtea ad pinguiorem fortunam non tenebitur ad plus, &c. *c* hoc autem intelligitur in debito ratione pœnӕ, non mutui, aut alia ſpeciali ratione. Septimo, *d* minuitur pœna ex defectu deliberationis, aut ex primo impetu. Octauo, *e* ex conſuetudine, quӕ tamen mala non ſit, quӕve inualuerit contra pœnam rigidiorem in delicto taxatam. Nono, *f* ex conditione iudicis, hinc in ſacris conſtitutus non debet ſanguinis ſententiam ferre, vel ſi delegatus etiam poteſt minuere. In his autem, & *g* conſimilibus cauſis, aduertat Iudex, ne per legem prohibeatur pœnę taxatӕ diminutio.

Rationes ſcãdali augenda pœna

E contra augeri poteſt pœna *h* ex ſcandalo, & occaſione alijs data, modo ne delinquentes multi, ſint tunc enim ſatius eſſet in aliquos ſӕuire, *i* quod rurſus intelligitur cum reliqui non perſiſtunt obſtinati in delicti defenſione, & rebellione.

In legũ pęnalium interpretatio ne mitior ſequenda. Quid in dubijs.

Circa legum pęnalium interpretationem *l* variӕ dantur regulӕ, quarum illa prӕcipua, vt in pęnis benignior interpretatio ſit facienda, quod intelligitur in dubijs; cum verò dubitatio oritur ex varia vocum ſignificatione vniformiter à populo recepta, adhuc mitior ſignificatio ſectanda eſt, prӕſeitim autem legiſlatoris mens debet inſpici, vnde nec chirurgus verbi gratia venã ſecans in palatio Regis, dicetur ibi contra eiuſdem edictum humanum fudiſſe ſanguinem, neque Eccleſia cenſebitur polluta, *m* ſi ſanguinis humani effuſio in ea ſine iniuriӕ irrogatione ſequatur; & demum in vocum ambiguitate *n* ſeligatur, quӕ magis propoſitӕ inſeruit materiӕ, *o* aut ſi fieri poteſt, ad legiſlatorem recurratur.

Lex generaliter loquẽs non debet reſtringi.

Hic autem Notandũ primo, Legem generaliter, & indiſtinctè loquentem non deberi pro huiuſmodi benigniore interpretatione reſtringi ad ſpecialem aliquem intellectum; *p* vbi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *q* & rurſus, modo ex generalitate nulla ſequatur iniquitas, aut abſurditas.

Statutũ de Eccleſia pollutione quomodo intelligendum.

Hinc infertur ſtatutum de pollutione Eccleſiӕ per quãcumque ſeminis emiſſionem, non intelligi de coniugali, aut in ſomnis proueniente, abſurdum quippe eſſet vt ex opere non peccaminoſo, & carente libertate, & irreuerentia Eccleſia violaretur, *r* ſicut nec ex brutorum coitu, nec ex ſanguine effuſo ab eo, qui vulnus accepit extra Eccleſiam.

Lex pęnalis non extendenda vltra crimen &c.

Notandum ſecundo, *ſ* Legem pęnalem non extendendam vltra crimen, perſonam, aut caſum expreſſum, ita vt in ea non liceat illatio à ſimili, vel à contrario ſenſu: niſi fortè talis extenſio euidenter per alias iuris regulas probari poſſit. Ratio diſparitatis in hoc inter legem pęnalem, & quãcunque aliam eſt, quia pęnӕ taxatio eſt arbitraria, *t* at difficultatum deciſio pendet a ratione, quӕ

conterb. Semine, de conſecratio. Eccleſiӕ. *ſ* Afflict. deciſ. 21. nu. 7. & colligitur ex c. pœnæ, de penit. di. 1. *t* Bal. l. non dubiũ, C. de leg.

a l. 1 ff. de legib. *b* arg. l. illicitas, §. vlt. ff. de officio Prӕſid. *c* Caſtr. loco. cit. *d* arg. l. ab ſententia. §. vlt. de pœnis. *e* c. Inquiſitio. de accuſat. *f* c. in Archiep. ſcopatu de rapt. *g* Archid. in cap. penulti. diſt. 84. *h* l. art. facta definitione, ff. de pœnis. *i* Gloſſ. in verb. Reſcindẽda, de pœnit. diſt. 6. *l* De regu. iuris in 6. reg. 40. *m* c. ſi Eccleſia, de conſecra. Eccl. *n* l. non aliter, ff. de legat. 3. *o* l. fin. C. de legib. *p* l. 3. de offic. Prӕſiden. *q* Clemẽt. Aud. tor; de reſcrip. *r* Gloſſ. in cap. Vm-

ne, quæ eadem eſt in caſibus conſimilibus. *a* Secundo, quia odia reſtringenda, pœnæ autem ſunt odioſæ.

Corollar.

Hinc Infertur primo, ex reiteratione Sacramenti Confirmationis non incurri irregularitatem, quamuis incurratur ex reiteratione Baptiſmi. Ratio, quia de hoc habetur expræſsè, de illo nó, pœnæ autem non ſunt infligendæ per deductionem à ſimili, & præſertim irregularitas, *b* quæ non niſi in caſibus in iure expreſſis incurritur.

2 Corollar.

Infertur *c* ſecundo, Iura prohibentia inceſtuoſum à petitione debiti, cum ſint pœnalia, & tantum mentionem faciãt de incæſtu proueniente per coitum habitum cum conſanguineis propriæ vxoris, non extendenda ad coitum habitum cum ſuis conſanguineis, & quamuis pro diſparitate ſatis ſit ratio adducta, poteſt etiam addi, meritò legiſlatorem intellexiſse de conſanguineis vxoris, nam *d* per commixtionem cum illis acquiritur affinitas, quæ ante non erat, at cũ proprijs conſanguineis iam præerat affinitas. His conſtitutis ſit

Primum Dubium

Primum Dubium, An reus puniendus ſit pœna vigente tempore commiſſi ſceleris, an pæna poſtmodum innouata tempore ferendæ ſententiæ. *e* Reſpondeo, Si reus mulctandus ſit pęna ordinaria attendatur ea, quæ tempore delicti vigebat, ſi extraodinaria, hoc eſt maiori, vel minori ex Iudicis arbitrio ob iuſtam cauſam vt ſupra attendatur tempus ſententiæ.

2 Dubium

Dubitatur ſecundo, Quamnam pœnam debeat Iudex infligere pro delicto, cuius punitio tantum in genere à Iure præſcribitur. *f* Reſp. ſi adſit loci conſuetudo circa huiuſmodi punitionem, eam ſequatur, ſin minus adhereat rationis dictamini, ita *g* vt pro mẽſura delicti ſit, & plagarum modus.

3. Dubium Reſp. damnũ patitur cum delicta remanent impunita.

Iudex quãdo ex pęna condenatione teneatur ad reſtitutionem.

Dubitatur tertio, Quid poſſit Iudex, vbi pro delicto certa taxatur pœna. *h* Reſpondeo, Iudex inferior peccat non puniendo ſecundum taxatam pęnam; Infert enim iniuriam Reipublicę nó plectendo illum, à quo per ſcelerum admiſſionem patitur damnum, & alijs præbet delinquendi occaſionem, *i* imò obligatur ad reddendum Pincipi quantum ipſe ex ſe de pœna reo taxata diminuit. Ratio, quia infert damnum, &c. ac proinde tenetur ad reſtitutionem; patet à ſimili, *l* nam & teſtis iuridicè intertogatus tenetur ad reſtitutionem ſi veritatem celet, ex cuius manifeſtatione reus conuinceretur, ſi autem pœna non ſit taxata, *m* poteſt eã aliquando temperare, non autem omnino remmittere, & hoc intelligitur ante ſecutam ſententiam, niſi in cauſà, & crimine hæreſis, *n* in quo aliter ex ſpeciali indulto, *o* & rurſus dum nulla ſubeſt ratio minuendi taxatam pœnam.

4. Dubium

Dubitatur quarto, Quid poſſit Iudex vbi in crimine apponuntur pœnæ ſub diſiunctione. *p* Reſpondeo ex verbis legis accipiendum

dum

mo, de hæret. in 6. *o* l. Quid ergo, §. pæna grauior, ff. de his qui notan. infam. *p* Gloſſ. in c. fraternitatis, verb. Profeſſura, diſt. 34.

a Gloſſ. in c. in pœnis de reg. iuris in 6.
b c. is qui, de ſentẽt. exco. in 6.
c Caſtr. 1. leg. pænal. ca. 7. contra Angelum, verb. Incæſtus, §. vlt. & Abulenſ. in Matt. 5 q. 200.
d c. Diſcretionem, c. Tuæ, de eo qui cog. cõſanguin. vxor.
e Bartol. l. oẽs populi, ff. de iuſtit. & iu.
f Panor. in c. ex litteris, de conſtit.
g Deut. 25
h 5. Ethic. 6. 2. Polit. c. 8. S. Th. 2. 2. qu. 67 a. 4. ad 3.
i Caſtr. 2. leg. pæna. c. 12. ex c. fin. de iniur. & damn. dat.
l c. Quiſquis 11. q. 3.
m l. Reſpiciendum, ff. de pæn.
n cap. Vt commiſſi, §. vlti-

dum an optio detur reo, vel Iudici, & tunc pro arbitrio vniuſcuiuſque debet ſequi pœna, nam ſi dicat lex verbi gratia ſoluat centum, vel exulet biennio, optio datur reo, &c. cauendum autem ne ex pœnis vna in aliam tranſeat, vt ſi dicatur, niſi intra biduum ſoluat centum, exulet; biduo enim elapſo, amplius optioni locus non eſt.

Dubitatur quinto, Quid poſſit ſupremus Iudex circa pœnas taxatas. *a* Reſpondeo, Inſpiciendum ſi pęnæ taxatio ſit tantum propter publicum bonum, an propter intereſſe partis, an propter vtrunque, & quidem pœna quæ ratione fiſci taxata eſt poterit à Principe vel minui, vel remitti in totum. *5. Dubium*

Dubitatur ſexto, An ille cui per legem pœna eſt adiudicata, poſſit eam pro ſuo arbitratu remittere. *b* Reſpondeo affirmatiuè modo ne remiſſio eadem lege prohibeatur, ſic enim intelligitur dictum illud, *c* vnumquemque poſſe iuri ſuo renunciare, & rurſus vt id fiat poſt condemnationem. *6. Dubium*

Dubitatur ſeptimo, An, & quando, & quomodo intercedere liceat pro reo, vt illi pœna per legem ſtatuta condonetur. *d* Reſpondeo. *7. Dubium*

Dicendum primo, Non licere pro ſceleratis petere totius pœnæ condonationem, quia ſic daretur occaſio delinquendi, inferretur damnum Reipublicæ, & violaretur iuſtitia, & hoc intelligit Auguſtinus crimen impunitum, id eſt comparatione ad totam pœnam. *Prima concluſio.*

Dicendum ſecundo, Licitum eſt intercedere pro pœnæ mitigatione cum adeſt ſpes reſipiſcentiæ *e* Iura autem prohibentia huiuſmodi interceſſionem loquuntur in crimine coniurationis, & quando neſcitur an interceſſores iniquo animo id faciant, nempe vt coniurationem promoueant. *Secunda concluſio.*

Dicendum tertio, Non tenetur Iudex exaudire interceſſorem, hic enim habet pro fine bonum proximi, ille totius communitatis. *Tertia concluſio.*

Dicendum quarto, *f* Obſtinatis nec interceſſio, nec condonatio ſuffragetur, hinc Eccleſia relapſos, & incorrigibiles tradit curiæ ſeculari plectendos. *Quarta concluſio.*

Dicendum quinto, Non eſt licita interceſſio cum damno proximo, quia ſi nec ita Iudex poteſt condonare, ergo &c. Confirmatur *g* qui enim dat damni cauſam, damnum dediſſe videtur, & interceſſor teneretur proinde ad reſtitutionem, modo ne abſque interceſſione, adhuc Iudex remiſſurus fuiſſet. *Quinta concluſio.*

Octauo principaliter dubitatur. Quomodo dignoſci poſſit legem pęnalem continere ſententiam ferendam. *8. Dubium*

Dicendum primo; Cum lex vtitur verbis comminatoriis, ſententiam ferendam continet, comminatio enim reſpicit futurum, ſunt autem verba comminatoria huiuſmodi. nempe *h* ſub pęna, *i* ſub interminatione, *l* ſub interpoſitione, hoc autem vt verum eſt in lege pęnali, ita non procedit in contractibus, *m* & rurſus in lege pęnali ſi poſt verba comminatoria addantur alia, quæ aperte ſen- *Prima concluſio.*

a Felin. c. qualiter, & quādo. §. ad corrigendos, de accuſ.
b Caſtr. 2. leg. pæ. c. 12.
c c. ſtatuimus de regular.
d S. Augu. epiſ. 53 & 54 Caſtr. 2. lege. pæ. c. 13.
e l. Quiſquis, cum militib. ad l. Iuliā Maieſt. cap. ſi quis 6. qu. 1.
f c. facientis. d. 86.
g c fin. de iniurijs & dam. dat.
h c. dolentes de celeb. Miſſ.
i c. cum eſſes, de teſtam.
l c. Salonitanæ d. 63
m eſt in c. nō minus de immu. Eccle.

te ſententiam latam ſignificet, detorquebuntur & ipſa in latæ ſententiæ ſignificationem.

Secũda cõcluſio. Dicendum ſecundo, Lex pęnalis vtens verbo, aut participio ſignificāte actionem futuri temporis ſententiam à Iudice ferendā continet. Ratio eadem quæ ſupra; exempla ſunt in Iure canonico, & ciuili. cum dicitur *a* Reus erit *b* Priuandus erit, *c* Capite puniendus, vel deportandus erit &c. hoc autem intelligitur modo ne per alia iura ſententia expreſſe lata ſit, vt de improbo tæno re, per quod ipſo facto incurri declaratur infamia, *d* & præter hoc non habet locum in teſtamentis, quæ etiam per verba futuri temporis ſententiam latam continent, vt ſi dicatur hæres non ſoluens tali tempore legatum priuabitur hæreditate &c.

Tertia concluſio. Dicendum tertio, *e* Lex pænalis vtens verbo imperatiui temporis vt Deponatur, Priuetur &c. continet ſenteniam ferendam. Ratio; quia tunc cum legiſlator reſpiciat alium, vtiq; non reo imperat vt ſibi pænam imponat, ſed iudicem. &c. *f* Hoc autem fallit.

Prima limitatio. Primo, dum modus imperatiuus nullum ſignificat hominis miniſterium ad pænam infligendam, vt ſi dicatur Subiaceat, Incidat Incurrat, Amittat, Perdat. Ratio petitur à contrario ſenſu eius quæ pro concluſione allata eſt.

Secunda limitatio. Secundo, quando cum modo imperatiuo apponuntur & aliæ dictiones, quæ expreſe ſententiam latam ſignificent, verbi gratia Ipſo iure, Ipſo facto, Continuo, ſine vlteriori ſententia ſpolietur, &c.

Quarta concluſio. Dicendum quarto, *g* In dubio aſſerendum eſt, legem pænalem continere ſententiam ferendam. Ratio, quia hæc benignor; *h* ſecus ſi lex ſit fauorabilis.

9 Dubium. Nono principaliter Dubitatur, Quibus modis ſententia lata dignoſcatur.

Prima concluſio. Dicendum primo, *i* Dignoſci, ex verbis excludētibus aliā ſententiam, cuiuſmodi ſunt Ipſo iure, ipſo facto, abſque alia ſententia, vel declaratoria, authoritate huius ſanctionis &c.

Secũda concluſio. Dicendum ſecundo, Dignoſci ex verbis temporis præſentis indicatiui modi, vt Excommunicamus, Interdicimus, Damnamus, Definimus, &c.

Tertia concluſio. Dicendum tertio *l* Lex in qua ponuntur verba, per quæ redditur irrita actio, aut paſſio, quæ in pænam criminis per legem impoſita eſt, continet latam ſententiam, vt Careat viribus, Irritum ſit, &c. De verbo autē *Non valeat* docent DD. *m* vt intelligatur de omiſſione formalis ſolemnitatis, id eſt requiſitæ in ipſo actu, ſecus de ſubſequente; Idem ſentiendum cum verbis præponuntur negationes, vt Non teneat, vel æquipollentes particulæ, vt Fruſtra agat, vel termini negatiui, vt Sit nullo modo, &c.

Quarta cõcluſio. Dicendum quarto, *n* Lex in qua ponitur dictio omnem adimēs dilationem, vt Illico, confeſtim, mox, &c. latā ſententiā continet.

a Demum

a c. ſi vir de adulte. & ſtupr. *b* c. cũ tu, de vſur. *c* l. capitalium, ff. de pæn. *d* Felin. in c. Rodulphus, nu. 24. verbo Priuatur &c. de reſcriptis. *e* ca. quia propter, & gloſſ. in reg. in pænis, de regul. iuris, in 6. *f* Caſtr. 2. leg. pæ. c. 1. arg. 3. *g* Feli. loc. cit. *h* arg. c. odia de regul. iur. in 6. *i* Caſtr. 2. leg. pæn. c. 6. & 7. *l* vt in ca. ſtatutum, §. vlt de ſcrip. clement 1. de conceſs. præben. *m* Tiraqu. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur. nu. 59. de reuocan. donat. *n* c quamē cap. ſit, de electioni in 6.

a Doct. in l.ſi quia, c. de epiſc. & cler.

a Demum adnotaſſe iuuabit pęnam a lege pręſcriptam nō eſſe infligendam, niſi cum delictum fuerit conſumatum, quamuis in atrocibus eiuſdem attentatio Iudicis arbitio puniri debeat.

Pęnę à legibus ſaxeta incurrūtur non ſi crimen attentetur, ſed ſi fuerit conſummatū.

De obligatione legis pœnalis ad culpam, vel ad pœnam ſoluendam. Cap. IX.

1. Dubium Lex pænalis vel pura, vel mixta.

DVBITATVR primo, An lex pænalis ad ſui obſeruationem obliget quoad culpam, ſeu in conſcientia. Pro ſolutione.

Notandum primo, Legum pænalium quaſdam eſſe purę pænales, quaſdam mixtas, *b* lex purè pænalis eſt, quæ nihil faciendum iubet, vel prohibet, ſed quæ tantum aliquid facienti, vel omittenti pænam imponit; *c* Mixta vero eſt, que, & aliquid præcipit, ideoque, moralis appellatur, ſimulque non obtemperantibus pænam conſtituit, ac proindè eſt etiam pænalis.

Notandum ſecundo, Dari & legem purè moralem, *d* vt quod Euangelium ſtando audiatur, His præaſſumptis.

Dicēdum primo, Lex humana, etiam, laica, *e* cum & ipſa à Deo ſit poteſt obligare ad pænam, & ad culpam. Ratio, quia pæna eſt compoſſibilis culpæ; patet in pharaone, Antiocho, Herode, &c. *f* & lex data protoparentibus vtroque modo obligauit, & in lege veteri pæna capitalis, quæ pro multis criminibus infligebatur, ſupponebat culpam mortalem, *g* & Theologi ex verbis Chriſti, Omnis qui occiderit gladio &c. docent datam Iudicibus poteſtatem perdendi homicidas, *h* & demum vbicumque in Iure Canonico imponitur excommunicatio, præſupponitur peccatum mortale.

Dicendum ſecundo, Non ex eo, quod lex præſcribit pæna cenſetur non obſigare ad culpam.

Probatur Primo, Lex purè pænalis non tollit obligationem ad culpam alterius legis pure moralis vetſantis circa eundem actum ergo nec in eadem lege ex appoſitione pęnę cenſentur ſublata obligatio ad culpam, Conſequentia probatur, quia non apparet ratio diſparitatis. Antecedens probatur, primo in legibus diuinis nam præexiſtente lege purè morali *i* de non cognoſcenda nouerca, ſuperaddita eſt *l* aliā pænam tranſgreſſoribus deputans per quam

b Exēpla habetur ī c. ſi, quis & c. calūniator, & c. qui non probauerit. 2. q. 3.
c Exemplū in c. omnis de pęnit. & remiſ.
d c. apoſtolica, de conſecra. d. 1.
e Prou. 8. Rom. 13.
f Rom. 3. Vide Euchar. 1. in Geneſ. ca. 17.
g Matt 26.
h c. nemo. c certum, 2 q 3.
i Leuit. 18.
l Leuit. 20

Datur lex pure morale.
Omnis lex humana poteſt obligare ad culpam, & penam.
Ratio prima.
Ex compoſſibilitate.
Ratio 2. Ex facto.
Obligatio ad penam nō excludit obligationē ad culpam
Probatur 1. In legi bus diuinis.

Digitized by Google

quam tamen prioris legis obligatio ad culpam minimè ſublata eſt

2 In humanis inter ſe.

Secundo in humanis, nam lex humana purè pœnalis non habet maiorē repugnātiam cũ alia lege huumana purè morali circa eundē actum quam habeat vna lex diuina purè pœnalis, cum alia lege diuina purè morali, ergo, &c.

3 In humanis reſpectu diuinarum.

Tertio, in humanis pœnalibus reſpectu diuinarum purè moralium circa eundem actum, per illas enī ex pœnæ taxatione non tollitur harum obligatio ad culpam, alioquin homo eſſet Deo ſuperior, etiam nullum decalogi præceptum obligaret ſub mortali, cũ ferè circa omnia ſint apud Chriſtianos latę pœnales leges.

Probatur 2 Ex nõ repugnantia pœnę cum culpa.

Probatur ſecundo Ex non repugnantia pœnæ cum culpa.

3 Ex facto.

Probatur tertio Ex facto ipſo, cum paſſim leges vtranque contineant obligationem; *a* Nam Sacerdos Latinus verbi gratia celebrans in fermentato & peccat mortaliter, & priuatur officio, & beneficio. *a c.fin. de celebrat. Miſſæ.*

4 Quia pœna appoſitio eſt corroboratiua moris.

Probatur quarto, Quæ ordinatur ad firmiorem alterius conſiſtentiam ſunt compoſſibilia. Patet in naturalibus, & artificialibus, *b* ſed pœna ordinatur ad maiorem obſeruationem eius moris quæ præcipitur cum obligatione ad culpam, ergo eſt compoſſibilis cum ea. *b Iſidor. 5. etymol & habetur 1 c. factę d. 4.*

Lex pure, et mere pœnalis obligat etiā in conſciā.

Dicendum tertio, Lex purè pœnalis, quæ vere, & proprie talis eſt, obligat etiam in conſcientia, niſi contrarium à legiſlatore exprimatur, quamuis de eodem actu nulla precedat lex moralis. Probatur.

Probatur 1 Pœna eſt correlatiua culpę.

c Primo, pœna eſt correlatiua culpæ, *d* hinc iurè Apoſtolus poſtquam dixit Per vnum hominem peccatum, ſtatim ſubdit, Et per peccatum mors, hoc eſt, omne genus pœnarum, hinc *e* aliqui in pœnæ definitione ponunt peccatum, & *f* Aug. vult pœnam ſi iuſta ſit, dici ſupplicium, & *g* quæ iniuſte irrogatur eſſe potius virtutis examen, quam pœnam. *c S.Th. 1 2 q.87.ar.7. Gerſon lect.1. de vita ſpirit. d Rom.5. e Caſtr 1. leg pen. c. 3. f 1. Retract. 1 c.9. g 4. Ci.c.3.*

Probatur 2 Alias legiſlator ex pœnæ appoſitione propriũ finem euerteret.

Probatur ſecundo, Quia aliàs legiſlatores proprium finem infirmarent. Probatur, Culpæ formido promouet legis obſeruantiam, quæ eſt finis legiſlatoris, ergo ſi per pœnæ appoſitionem tollitur formido culpæ, ipſemet legiſlator propriũ finem demolitur.

An verò obligatio ſit ſub veniali, vel mortali, ex materiæ grauitate, & circumſtantijs penſandum eſt.

Datur lex pœnalis cõditionalis.

Dixi, *h* modò lex verè pœnalis ſit, cum contingat in pleriſque legibus apponi pœnam per modum pretij, ſeu conuentionis vel conceſſionis, verbi gratia, Qui vult ligna cædere ſoluat decem, &c. *h Ex Soto 1. de Iuſt. q.6.a.7. in fine.*

Quõ diſcerni queat lex pure pœnalis à pœnali conditionali.

Ad diſcernendam legem pure pœnalem à penali conditionali ſit.

Prima Re.

Prima Regula, Penſetur qualitas rei, pro qua pœna apponitur.

2

Secunda, Penſetur qualitas pœnæ quæ apponitur, nã ſi ſint v.g. excommunicatio, aut interdictum, ſuſpenſio, aut irregularitas ex delicto, aut vltimum ſupplicium, vel confiſcatio omnium bonorum, vel priuatio omnium beneficiorũ, vel perpetuus carcer, &c.

ſignum

gnum eſt legem eſſe verè pænalem, pænę autem pecuniarię vt plurimum imponuntur per modum conditionis.

Tertia, Penſanda ſunt verba legis, præſertim ſi id ijs adſit particula diſiūctiua, & quidem in dubijs credendum eſt pænam eſſe conditionalem. Ratio, *a* quia pęnæ ſunt reſtringendæ. 3

a c. pænę, de pæni.d. 1. & Reg. Odia & i pænis, de reg iur. in 6.

Contra primam, & ſecundam concluſionem docuit *b* Nauarr. volens nullam legem penalem humanam, maxime laicam, etiam præcipientem, obligare ex ſe ad culpam, niſi conſtet de mente legiſlatoris, &c.

Soluitur primū Na. argum.

Probat primo, In dubijs mitior pars eſt eligenda, ergo cum legiſlator nihil exprimit de culpa, præſumendum eſt noluiſſe ad illam obligare.

b in Man. c.23.n.55. 56.

Reſpondeo, Antecedēns intelligi ſolum de pænis, quarum taxatio cum a legiſlatorum arbitrio dependeat, quandocumque poteſt accipi pro maiori, vel minori, accipienda eſt pro minori; Culpa autem cūm non incurratur ex ſola legiſlatoris intentione, ſed etiam ex natura actus præcepti, vel prohibiti, ideo non eſt ſtandum verbis legiſlatoris non inſinuantis obligationem ad culpam &c.

Reg. in dubijs mitior pars &c. quo tātum in pęnis locum habet.

Probat ſecundo, Qui duobus concurrentibus vnum afficit, vtique alterum negare videtur, ſed concurrentibus pæna, & culpa legiſlator præſcribit pænam, ergo eximit a culpa.

Reſpondeo, Maiorem, intelligi de his, quæ ob mutuam repugnantiam ſe excludunt, cuiuſmodi non ſunt pæna, & culpa.

Pænę, & culpa ſunt cōpoſsibiles

Probat tertio, ex conſuetudine, nullus enim fit ſcrupulus in conſcientia tranſgredietibus Principum laicorum etiam fidelium leges.

Reſpondeo, aſſumi falſum, *c* Docti enim, & pij iudicant in huiuſmodi tranſgreſſione committi peccatum.

c Vide Med. 1.2. qu. 96, a.4. & Salon. to. 3.q.77.ar. 1.

Secūdo; Contra tertiam concluſionem docuit *d* Alphonſus de Caſtro volens legem purè pænalem non obligare ad culpam.

Alph. de Caſtr. vult pœnā pure penalem non obligare ad culpam.

Probat ſic, lex non obligat, niſi debito modo publicetur, ſed in lege purè pænali nulla fit culpæ mentio, ergo, &c. Vbi autem (inquit Caſtro) culpa incurritur, id non erit virtute legis pænalis, ſed alterius moralis præcipientis, vel inhibentis actum, circa quem poſtea inflicta eſt pæna, & ſic clericum verbi gratia pugnantem in duello peccare non ex vi *e* canonis, qui pænam tantum imponit, ſed quia agit contra diuinum præceptum, Non occides.

d 1. leg. penal. c 9.

e De cleri. pugnāt. in duel. c. 1.

Reſpondeo, Leges purè pænales ex pænæ grauitate oſtendere obligationem ad culpam ſaltem implicitè, & interpretatiuè; cum pęna ad culpam referatur, vt ſupra dictum eſt. Pænę enim ex D. *f* Thoma proprium eſt reparare Iuſtitię æqualitatem, ita vt qui peccando nimis ſuę voluntati indulſit, pænam nolens patiatur, *g* & pro menſura peccati ſit, & plagarum modus.

Lex pure pęnalis implicite oſtēdit obligationē ad culpam.

f 2. 2. qu. 108. art. 4.
g Deut. 25.

Probat ſecundo, pæna non neceſſario refertur ad culpam, patet in irregularitate, quę non ex delicto, &c.

Reſpondeo, Huiuſmodi irregularitatem non eſſe pænam, ſed impedi-

Irregularit.

tas quæ non ex delicto potius impedimentum, quam pœna

impedimentum ex defectu decentiæ ad ſacerdotium.

Secundo principaliter dubitatur, An cum de eadem re ſunt diſtinctæ leges, vna moralis, altera pure pænalis duplex peccatum à tranſgreſſore committatur.

2. Dubium.

3. Dubium.

a Reſpondeo negatiuè, legemque pęnalem ex pænæ appoſitione non niſi maiorem quandam obligationem arguere. *a Med. lo cit. dub. 2*

Tertio principaliter dubitatur, An tranſgreſſor legis teneatur in conſcientia ſoluere præſcriptam pœnam.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia lex humana iuſta poteſt obligare, in conſcientia.

4. Dubium

Quarto principaliter dubitatur, Quęnam & quanta ſit obligatio legis pænalis ſententiam ferendam continentis. *b Sylu. verbo Lex, q. 9. verſ. 7.*

Dicendum *b* primo, Reum non teneri ad pænam, antequam Iudex iuxtà legis, diſpoſitionem ſententiam proferat. Ratio, quia non eſt maior legis obligatio, quam ipſa lex explicet, ſed lex tantum explicat à Iudice eſſe ferendam ſententiam, ergo &c. *c Caſtr. 2. leg pæn. c. 2. corol. 2.*

Ante Iudicis ſentẽtiã poteſt quis de bonis diſponere, modo abſit dolus.

Hinc infertur *c* primo, Quod priuandus bonis per ſententiam Iudicis ob crimen commiſſum poteſt interim facere omnia circa eadem bona, quæ ante faciebat. Ratio, quia adhuc integrum dominium retinet, ac proindè *d* (modo abſit dolus, & fraus) poteſt illa alienare titulo tam oneroſo, quam lucratiuo, cum Fiſcus interim tantum habeat vis ad illa, non in illis. *d c. Se. l. Apoſtol. de reſcrip.*

Ante patratum crimen poteſt de proprijs bonis unuſquiſq; diſponere, nec obeſt praua intentio.

Infertur ſecundo. Multo magis poſſe alienare bona ſua eum q determinata criminis patratione antequam illa exequatur, bona diſtrahit. Ratio, quia, tunc ipſe vere erat dominus, & Fiſcus in illis nullum omnino habebat ius, nec obſtabit praua intentio alienationi, *e* quidquid Bart. aſſerat in contrarium. *e In l. poſt contract. 1. ff. de dõ*

Non ſoluentes veſtigal tẽntur ad reſtitutionẽ ſed non ad poenam ante Iudicis ſentẽtiam.

Infertur tertio, Non ſoluentes tributum, aut vectigal, teneri quidem ad reſtitutionem.

Subditi tenentur obedire ante ſẽtentiam depoſitionis ſuorum ſuperiorum.

Infertur quarto, Teneri ſubditos parere ſuperioribus, qui ob crimen deponendi ſunt, antequam Iudicis ſententia intercedat, *f* interim rata erunt eorum acta. *f Ancho. ic. Ad Apoſtolicæ de ſent. & re iud. l. 6. notant. 20.*

g Notandum tamen, quod ſi interim reus moriatur, pæna non erit declaranda contra hæredes. Ratio, quia in his quæ ſpectant ad hæreditatem hæres & defunctus, ſunt velut eadem perſona quare ſicut defunctus nondum damnatus non tenebatur ad pænã ita nec hæres. *g l. ſi pæna ff. de pæna*

h Dicendum ſecundo, Lex pænalis ſententiam ferendam continens, ſtatim ac de patrato crimine conſtiterit, dat Iudici poteſtatem damnandi reum. Ratio, quia aliàs eſſet irrita. *h Caſtr. 2. leg. pęna c. 2. in fin.*

i Dicendum tertio, Reum teneri in conſcientia ad ſubeundam pęnam, ad quam ſecundum legem per Iudicis ſententiam damnatus eſt; hinc *i S. Th. 2. 2. q. 62. ar 3.*

Infertur primo, quod Prę̨latus poſt priuationis ſententiam te

netur

Hæres ad pœnam declarandam cõtra teſto.

rem non tenetur. Statim poſt commiſſum crimen habet Iudex poteſtatem ferendi ſententiam. Reus tenetur ad pęnam ſubeundam poſt Iudicis ſententiam. Hinc Infertur. Primo.

netur deſiſtere à Prælatura, nec poteſt fructus percipere, ſicuti nec ſubditi tenentur amplius obedire. Secundo, quod damnatus ob fraudem vectigalium, tenetur ad pęnam. Tertio, quod hęres poſt ſecutam ſententiam tenetur ad pęnam pecuniariam, non autem ſi ſit corporalis, modò ſententia ſit definitiua, *a* contra quam nulla ſuperſit appellatio.

Quinto principaliter Dubitatur, circa legem pęnalem latę ſententię, quam vim habeat obligandi in conſcientia.

Dicendum primo, Lex pænalis poteſt tranſgreſſores obligare in conſcientia ad pęnam ſine vlla Iudicis ſententia, & de lege veteri patet *b* in ea enim cautum erat, vt qui oculum eruiſſet, vel excuſſiſſet dentem ſerui, illum manumitteret ipſo facto in pęnam de licti; ſic, & varia ſacrificia pro delictorum varietate offerenda erāt abſque alia Iudicis ſententia. *c* In lege etiam Euangelica, adulter ipſo facto amittit ius petendi debitum, quamuis ad diuortium requiratur Iudicis ſententia. De lege vero humana etiam laica probatur Primo, *d* nam ad diuinorum mandatorum obſeruantiam prodeſt, ſi hęc in conſcientia obligabit ipſo facto. Secundo, Iudex poteſt obligare in conſcientia reum ad pœnam ſubeundam, ergo & lex, *e* nam vt Magiſtratus eſt lex loquens, ita lex mutus Magiſtratus.

Dicendum ſecundo, Lex pœnalis latæ ſententiæ, quæ in priuatione conſiſtit, nullamq́ue rei actionem requirit, niſi ſceleris patrationem, obligat ante Iudicis ſententiam; hinc Hæreticus nedum poſt lapſum illicò eſt excommunicatus, ſed etiam priuatur bonis, iuxtà *f* legem Bonifacij Octaui.

g Circa quam Notandum duo ſanciri, & vt Hæreticus ipſo facto amittat bona, & vt Fiſcus bonorum eius poſſeſſionem adeat; & in hoc tantum expectanda eſt Iudicis ſententia, licet interdum nihil poſſit de illis diſponere; quod ſi fecerit, omnis eius diſpoſitio retrotrahitur, & irritatur cum Fiſcus per ſententiam Iudicis ea ſibi vendicabit, *h* imo & repetere poterit fructus, præter eos, quos in vitæ ſuæ ſuſtentationem impenderit hæreticus; hęc autem ita ſunt diſpoſita, vt & homines in fide retineantur, & Fiſcus non poſſit innoxios ſupplantare.

Hinc ſequitur *i* hæreticum ante Iudicis ſententiam eſſe inhabilem ad beneficium, priuatiq́ue patria poteſtate. Aſſaſſinum ipſo facto priuari honore, officio, beneficio, &c. *l* Inceſtuoſum ſtatim inhabilitari ad matrimonium, quod ſi contraxerit, non poterit petere debitum. *m* Archiepiſcopum munera in viſitatione recipientem ipſo facto incurrere maledictionem, quam & eodem modo incurrent omnes Prælati, *n* bona Eccleſiaſtica abſque Roma Pontificis licentia alienantes. *o* Item omittentes diuini officij recitationem ante omnem ſententiam tenentur ad fructuum reſtitutionem,

n cap. Romana, §. Procuratoris, de caſibus, in 6. *o* Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alienam.

munera in actu viſitationis. In Minoribus bona Eccleſiaſtica, &c.

a l. vnica, ff. nihil innouar. pēden, appellat.
b Exod. 22
c Colligitur ex Math. 5. & 19
d Cyprian. ſermo. de Baptiſmo Chriſti. Auguſt. in Pſal. 116.
e Cic. 2. de legib.
f cap. eum ſecundum leges, de heretic. in 6.
g Bald. in Authenti. Incæſtus, de in cæſt. nupt.
h c. Accuſatæ, §. in eo, de hæret. in 6.
i c. Quodcunque §. hæreti. de hæreti. in 6.
l c. Pro humani, & glo. in verbo Libere de homicid. in 6.
m c. Tranſmiſſæ, de eo qui cogno conſangui. vxor.

Quinta dubitatio.
Prima concluſio.
Lex pænalis poteſt obligare ad pænam abſq. Iudicis ſententia.
Probatur de lege diuina ueteri, & noua.
Probatur de lege humana.
Primo Quia ſic diuinorum legum obſeruantia promouetur
Secundo Id pōt Magiſtratus ergo & lex.
Lex pęnalis latę ſententię tantum in priuatione conſiſtis. nō expectat Iudicis ſententiam.
Probatur In Hæreticis.
Aſſaſſinis Inceſtuoſis In Archiepiſcopis recipientibus.

nem, *a* ad quam ſimiliter obligantur habentes plures Eccleſias cathedrales, aut parochiales, &c.

a Ex Concil. Trid.

Quid de pœna religioſis impoſita ex largitionib. Ex locutione cum monialibus.

Sequitur idem dicendum de pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, quando imponitur ipſo facto incurrenda, vt in conſtitutionibus *b* Clem. Octaui de largitionibus, & Illuſtriſſimorũ Cardinalium contra colloquentes cum monialibus abſque licentia, quamuis ne occultum crimen detegatur, non ſtatim debeant Religioſi pœnam ſubire ex ſe ipſis, ſed vel oportunum tempus expectare vel procurare interim diſpenſationem. Idem dicendum eſt de pœna amiſſionis eligibilitatis, &c.

b Quæ incipit religioſæ congreg.

Reus nõ tenetur ex ſe pœnam ſubire cũ di lex non exprimit.

Dicendum tertio *c* lex pœnalis latæ ſententiæ, ſi non expreſsè contineat pœnę executionem, non obligat Reum ad eam ſubeundam ex ſe, prçſertim ſi abſque reali actione ipſius Dei, vel alterius infligi non poteſt Probatur.

c Sot. de Iuſt. qu. 6. ar. 6.

Probatur,

Primo in pœnis, *d* vtpote odioſis benignior pars eſt ſectanda.
Secundo vel Reus teneretur ex vi legis, & hoc non, cum id non
1 explicet, vel pœnæ, & hoc non, cum nemo teneatur ſe ipſum ſu-
2 ſpendere, & flagellare &c. Imo nec reſtituere bona ad fiſcum deuoluta ob crimen lęſę maieſtatis, in *e* quo licet ſtatim priuetur dominio, non tamen poſſeſſione, donec iudicis ſententia interce-
3 dat. Tertio Aliquando lex pœnalis exprimit hanc actualem pœ-
4 nę executionem, ergo cum reticet, &c. Quarto quia inhumanum videtur, vt crimine exiſtente occulto Reus cum famę iactura ex ſe pœnam ſubeat, ſitque ſimul Iudex, Reus, Teſtis, Accuſator, & executor.

d Reg. odia reg. in pœnit. de reg. iur. in 6.

e l. quiſquis ca. ad legẽ Iul. maie.

Pœna pecuniaria debita ex violatione iuſtitiæ nõ expectat iudicis ſnĩam, ſed quæ eſt loco mulctæ.

Sed circa pœnę pecuniariç ſolutionem. Notandũ quod ſi debetur ratione violatæ Iuſtitię, ſtatim ſoluenda eſt: ſi ratione mulctę tranſgreſſoribus impoſitę expectanda eſt Iudicis ſententia. *f* hinc intelliges Epiſcopum ex ordinatione vel litteris teſtimonialibus, &c. aliquid accipientem illicitò teneri ad reſtitutionem, periculum vero proprij gradus, aut inualiditatem ſuſceptionis ordinum non ſequi niſi poſt Iudicis ſententiam.

f Trid. ſeſs. 21. de reform. c. 1. ca. ſi quis Epiſc. pla cuit 1. q. 1.

Pœnæ conditionales nõ ſoluẽde ante iudicis ſẽtentiam.

Concluſio extenditur etiam ad pęnas conditionales apponi ſolitas in contractibus, & qui in hoc videntur diſcordes reconciliari poſſunt dicendo, *g* Non teneri tranſgreſſores niſi in conſcientia ante Iudicis ſententiam, vel teneri, ſi ab eo, cui debetur, petatur; vel ſi ſequatur intereſſe alterius contrahentis.

g Nau. m. c. 33. n. 67 Valen. Couarr.

Hoc intelligitur de pœnis, quæ vere pœnæ sũt nõ aũt ſequentes cõditiones, et onera.

Rurſus intelligitur de pœnis, quę verè pęnę ſunt; *h* nam quando ſunt potius conditiones, vel onera, ſtatim ac quis tranſgreditur tenetur reſtituere.

h Caier. in ſum. verb. pœna. Nauar. Med. &c.

Primũ Correl.

Hinc infertur Primo ſi Maritus inſtituat hęredem vxorem, modo caſtè vixerit, vel non tranſierit ad ſecundas nuptias, ſtatim ac ipſa fornicata fuerit, vel ſecundo nupſerit, tenetur reſtituere.

Secundum Correl.

Secundo Collegiſte violantes ſtatutum, quo cautum ſit vt tranſgreſſores ipſo facto abeant, vel reſtituant expenſas, non expectabunt ſententiam Iudicis.

Tertiũ cor.

Tertio, Non reſidentes in proprijs Eccleſijs teneri ad fructuum reſti-

reſtitutionem, potuit enim in beneficij collatione huiuſmodi apponi conditio.

4. Corolla. Quarta concluſio.

Quarto, Electum à Principe in Iudicem, modo ne munera ſuſcipiat teneri ſtatim ad reſtitutionem.

Dicendum quarto, Poſt Iudicis ſententiam debet reus in conſcientia omnes exhibere actiones, ſine quibus pœna infligi non poteſt.

Quinta concluſio.

Dicendum quinto, Reus etiam poſt ſententiam non tenetur ex ſe pœnam ſubire, quæ cõmodius ab alio infligatur. Ratio, quia ſatis proſpiſcitur cõmuni bono dum nec reſiſtit, & ſimul eas præſtat auctoritates, ſine quibus pœna executioni demandari non poſſet.

Explicantur Dubia quædam ad materiam Legum humanarum in communi pertinentia. Cap. X.

Lex eſt obligatoria quo ad vſq. eadem circũſtantiæ perſeuerant.

DVBITATVR primo, An lex ſemper eodem modo obliget. Reſpondeo affirmatiuè, modo perſeuerent eædem circumſtantiæ, quæ tamen, vt humanarum actionum conditio fert, adeò ſepiſſimè immuttantur, vt lex quæ vno tempore erat ſalutaris, alio redatur noxia ac proindè ceſſat obligare; hinc nec depoſitum reddendum, cum in ſui, uel alterius perniciem vti vult, nec votum Religionis implendum, cum ſuperuenit extrema parentum inopia, nec ſeruandum iuramentum, cum incipit eſſe maioris boni impedimentum, nec audiẽda Miſſa in die feſto, cum ſcimus in uia nobis parari inſidias &c.

Legis obligatio nedũ ex verbis, ſed ex intentione pẽſanda.

Notandum vero legis obligationem nedum ex verbis, ſed ex legislatori præſertim intentione penſandam. Hinc ſi præsbyter beneficium reſignet amico, vt hic poſtea illud eiuſdem præsbyteri filio renuntiet, aut ſi ex duobus preſbyteris alter alterius filio beniticium tradat, in nullo horum caſuum dicitur ſeruari lex, qua cauetur ne filij preſbyterorum poſſint ſuccedere in beneficio.

An liceat ceſſãte legis

Dubitatur ſecundo, An vbi quis videat legis intentionem ceſſare poſſit propria authoritate legem interpretari, & tranſgredi.

Reſpondeo, ſi euidens ſit caſum occurentem eſſe extra legis intentionem licitum eſſe, ut in fractione ieiunij, cum nullus alius ſuppetit.

Intentione legem ex propria trãſgredi authoritate.

ſupetit cibus, præter carnes, ſi uero euidẽs non ſit, tunc aut ſubditus æquè in utranque partem dubius eſt, & ſi poteſt, debet adire ſuperiorem, & in hoc caſu proceditur id quod communiter dicitur, ſpectare ad eundem condere legem, & interpretari, ſi non poteſt, ſeruetur lex ad litteram, tum quia hæc eſt pars tutior, tum quia melior eſt conditio poſſidentis lex autem eſt uelut in poſſeſſione, ut obſeruetur. At ſi in vnam partem propendat, cum aliqua tamen formidine partis oppoſitæ, & nec poſſit recurrere ad ſuperiorem, & periculum ſit in mora, poterit agere contra legem, maxime, ſi ex legis obſeruantia ſalus animæ periclitaretur.

Quid valeat Epicheia ad legis trãſgreſſionem.

Dubitatur tertiò, An ſufficiens ratio faciendi cõtra uerba legis ſit Epichæa reſpectu particularis perſonę.

Reſpondeo lex poteſt deficere dupliciter in caſu particulari; uel negatiuè, quando ſcilicet deficit cauſa propter quam lex condita eſt, ita tamen, ut ſi adhuc ſeruetur, nihil mali obueniat ut erat lex purificationis, quæ in Beata Virgine ceſſauit negatiuè, cum nulla in ipſa præfuerit immunditia Vel contrariè, quando non ſolum ceſſat ratio legis, ſed quando legem ſeruando iniquè ageretur, ut cum qui gladium apud me depoſuit euadit furioſus, hedũ ceſſat obligatio reſtituendi, ſed ſi reſtituero, peccabo; Dum ergo lex ceſſat tantum negatiuè, adhuc ſeruari poteſt, quia licet ceſſet in particulari, non tamen ceſſat in communi, cum uero contrarie, omninò debet non obſeruari.

Lex pôt deficere vel negatiuè, vel contrariè.

Principi pôt per Epicheã diſpenſare.

Dubitatur quarto, An ſicut ſubditis, ita & Principi liceat per Epicheam diſpenſare.

Reſpondeo affirmatiuè, ſicut enim poteſt legem condere, ita & abrogare & ſicut legis obligatio ex legislatoris pendet intentione, ita & modificatio, idque meritò, cum lex non poſſit omnibus caſibus in infinitum variabilibus proſpicere.

Ad iuſtam diſpoſitionẽ requirũtur cauſa, & authoritas.

Dubitatur quintò, Quid requiratur ad iuſtam legum interpretationem.

In quibus poteſt Papa diſpenſare.

Reſpondeo, Duo requiri, cauſam, & authoritatem, & qui dem Princeps habet authoritatem plenariam, inferior non niſi iuxta delegationis menſuram.

Hinc infertur Papam in ominibus humanis legibus Prædeceſſorum, & etiam in ijs, quæ ab Apoſtolis iure humano ſtatuta ſunt, poſſe diſpenſare cum habeat parem authoritatem cum illis Quod ſi aliquando id negetur, eſt ratione connexionis cum iure diuino, uel naturali, & rurſus poſſe diſpenſare in ſtatutis Conciliorũ generalium, cum ſit ſuper illa, & hæc rata ſint ex ſummi Pontificis confirmatione, quamuis in huiuſmodi diſpenſationibus debeat exprimi ſpecialiter a Papa ſe in eo derogare Conſtitutionibus quibuſcunque in contrarium exiſtentibus, præſertim Conciliorum generalium, quod non eſt ita neceſſarium in diſpenſatione Conſtitutionum a prædeceſſoribus emanatarum. a S. Thō. quol. 4. a. 13.

In quibus non poſſit.

Dubitatur ſexto, An Papa diſpenſare poſſit circa ius diuinum, & naturale.

Reſpondebat negatiuè, hoc enim nec eſſe poſſe proueritate

ſed

ſed contra ueritatem; Itaque non ſolum in fidei articulis, ſacramẽtorum eſſentia, &c. ſed ne in ijs quidem quę determinatè ſunt de iure diuino inſtituta, poteſt diſpenſare, ſecus verò in ijs, quę ita ſunt dè iure diuino, vt tamen aliquid habeant admixtum humanę obligationis, vt votum, & iuramentum, licet aliqui dubitent, an hæc declaratio potius quam diſpenſatio dicenda ſit. Ratio huius diſparitatis eſt, quia licet ſit de iure diuino ſeruare votum, quia tamen hæc obligatio ad hoc faciendum eſt ſibi à ſemetipſo impoſita, poteſt Papa tollere hanc obligationem, & in ea diſpenſare; & hoc fortè voluerunt Panormitanus, Decius, & Felin.

Dubitatur ſeptimo, In quibus caſibus poſſint Prælati īferiores diſpenſando vti delegata authoritate. *Quanſq ue in d ſpenſando inferiorum Prælatorum authoritas extendatur.*

a Sot. I. iuſtit. q. 7. ar. 3. *b* Trident. ſeſſ. 24. de refor. c. 6. *c* Med. 1. 2. q. 97. a. 4. Caiet. ibi.

Reſpondeo primo, *a* in ijs, in quibus ius declarauit extendi eorum authoritatem, *b* ſic ius declarauit poſſe Epiſcopos diſpenſare in omni culpa, & Eccleſiaſtica cenſura ob crimen occultum contracta, excepta irregularitate ex homicidio. Secundo, in quibus inualuit diſpenſandi conſuetudo, cum hæc ſit optima legum interpres, ſic ijdem Epiſcopi diſpenſant in votis ſimplicibus, exceptis tribus, videlicet Religionis, Caſtitatis, & Hieroſolymitanæ peregrinationis. *c* Tertio, in triplici rerum ordine, nempè in Leuibus, vt in ieiunijs ex cauſa debilitatis, modò id fiat ad tempus, & non ad totam vitam; ſecundo, in Frequentibus, cuiuſmodi eſt inhabilitas petendi debitum ex incæſtu proueniens poſt contractum matrimonium, tertio, in Legibus proprium bonum ſuæ Ciuitatis, & Diœceſis reſpicientibus, vt ſi Princeps prohibeat ne aliundè triticum aduehatur, ad hoc vt collectum in territorio facilius diſtrahi poſſit, licitum erit Prætori diſpenſare. Ratio, quia poteſt quiſque cedere iuri ſuo, ſecus ſi lex eſſet communis, vt de Doctoratu, Ordine, Matrimonio, &c.

Dubitatur octauo, An ad diſpenſationem requiratur cauſa. *Cauſa in diſpenſatione neceſſaria.*

d Luc. 12. S. Th. 1. 2. q. 97. ar. 4. S. Antoni. Nau. &c. *e* Nau. Manu. præl. 9. nu. 14.

Reſpondeo affirmatiuè, Aliàs diſpenſans non eſſet *d* fidelis, & prudens; & vteretur authoritate, non ad ædificationem, ſed ad diſſipationem, debetque cauſa eſſe cognita, & ponderata, & quicumque ſine cauſa diſpenſat, etiam ſi ſit Papa, peccat, ſicut & peccat qui diſpenſationem petit ſine cauſa, licet minus; *e* quando verò peccet mortaliter, vel venialiter ex circumſtantijs penſandum eſt.

Dubitatur nono, An diſpenſatio ſine cauſa ſit valida. *Diſpēſans ſine cauſa peccat.*

Dicendum primo, Diſpenſans ſine cauſa in ijs quæ ſuæ poteſtatis ſunt, licet peccet, validè tamen diſpenſat.

Dicendum ſecundo, Papæ diſpenſatio valida eſt in ijs, quæ tãtum ſunt Iuris humani poſitiui, etiam ſine ſufficienti cauſa, modò illa vera ſit; vndè poteſt diſpenſare in ieiunio Quadrageſimali, & concedere matrimonium in ſecundo gradu. Ratio primi eſt, quia Princeps poteſt pro libito abrogare ſuas leges. Ratio ſecundi eſt quia diſpenſatio initiur cauſæ allegatæ tanquam fundamento.

f Caie. verbo. Diſpē.

Dicendum tertio, *f* Si Papa in ijs diſpenſet ſine legitima cauſa, in quibus naturalis, aut diuini iuris obligatio admittetur, peccat, *In quib. cauſa inualidè.*

F & diſ-

diſpenſeti & quando.

& diſpenſatio nulla eſt. Ratio, quia poteſtas hæc data eſt Papæ in ædificationem, & commune bonum Eccleſiæ, quare ſine legitima cauſa inualidè diſpenſabit in voto, iuramento pluralitate beneficiorum curatorum, cura animarum puero concedenda, facultate teſtandi de bonis Eccleſiaſticis, tranſitu ad laxiorem Religionem, præficiendo laico in Abbatem Regularibus, aut regulari Eccleſiæ ſeculari curatæ, & hæc quæ de diſpenſatione dicta ſunt, intelligantur in cōceſſione, & procuratione priuilegiorum, vt nimirum ſubſit cauſa rationabilis.

Lex humana ſemel conſtituta mutari poteſt.

Dubitatur decimo, An lex humana ſemel ſtatuta, & approbata mutari poſſit.

a Reſpondeo affirmatiuè, *b* Idque tum ex parte rationis, quæ non omnia ſimul pænetrat, ſed paulatim; ita vt quę predeceſſores congruere, poſteri videant obeſſe; Tum ex parte hominum, quorum actiones locorum, temporūque varietati ſubiectæ ſunt. Hinc vbi populus verbi gratia ſit prudens poterit ſibi eligere Magiſtratus, ſi fatuus, vel deprauatus, ita vt ſuffragia paſſim exponat venalia, expoliandus eſt huiuſmodi iure. Cæterum cum cauſæ deſunt, non debent mutari leges, *c* nam vt veneranda legis canities amore retinet humanos animos, ita inimica nouitas in inuidiam, & diſcordiam eos impellit.

Solutio obiecti.

Obijcitur, lex humana innititur naturali, quæ immutabilis eſt, ergo, & ipſa immutabilis.

Reſpondeo, *d* inniti mediante diſcurſu, cumque hic non omnia ſimul percipiat, & deducat meritò variabilis. Adde quod lex humana nedum reſpicit vniuerſalia, de quibus tantum lex naturalis, ſed etiam ſingularia, quæ in infinitum ſunt mutabilia.

ſatio. Sot. 1. iuſt. q. 7. a 3. ad. 3. Panor. in c. non eſt voti nu. 8. de voti redemptio. Syluest. Med. &c.
a S Anto. p. p. tt. 17. c. vnic. §. 8. Ariſ. 2. Polit. c. 6.
b S. Aug. 1. de lib. arbit. c. 6. S. Th. 1. 2. q. 97. ar. 1.
c Inno. Papa in c. nō debet, de conſang. & affin.
d ca. cum conſuetudines, de conſuetu. & l. 2. ff. de conſtit.

De conſuetudinis, virtute, & conditionibus. Cap. XI.

Quid conſuetudo.

AGENDVM & de conſuetudine; cum & ipſa vim legis obtineat. Præmittendum verò eſt Primo, Conſuetudinem definiri, *e* quod ſit ius quoddam moribus inſtitutū, quod pro lege, ſuſcipitur, cum deficit lex, idque merito cum ad legem ipſam ſatisſit rationabilis voluntas legiſlatoris, & populi receptio.

Quæ conſuetudinis proprietates.

Secundo, Proprietates conſuetudinis eſſe tres; *f* primā, legem abrogandi, & immutandi, *g* nec non & confirmandi, cum eſt illi conformis, ſecundam, legem interpretandi; tertiam

e c. cōſuetudo d. 1. ex Iſidor.
f arg. c. cū omnes, de conſtitut.
g arg. c. fi. de conſuetu. & c. in iſtis, § leges, d. 4.

tertiã legem conſtituendi,*a* horum ratio eſt, quia ſi populus habet authoritatem condendi leges,ergo & mutandi, & interpretandi.Conſequentia patet,quia eadem ad vtrunque requiritur authoritas.Sed pro maiori intelligentia

Quãdo conſuetudo poſſit eſſe legum interpres.

Dubitatur primo,Quando conſuetudo poſſit eſſe legum interpres.

Reſpondeo,*b* primo ſi non occulta; ſecundo,ſi Princeps nedum illam ſciat ,;ſed approbet & non puniat , etiam ſi res in iudicium deducatur idque non ex impotentia , vel negligentia , ſed ex certa conniuentia,& beneplacito,hunc in modum ieiunij horam , & ientaculi menſuram pro diuerſitate locorum optimè conſuetudo interpretata eſt.

Conſuetudinem non poſſe mutare , uel tollere legem diuinam uel naturalem quomodo accipiendum,

Dubitatur ſecundo, An conſuetudo legem diuinam,vel naturalem mutare,vel abrogare poſſit.

Reſpondeo negatiuè.Ratio,quia maximum ſequeretur ſalutis detrimentum.Concluſio autem intelligitur de pricipijs, primis , verbi gratia Nulli malum eſt faciendum &c.Nam concluſiones, quæ proximè ab illis deducũtur,vt non furaberis,poſſunt per conſuetudinem declarari,& limitari;quę vero remotius,vt quod fur tali pœna plectatur &c.poſſunt etiam tolli, prout ratio naturalis ſuadet,aliàs nequaquam.

Hinc infertur,non poſſe per conſuetudinem induci,vt iuramẽtum falſum non ſit peccatum , vt bona naufragantium non reſtituantur certis ipſorum dominis,vt licitè exigantur vſuræ,vt violari poſſit ſigillum confeſſionis,& vt religioſus profeſſus ſit dominus eorum,quæ acquirit,cum hæc omnia ſunt contra ius diuinum, & aliqua etiam contra ius naturæ.

Conſuetudo tollẽs legem debet eſſe rationabilis et præſcripta. & Lex & contraria conſuetudo quõ utraq. poſſit eſſe rationabilis.

Dubitatur tertiò, Qualis debeat eſſe conſuetudo,quæ vim legis obtineat.

c Reſpondeo , Rationabilis,& præſcripta.

Dices quomodo poterit eſſe rationabilis, ſi per eam ius tollitur Reſpondeo , & ius & conſuetudinem iuri contrariam poſſe eſſe ambo rationabilia,relata ad diuerſos fines,& circumſtantias , & ſic lex,*d* quæ ſtatuit, ut Epiſcopus negotia tractet cum capitulari conſilio, fuit rationabilis,*e* cum iudicium illud ſit firmius , quod multorum conſilio roboratur, & adhuc contraria conſuetudo eſt rationabilis,*f* ob faciliorem negotiorum expeditionem,*g* In dubio autem cenſendum eſt conſuetudinem eſſe rationabilem,modo iuri communi non aduerſetur , aut certè id relinquendum erit arbitrio boni viri.

Rurſus requirit primo præſcriptio *h* longum tempus,*i* quod à Doctoribus limitatur, vt inter præſentes ſufficiant decem anni,inter abſentes viginti ; In re autem canonica , ſeu Eccleſiaſtica ſi conſuetudo ſit præter ius,aiunt ſufficere etiam decẽ annos, *l* ſi ſit cõtra ius,requiri quadraginta, *m* ſi ſit contra Romanam Eccleſiam, requiri cẽtum,ſi contra ea quæ Principi reſeruata ſunt in ſignum ſpecialis eminentię,requiri tempus immemorabile. Secundo , requirit actuum multiplicitatem,& reiterationem.Ratio,quia con-

a l.ſi de interpetata,ff. de leg. c. cum dilectus , de conſuetu.
b Sot.1. de iuſt. q.7.a.2.
c Greg.9. ĩ c.fi. de cõſuetud.
d c.quãto de his,quę fiũt à prælat.
e c.prudentiã,de off. deleg.
f c.non eſt de conſuetud.in 6.
g gl.in c.1. in verb.rationabilia de conſti. in 6.
h l.2.C. de ſeru.
i Bar.ſin l. de quibus ff. de leg. Valen. to. 2.diſpu.7. q 4.Syl.ue. Tab e.
l c. ad aures, ca.illud autẽ , c.vigilãti de præſcr.
m c.ad audientiam, eod.tit.

 ſuetudo

Vnicus actus qui habet ſucceſsionem, & continuationem ſatis ad conſuetudinem.

ſuetudo introducitur ex frequentia moris, erit autem ſatis vnicus actus ſi habeat cauſam ſucceſſiuam, & continuationem, hinc ſi beneficium ſeculare collatum regulari, ab eodem longo tempore poſſideatur, uel è contra, illa collatio habet actum ſucceſſiuum continuum. Idem dicendum de pontis refectione quando durat per totum decennium. Ratio, quia tunc licet actus ſit vnus reſpectu rei factæ, eſt tamen multiplex virtualiter. Communiter tamen requiruntur ſaltem duo actus, vt ex illis poſſit elici conſenſus populi, eiuſmodi conſuetudinem inducere volentis: nam prima vice populus vel non aduertit, vel certè aduertens poſſet ad euitandum ſcandalum tolerare. Demum pro negotij grauitate penſanda erit neceſſitas actuum, & hi nunquam debent eſſe incorupti per contrarium actum.

Ad abolendam conſuetudinē quid ſatis.

Ad abolendam autem conſuetudinem requiritur idem modus, idemque tempus, quibus fuit inducta Ratio, quia vim legis habet, *a* ideoque tanquam lex tolli debet ſaltem per ſpatium decem annorum.

Actus non temerè, ſed ex intentione ad introducendam conſuetudinem.

Notandum verò eſt *b* actus neceſſarios ad conſuetudinis introductionem debere fieri ad hunc ipſum finem, vnde qui ieiunaret aliquo certo die deuotionis cauſa, non diceretur inducere contra ſe conſuetudinem.

Quando lex conſuetudinem vincere poſsit.

Quarto dubitatur, An lex aliqua conſuetudinem vincere poſſit.

c Reſpondeo, Si lex ſubſequatur conſuetudinem, eandem abrogat, ſic per *d* Trident ſublata eſt conſuetudo, per quam ſeculares ſacerdotes ſibi confeſſarium eligebant: *e* ſi verò lex præcedat, vtique per contrariam conſuetudinem irritatur, quamuis etiam id ne fieri poſſet, in eadem lege præcaueretur. Ratio, quia Principis voluntas conſuetudinis approbatione innoteſcit, nec mirũ ſi poſt conditam legem alia inſurgat de nouo cauſa, quæ tempore conditæ legis non aderat, & propter quam iterum quæ damnata fuerat conſuetudo, ſit inducenda. Aduertendum autem nos loqui de conſuetudinem generali, non de particulari, quę cum in facto conſiſtat, nil mirum ſi incognita penes Principem preſumatur.

Quando ad ablationem legis auferatur & conſuetudo.

Quinto dubitatur, An quando conſuetudo habet illud idem, quod lex, ſublata lege tollatur & conſuetudo?

f Reſpondeo, Si conſuetudo concurrat cum iure communi, ſi ius commune tollitur per contrariam conſtitutionem, tolli conſequenter & conſuetudinem, *g* niſi fortè ex eius omiſſione ſequatur ſcandalum, *h* hinc cum contingat Epiſcopos Conſtitutiones Synodales de corpore iuris extrahere, ſi Papa deinde irritet illud ius commune, irritæ etiam remanebunt & Synodales Conſtitutiones.

Quod autem ſupra dictum eſt per nouas conſtitutiones non derogari particularibus, intelligitur quando huiuſmodi conſtitutiones nouæ, & conſuetudines erant contra ius commune.

Qũ per conſuet. a l. p.

Dubitatur ſexto, Quando excuſentur a peccato ij, qui contra legem agunt propter conſuetudinem, ſi enim conſuetudo *i* debet eſſe

a l. nemo. ff. de regu. iur.
b Panor. in c. fi. n. 17. de cõſuetud.
c l. 3. ff. de ſepul. violat.
d ſeſſ. 23. de refor. c. 15.
e Med. 12. q. 97. ar. 3.
f Panorm. c. fi. n 21. de cõſuetud.
g c. 1 de cognat ſpir.
h glo. in c. in facti, in fi. de conſtit. in 6.
i arg. c. fi. de cõſuetud.

excuſentur a peccato eſt illa pœna contra legem:

eſſe rationabilis, vtique primus qui legem violat peccat mortaliter, ſimiliter & reliqui tranſgreſſores qui ſubſequuntur; cum ergo hæc conſuetudo ortum habeat ab actibus illicitis, non poteſt eſſe rationabilis, ac proindè nemo per illam excuſabitur.

a Medina Cod. de ieiun. q. 8.

a Reſpondeo, Aliam eſſe rationem conſuetudinis, quoad vim inducendi nouam obligationem, aliã quoad vim remouendi priorem obligationem legis, pro illa neceſſe eſt vt ſit rationabilis, & præſcripta, prò hac ſatis eſt vt inducatur Principe ſciente, & non refragante, cum in hunc modum præſumatur velle amouere priorem legem. quod ſi contrarium docere videatur Diuus Thomas *b*, vtique intelligit de conſuetudine, quę inducitur Principe ignorante.

b 1. 2. q. 97 a. 3.
c Ledeſm. 2. 2. q. 17. a. 6. dub. 6.

c Hinc infertur, quod & ſi primi legum prævaricatores peccauerint, non tamen vltimi poſt inolitam conſuetudinem, cum hi non teneatur cauſam inueſtigare propter quam eorum maiores legem tranſgreſſi fuerint, imo debent præſumere præextitiſſe iuſtã cauſam.

Quãdo & lex et cõtraria conſuetudo poſſint diue ſi mode expedire Reip.

d Dried. 1. de libert. chriſt. c. 10.

d Adde, quod licet lex abſolutè magis eſſet vtilis Reipublicæ, quam contraria conſuetudo, ſecus autem cum iam in contrarium aſſueuit, ideoque nec legislatoris intentio poteſt perſeuerare.

e Panor. in c. j de treg. & pac. n. 4 gl. in c. de miq in v. cõſuetudo, diſt. 4.

Dubitatur ſeptimo, An lex pœnalis per conſuetudinem tolli poſſit.

Dicendum primo, ſublata per conſuetudinem lege, auferri & pœnam. Ratio, quia pœna non niſi per legis violationem incurritur.

Dicendum ſecundo, *e* Etiam manẽte lege poſſe tolli eiuſdem obligationem ad pœnam per contrariam cõſuetudinem, non enim maior ratio eſt cur lex præceptiua poſſit ſic abrogari, & non etiã pœnalis quoad pœnam, modò legislator ſciat, & cum poſſit puniat tranſgreſſores, & ita erant antiquatæ excommunicationes nonullæ, *f* vt contra dantes munera pro impetranda aliqua gratia, vel iuſtitia in Curia Romana, *g* & contra imprimentes libros ſine præuio examine, ita vt neceſſe fuerit vtramque denuò inſtaurari.

f Extr. 1. de ſent. exc.
g Cõc. Lateran. ſub Leo x.
h c. pri. pe treg. & pace.
i in proh. Clement.
l in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.
m l 2. leg. pæn.

Excommunicõnes antiquata prò conſuetudinem iterum innouatæ.

Hoſtien. Zabarel. Tiraq. Caſtr.

Contrarium docuerunt *h* Hoſtien. *i* Zabar. *l* Tiraquell. *m* & Caſtro, ſcilicet poſſe legem abrogari quoad pœnam, ſi ſit infligenda à Iudice, ſecus ſi ſit latæ ſententiæ, præſertim ſi ſit pœna excommunicationis.

Probant, quia nulla poteſt incipere conſuetudo contra huiuſmodi legem ſine peccato mortali, quęritur vt primus tranſgreſſor peccauit, ſic ſecundus tertius, &c. ideoque aiunt nec poſſe induci per conſuetudinem, vt clerici percuſſor non ſit excommunicatus, vel ingrediens ſepta monialium, &c.

Reſpondeo, licet primi trangreſſores peccent, tamen quia ijdem actus paulatim fiunt bona fide, preſertim accedente tacito legislatoris conſenſu, ſicut ex ignorantia inuincibili, nedum non peccat qui longum poſt tractum temporis id committunt, ſed &

Non omnis conſuetudo obligat ſub mortal. i.

vim habent abrogandi pęnam impoſitam, lege in reliquis ſuperſtite remanente.

Dubitatur octauo, An omnis conſuetudo propriè dicta obliget ad mortale.

Raſpondeo negatiuè. Probatur, non omnis lex obligat ſub mortali, ergo nec omnis conſuetudo, patet conſequentia cum conſuetudo non ſit magis obligatoria, quam lex, quare illa tantum obligabit ad mortale, quæ ex intentione vt ſic eſt introducta, hæc autem intentio penſanda eſt ex materriæ grauitate, & circumſtantijs.

Explicit Liber Tertius.

LIBER

LIBER QVARTVS DE LEGE DIVINA POSITIVA,

Et primùm de Primo Decalogi Præcepto, Non habebis Deos alienos.

DE LEGE DIVINA, eiuſque diuiſione. *Cap. I.*

Lex diuina poſitiua æternæ participatio eſt. Cur nobis neceſſaria.

ACTVM eſt de lege Æterna, Naturali, & Humana; Agendum modò eſt de lege Diuina poſitiua, quæ illius æternæ participatio quædam eſt, nobiſque neceſſariò data. Primo ad finem ſupernaturalem conſequẽdum. Secundo, ad habendam regulam infallibilem in ſingularibus actionibus. Tertio, ad corrigendos mores internos. *a* Quarto, ad prohibenda, punienda quæ omnia peccata, cum interdum humana lex quædam toleret, quo grauiora vitentur, has cauſas innuit Dauid cum dixit, *b* Lex Domini immaculata, quia ſcilicet nullam admittit peccati turpitudinem; Conuertens animas, quia etiam actus dirigit interiores, Teſtimonium Domini fidele, quoniam certiſſimum infallibile, Sapientiam præ paruulis in quantum ad finem dirigit ſupernaturalem, cui nos ſumus impares.

a Vide S. Augu. l. 1. de lib. arbi. c 6.
b Pſ. 118.

Quomodo definiatur.

Hęc lex Diuina poſitiua definiri poteſt quod ſit ordinatio ra-

Vt vna, vt duplex.

tionis a Deo data, quæ hominem in finem, & beatitudinem ſupernaturalem dirigit.

a Eſt autem ſpetie, & aſſentialiter vna, quamuis pro diuerſitate temporis, quo promulgata eſt, & perfectionis ad quam dirigit in duas quaſi partes diuidatur. Neque enim a Deo, qui vnus eſt, cuiuſque inſtitutum vnicum erat, nempe vt per legem poſitiuam nos in beatificam ſui viſionem, perduceret, niſi vna lex eſſẽtialiter emanauit. Quia verò eius promulgatio ante Meſſiæ aduentũ inchoata fuit, & poſt eiuſdem aduentum abſoluta ideo in duas partes diſtribuitur, (nõ ſpecifica, ſed accidentaria perfectionis diffã) contradiſtinctas, non ſecus ac puer à viro accidentaliter tantũ diſtinguitur, qua etiã ſolutione ipſemet *b* Apoſtolus vtitur in hac re, dicitque legem veterem fuiſe veluti pedagogum, qui pueris datur.

Lex vetus tãquam pedagogus.

e Translato autem per Meſſiæ aduentum ſacerdotio, fieri etiam neceſſe fuit legis translationem in quid perfectius.

In quo cõſiſtat noua legis exceſſus ſupra veterẽ circa perfectionem.

Exceſſus autem perfectionis nouæ legis ſupra veterem conſiſtit Primò in fine, nam hic eſt in lege Noua *d* Regnum cœlorum, vnde & Dicitur Euangelium Regni; in Veteri bonum terrenum, nẽpe poſſeſſio terræ Cananæorum. Secundo, lex vetus, vt plurimũ actus externos ordinabat, noua etiã internos, vnde dicitur quod illa cohibeat manus, hęc etiam animos. Tertiò, ex modo, impellebat enim lex vetus ad ſui obſeruantiam timore pœnæ, *e* hæc amore, *f* vnde Auguſt. Breuis inquit, eſt differẽtia legis & Euangelij timor, & amor; hinc illius iugũ graue, hoc ſuauiſſimum, *g* & graue illud quidem tum ratione multitudinis mãdatorum; tum quia ad arduam eorum obſeruantiam, adhuc nullas vires ſuppeditabat.

Adhuc legis veteris præcepta illi ſtatui congruentia bona erant.

Hæc autẽ veteris legis mandata illi ſtatui congruebant adhuc rudi, quamuis *h* contrarium plerique Hæretici docuerint, *i* quod ſi dicantur non bona, id intelligitur *l* vel quia non erant ſimpliciter perfecta, vel quia non mundabant à peccatis, ideoque per cõparationem ad legẽ nouam. hinc intelligens cur illa *m* per manus Angelorum data fuerit, hæc per manum Mediatoris vt quantum inter ſeruum, & dominum tãtum inter vtramque legem intereſſe circa perfectionem animaduertas.

Quo legis veteris præcepta vnũ, & multa. Omnia ad triplicem claſſem.

Licet autem reſpectu finis, ſeu per ordinem ad vnum præcepta *n* veteris legis ſint quaſi vnum fuere tamen multa ſecundum diuerſitatem eorum, quę ad finem illum ordinabantur, variantque Doctores circa præciſum numerum.

o Ad triplicem autẽ claſſem omniã redigebãtur ita vt quædam fuerint moralia, quædam cærimonialia, quædam iudicialia. Ratio, quia debebat & tunc hominem ordinari in ſe ipſo reſpectu Dei, & proximi.

a S. Th. 1. 2. q. 91. ar. 5.
b Ad Galatas. 3.
c Ad Hæbr. 7.
d Matt. 4. Legen. S. Aug. 4 cõtra Fauſtũ c. 2. & lib. 18. ciuit. Dei. c. 2.
e Ad Roman. 5.
f Lib. contra Adimant. c. 17.
g Aug. tract. de lau. charitatis & l. de natur. & gra. c. 69.
h Legend. S. Th. 1. 2. q 98. contra *Manichæ.* hoc oſtẽdens.
i Ezec. 25.
l Augul. 2. Tim. c. 13. Greg. pro he. mor. c. 2.
m Act. 7. Ad Gal. 3.
n Burgen. 1. Sẽt. d. 8 c. 9. Gugl. Parſ. l. de fid & leg.
o Colligitur. Deute. 6 & ad Roma. 7. Vid. S. Th. 1. 2. q. 99. ar. 4.

De legis veteris, ſeu Decalogi Praeceptis, eorumque numero, diſtinctione, ordine, & perfectione. Cap. II.

a Deut. 9. S.Th.1.2. q 99.a 4. in arg. ſed contra.

Præcepta moralia præcipua inter omnia.

INTER veteris legis præcepta, quæ moralia ſunt, præcipuum obtinent locum, *a* vnde & antonomaſticè præcepta dicuntur.

Moralia præcepta ſpectant ad legem Naturæ.

Et quia mores ad rationem, vt ad eorũ principium pertinent, ratio autem à naturali dictamine deriuatur, ideo & moralia præcepta ad legem Naturæ ſpectabunt, idque tripliciter. Nam quædam, vt Honora parentes, Non furtum facies, proximè, & facillimè deduci queunt ab illo primo, & communi, Quod tibi vis fieri alteri feceris, & è contra.

Idque iuxta triplicem deductionis modũ à principijs naturalibus.

b Matt. 5. *c* Leuit. 19

Secundo, Quædam difficilius, & remotius, cò quod in ijs neceſſaria ſit particularium circumſtantiarum diſcuſſio, cuiuſmodi ſunt, *b* Ne dicas fratri tuo Racha, *c* Coram cano capite conſurge, &c.

Tertio, Quædam licet ſint conſetanea rationi naturali, adhuc ab ipſa pertingi nequeunt, niſi ſuperno lumine illuſtrata, vt Non facias tibi ſculptile.

d S. Th. 1. 2. q. 100. a. 3.

Quæ principia naturalia ſpectent ad decalogum.

d Ex his quæ primo, & tertio loco enumerata ſunt, pertinent ad Decalogum, nam principia Naturæ communiſſima prætermittuntur ut per ſe nota, quæ vero per diligentem indaginem rationi congruere inueniuntur, à ſapientibus populo manifeſtantur, ſed hic.

e Ex. 20. 31 Deut. 49. *f* Leuit. 26 *g* Homil. 8 ſup Exod. *h* ex Ioſ 3. antiq. c 6. *i* quæſtio. 71. in Exodo.

Quæ ĩ qualibet decalogi tabula præcepta cõtineantur. Eſychius. Origenes Hebræi S. Auguſt.

Notandum primo, Decalogi nomine intelligi decem præcepta, *e* quæ in duabus lapideis tabulis à Deo tradita ſunt Moyſi, in quarum prima continebantur ſpectantia ad diuinum cultum; in poſteriori verò, quæ ad explicitam proximi dilectionem. Ex Doctoribus autem *f* Eſychius, & *g* Origenes remouent à prima tabula illud de Sabbathi ſanctificatione, vt potè non perpetuum, ſed immutatum apud Chriſtianos in diem Dominicum. *h* Hebræi ad primam reuocant etiam illud de Parentibus honorandis, cò quod Deus, à quo omnis paternitas voluerit, vt ſui inſtar, parentes diligerentur. Ad ſecundam vero quinque reliqua negatiua; Denique *i* Sanctus Auguſtinus vult in prima contineri

tantum

tantum tria, quorum primum eſt, Non habebis Deos alienos corã me; Non facies tibi ſculptile vt adores illud, quod tamen Hebræi in duo diuidunt. Secundum, Non aſsumes nomen Dei tui in vanum. Tertium, Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices; In ſecunda verò ſeptem, quæ proximum conceſnunt. Primum, Honora parentes. Secundũ, Non occides. Tertium, Non mœchaberis. Quartum, Non furaberis. Quintum, Non falſum teſtimonium dixeris. Sextum. Non concupiſces vxorem alienam. Septimum, Non concupiſces bona aliena.

Cur reliquis Auguſt. ſententia præferatur.

Hæc ſententia preferuur, vel ob id, quod magis myſterium Trinitatis inſinuet ſingulis primæ tabulæ præceptis, ad vnamquanq; perſonam aptiſſimè accommodatis.

Omnium legum velut cõpendium eſt decalogus.

Notandum ſecundo, a Decalogũ omnium aliarum legum epitamen, & ſummam eſſe, & ad ipſum reuocari, vel antecedenter, tanquam principium, & præambula, b cuiuſmodi ſunt præcepta de fide vnius Dei, de eiuſdem, & proximi dilectione; Vel conſequenter, vt concluſiones, & ſic à præcepto colendi vnum Deum, eliciuntur alia contra Hariolos, Blaſphemos, &c. A non furaberis deducuntur præcepta de non committenda vſura, vel fraude in commercijs, & ſic de alijs.

a S. Augu. q. 140. ſup. Exod.
b Ad Heb. ij. S. Th. lo. cit. a. 4. ad 1.

Idque vtiliſſimum. Theologis Confeſſarijs Concionatoribus.

Notandum tertio, Hanc omnium præceptorum reductionem ad Decalogum vtilem eſſe Theologis, Confeſſarijs, & Concionatoribus, vt enim Philoſophis omnia entia ad decem prima genera reuocaſſe, vtillimum fuit ad ſpeculationem; ita & ipſis, omnium virtutum, vitiorumque actus ad Decalogum retuliſſe, mirum eſt quantum conferat ad ritè, expediteque propriam functionem obeundam.

Quodcunque decalogi præceptum eſt vnum tantum, vel ſimpliciter, vel ſub ordinatione.

Notandum quarto, Quodcunque Decalogi præceptum vnum tantum eſſe, vel ſimpliciter, uel ſub ordinatione; Hinc licet Sanctus Auguſtinus primum, præceptum trifariam diuidat, ita vt primum ſit morale affirmatiuum, Ego ſum Dominus, ideſt, colas me pro vero Deo; ſecundum etiam morale, ſed negatiuum, Non habebis Deos alienos; tertium, ceremoniale, Non facias tibi ſculptile, omnia tamen hęc ſecundum ſubordinationem unum ſunt cum illo, Non habebis Deos alienos coram me, ſic & illud, Sabbatha ſanctifices, includit & pręceptum morale diuini cultus, & cerimoniale, ut fit in die Sabbathi, & quoniam in aduentu Meſſię cerimonialia ceſsare debebãt, nil mirum ſi Sabbathum in diē Dominicum tranſierit, pręcepto morali diuini cultus interim ſuperſtite remanente, ex quo ſoluitur Eſychij obiectio.

Ratio ſufficientia præceptorum decalogi.

Notandum quinto, Sufficientiam numeri, diſtinctionis, & ordinis pręceptorum Decalogi ſumi in hunc modum; c per ea enim debet homo benè ordinari; primo, reſpectu Dei, qui pręeſt omnibus, idque fidelitate, reuerentia, & famulatu, quę in prima tabula, triplici mandato preſcribuntur; Vel ex d Auguſtino Homo debet ad Deum ordinari ſecundum Diuinarum Perſonarum appropriationem, hinc per primum pręceptũ reuereri præcipimur primi principij unitatem, quæ appropriatur Patri, Tum ſecundo ueritа-

c S. Th. 1. 2. q. 100. a. 1.
d q. 140 ſuper Exod.

ueritatem, quæ appropriatur Filio, & tertio bonitatem, quæ Spiritui ſancto. Vel denique quia ad Deum poteſt eſse triplex conuerſio, corde, ore, & opere. Debebat & ſecundo loco homo benè ordinari erga proximum, idque uel ratione gratitudinis, undè emerſit præceptum de Parentibus honorandis, uel ratione non inferendi nocumentum Siuè Opere, idque tripliciter, uel in propria perſona, & datum eſt quintum Ne occidas, uel in perſona coniuncta quantum ad ſobolis procreationem, & datum eſt ſextum Non mœchaberis, uel in bonis, & datum eſt ſeptimum Non furaberis; Siuè Ore, quod prohibetur octauo Non falſum teſtimonium dixeris; Siuè corde, quod prohibetur nono, & decimo duplicis prohibitione concupiſcentiæ.

Humanæ leges tantum iuſtitiam reſpiciunt, at Decalogus omnem virtutem.

Notandum ſexto, Humanas leges, quia hominem tantum reſpectu communitatis ordinant, ſolius iuſtitię actus reſpicere, ita ut & reliquarum uirtutum actus, ut iuſtitię tantum rationem aſſumunt, iubeant. Contra uerò Decalogus, cum hominem etiam ad Deum ordinet, *a* omnem continet perfectionem, & nedum intellectuales, ſed & morales uirtutes pręſcribit; ordinatque non minus internas, quam externas actiones.

a Sap. 8.

Idem virtutis actus perfectius a Decalogo, quam ab alijs legibus præſcribitur.

Notandum ſeptimo, Superari cæteras leges à Decalogo, qui pręcepta perfectoria pręſcribit etiam circa eandem materiam, u. g. Primo pręcepto uniuerſim maleficia, & incantationes prohibentur, quibus tamen uti licet *b* per leges imperiales cōtra grandines & uentos; prohibetur in ſecundo omne periurium, & uanum iuramentum, *c* at humanis legibus permittitur in pęna ſanguinis accuſatorem corrumpere; ſimiliter per eaſdem uxorem adulteram, uel filiam fornicantem perimere, permittitur meretricium, tolerantur vſuræ, nec interdicitur contrahentibus inuicem ſe decipere, &c. quæ omnia in decalogo prohibentur.

b l. Eorum C. de malefic.
c l. fi. ff. de præuaric.

Ratio diſtinctionis noni præcepti a decimo.

Notandum octauo, Rectè concupiſcentiam carnalem, bonorūque externorum duplici præcepto fuiſſe vetitam, *d* cum actus per obiecta diſtingui debeant.

d 10. Ethi. c. 3.

Tranſgreſſio Decal. quando excuſet a mort.

Notandum nono, Tranſgreſſionem cōtra Decalogum eſſe mortale peccatum, *e* niſi obſtet defectus deliberationis, paruitas materiæ, vel defectus pleni uſus iudicij.

e Nau. Manua. c. 11. nu. 4.

Decalogus impleri poteſt quoad ſubſtantiam actus ſine charitate, non quoad modum.

f Notandum decimo, Satis eſse ad Decalogi obſeruantiam, ſi pręcepta quoad ſubſtantiam actus obſeruentur, licet deſit modus, ideſt fiant ſine charitate, (quod oberit tamen ne ex obſeruantia ſequatur meritum) vndè ſatis erit non occidere, quamuis ab homicidio non abſtineam ex charitate.

f Sot. 2. Iuſtit. qu. 3. ar. 10.

DE

DE PRIMO PRAECEPTO Decalogi,

Non habebis Deos alienos coram Me.

De cultu Dei, & Sanctorum. *Caput III.*

Actuũ humanorũ fũdamentum Religio. Religionis cultus cur Deo debeatur.

PRIMVM in moralibus fundamentum eſt recta circa finem intentio, cumque Deus ſit vltimus humanę voluntatis finis, iurè ante omnia iacere oportuit Religionis fundamentum, quo Deum debitè coleremus.

1 *a* Debetur autem D. O. huiuſmodi cultus,
2 primo ex eius eminentiſſima conditione. ſe-
3 cundo ex beneficentia in creaturas, *b* ipſo e-
4 nim manum aperiente, omnia impleta ſunt bonitate. *c* tertio ex
præmij magnitudine, nempe cœlorum gloria. quarto ex pacto
cum eo inito baptiſmo, abrenuntiando Dæmoni, & pompis
eius.

a S.Th. opuſc. 4. de decē præceptis.
b Pſ. 144.
c Mat. 22. Ioan. 6.
d S.Th. 22. q. 103. a. 1. ad 2.

Quid Adoratio. Vt ſpectet ad Iuſtitiã. Requirit actum Intellectus, & voluntatis. Diuitur in internã & externam.

Cultus Religionis idem eſt, ac adoratio, quæ definitur, *d* Actus honorandi alium, ſeque illi tanquam ſuperiori, & excellentiori ſubmittendo, ſpectatque ad Iuſtitiam, prout Iuſtitiæ nomine cõpræhenduntur virtutes omnes, quæ ad alterũ ordinantur, ſic enim & Pietas, & Obſeruantia, & Religio erunt partes poteſtatiuæ Iuſtitiæ; *e* Et licet Adoratio ſupponat actũ intellectus, alterius excellentiam cognoſcentis, verè tamen perficitur per practicam, & vlontariam animi demiſſionem; *f* Alioquin & dæmones credunt, ſed non adorant.

Eſt autem Adoratio duplex, alia interna in actibus mentis, & voluntatis conſiſtens, quo ſenſu aiebat *g* Auguſt. Chriſtianam religionem maximè conſiſtere in fide, ſpe, & charitate; alia externa, verſans in actibus exterioribus, cuiuſmodi ſunt genuflexio, manuum eleuatio, &c. & eſt quaſi actus imperatus ad interna, aliàs non eſſet adoratio, ſed irriſio.

e Suar. 3. p. diſp. 51. ſect. 1.
f Iacob 2.
g In Enchirid. c. 3. & 6. & 12. Trinit. ca. 14.
h Synod 7 act. 3. 4. 6. & 7.

Eſt ẽt multiplex rõne multiplicis excellentia.

h Et ſicut excellentia, ratione cuius debetur adoratio, multiplex eſt, ita & adoratio, ideoq; increatæ excellentiæ debetur Latria, creatæ, generatim Dulia, nam adhuc ſi in illa ſit ſanctitas ſingulari ratione excellens, ei debebitur Hyperdulia.

Demum Adoratio diuiditur in abſolutam, quæ ſcilicet alicui

debetur

debetur propter intrinſecam excellentiam,& huiuſmodi eſt tantum res intellectualis,& reſpectiuam,quę eſt per habitudinem ad aliud,& ſic adorabiles ſunt etiam res inferioris ordinis. Vt autem quæ cuique adorationis ſpecies debeatur innoteſcat.

Abſolutè debetur ſubſtantiæ intellectuali, reſpectiua etiã aliis rebus. Cultus Latria cur ſoli Deo.

a S. Tho. 2,2. q. 81. ar.1.ad.3

a Dicendum primo, Cultus Latriæ ſoli Deo debetur. Ratio quia dominium, & ſeruitus ſunt relatiua, cumque in Deo ſit ſpecialis dominij ratio,debet & in nobis correſpondere ſpecialis ratio ſeruitutis; Et licet, in Deo ſit Bonitas,& Veritas, cæteraque attributa,actus tamen Latriæ ei debetur præſertim ratione Maieſtatis, per quam ſpecialiter intelligimus ſupremum ipſius dominiũ in nos,& hinc eſt,quod cum in tribus perſonis maieſtas,ſit indiuiſa,vna,eadamque omnibus Latria debeatur, vndè & *b* Abraham tres vidit,& vnum adorauit.

b Geneſis 18.

Christo quatenus Deus debetur Latria.

Dicendum ſecundo,Chriſtus quatenus Deus, ſeu hic homo Chriſtus,in diuina,& humana natura ſubſiſtens eadem Latria colendus eſt,qua tota Trinitas, & ſingulæ diuinæ perſonæ, hinc *c* Thomas Chriſtum adorans dicebat,Dominus meus,& Deus meus. & *d* Chriſtus de ſe ipſo, Vt omnes honorificent Filium,ſicut honorificant Patrem.

c Ioan.20.

d Ioan.15.

Imo,& Humanitati ob eſſe perſonale Verbi.

Dicẽdum tertio, Humanitas Chriſti vt diuinitati coniuncta, etiam Latria adoranda eſt,vt contra Neſtorium definiere *e* Concilia. *f* Ratio,quia humanitas ſortitur idem perſonale Verbi,quare & illi debebitur eadem adoratio; *g* Hinc & Chriſti corpus in triduo ſepulchri,& anima dum fuit in Limbo, quia adhuc erant perſonaliter vnita Verbo,eadem Latria adoranda erant.

e Epheſin. cano. 8.& in 5.Synodo collatio.8. can. 9.

f Scholaſtici in 3 diſtinct.9. S.Th.3.p. q.25.ar.1.

g Damaſc. 3. fid. orthod.c. 8

B.Virg. cultus debeatur hyperdulia

Dicendum quarto, *h* Beata Virgo excellentiori modo adoranda eſt,quam cæteri Sancti; idque *i* Primo, ob ſingularem gratiæ, & ſanctitatis prærogatiuam. Secundo,ob Dei maternitatem;hinc enim ſpetiale quoddam ius,& dominium habet in creaturas,idq; tum propter affinitatem,& coniunctionem cum Deo, *l* tum quia ſingulari modo ad noſtram redemptionem cooperata eſt; Non tamen adoranda eſt tanquam Deum, *m* vt malè Collyridiani Hæretici.

h Synod.7 act.46. Trid. ſeſſ. 25.de reliquijs.

i Athanaſ. ſermo. de Deipara.

l Ruper.l. 13.in Ioa.

m Epiph. her.78.

Angelis, & Beatis debetur Dulia.

n Dicendum quinto,Sancti Angeli,& Beati adorandi ſunt adoratione Duliæ & in neceſſitatibus inuocandi, *o* nam & ipſi pro nobis intercedent.

Imagines Christi, & Sanctorum adoranda. Et quomodo.

Dicendum ſexto,Imagines Chriſti, Beatæ Virginis,& Sanctorum adorandæ ſunt,patet ex ſcripturis, *p* nam in templo erãt duo Cherubin, qui à populo adorabantur, *q* & ſi ſcabellum pedum Domini præcipimur adorare, cur non & imagines amicorum eius? *r* non quidem in ſe ipſis, ſed in ordine ad prototypum hinc verſus.

Effigiem Chriſti cum cernis,pronus adora;
Non tamen effigiem,ſed quod deſignat honora.

Et hoc

n Nicen.2 act.6.

Trid.loc.cit. *o* Tob.12. Zacch.1.Dan.10.Pſal.90.Apocalypſ.5.& 8. *p* Exod.25.3.Reg.6. *q* Pſ.98. *r* 7. Synod. act.3.

Et hoc quidem, non quod ſacris imaginibus honor non debeatur, ſed quia ratio adorationis in prototypo fundata, & terminata eſt.

De ſuperſtitione, & Idolatria, quibus primum Decalogi præceptum violatur. Cap. IIII.

a S.Th. 2. 2.q.92. ar. 1.& 2.

Superſtitio cultus indebitus, idq. vel Falſitate.

VERO Dei cultui aduerſatur. Primo, Superſtitio, quæ definitur a Vitium reddens Deo cultum indebitum, idque dupliciter. primo, ſi ſit falſus; vt ſi quis nunc Deo offerret veteris legis ſacrificia, quæ, olim vera erãt, vt potè futuram Christi mortem prænuntiantia, nunc falſa; Vel ſi ex intẽne alterius aliqua, quæ ſunt contra ei⁹ intentionẽ diuino cultui miſceantur, vt ſi quis ex perſona Eccleſiæ diuino officio profanas miſceret antiphonas, hoc enim eſſet potius mentem noſtram à Deo alienare, b & vello Deum coniungere cum Belial, c quod attentantes filij Aron ab igne deuorati ſunt. Secundo, ex ſuperfluitate, cum aliqua fiũt ſingularitatis ſtudio, quæ nec ad deuotionem excitandam, nec ad diuinam pertinent gloriam. Vtriuſq; cultus indebiti deformitas colligitur ex illo, d Spiritus eſt Deus, & eos qui adorãt, eũ oportet adorare in ſpiritu, & veritate. Si enim eſt ſuperfluus, nõ erit ad ſpiritualem fructum, & ſi falſus, non erit in veritate.

b Caiet. 2. 2.q.91.ar. 1.& 2.
c Leuit. 10
d Ioan. 4.

vel Superfluitate.

Falſitas in diuino cultu quot modis.
Publice

Poteſt autem eſſe cultus falſus etiam ſi vero Deo tribuatur, ad ſit tamen vel falſa ſignificatio, vel falſarie tribuatur, idque contingit publicè, nedum cum ſacramenta contra Eccleſiæ ritum celebrantur, e ſed etiam cum quis falſa miracula prædicat, falſaſq; reliquias pro veris ſuponit, neque pia intentio excuſabit, cũ non deceat Prædicatores perſonam Eccleſiæ ſuſtinentes mentiri, quare erit peccatum mortale.

e arg. cap. quicunq. 26.q.5.

Priuatim.

f Si autem cultus ſit falſatius in particulari, vt ſi v.g. quis orationem dominicam ita recitet vt nolit inde fructum etiam in alios redundare ſecluſo contemptu Eccleſiaſticæ diſciplinæ, erit tantum peccatum veniale, idemque dicendum erit de cultu ſuperfluo particulari, præſertim ſi fiat bono animo, vt ferè ſemper.

f Valẽ. to. 3. diſp. 6. q.10.puncto 2.

Idolatria prima falſi cultus ſpes.

Cultus falſo Deo exhibiti prima ſpecies eſt Idolatria (ſumimus autem Idolatriam non impropriè pro quocunque receſſu à Deo, quomodo g Apoſtolus, auaritiam appellat Idolorum ſeruitutem,

g Ephes.

ſed

a Alenſ.p 2. qu.158. m.1.S Th. 2.2. q. 91. a.1.ad.3. ſed propriè.) Hæc definitur, *a* Cultus quo diuinus honor tribuitur creaturæ, tanquam Deo, quare ad Idolatriam duo requiruntur, & diuinum cultum exhiberi creaturæ, & illi exhiberi tanquã Deo, primumque ſe habet vt materiale ſecundum vt formale, & reus erit Idolatriæ, ſaltem indirectè, qui etiam ſi metu, aut alia cauſa exhiberet extrinſecus creaturæ, quæ non niſi Deo conueniunt, modò tamen vt alij elicere poſſint eum talia facere ad conciliandam creaturæ diuinam exiſtimationem; Hinc deducitur. Duo ad Idolatriam neceſſaria. 1 Corollar.

b 3.Th ar. 3.a.1 1. *b* Primo, Hiſtriones in theatris falſos Deorum ritus ſacrificijs aut inuocatione imitantes, non eſſe Idolatras, cum id conſtet fieri ad perſonarum tantum, quæ introducunt, decorem ſeruandum. 2.Corollar.

c Trid.ſeſ. 13. can. 6. *c* Secundo, In Euchariſtiæ adoratione nullam admitti, vt hæretici obijciunt, Idolatriam, cum in ea non panis, aut vini ſubſtantia, quæ nulla eſt, ſed Chriſtus, verus ſcilicet Deus, & homo, per ſe adoretur, & non niſi per accidens reſultet adoratio in ſpecies ſacramentales. 3.Corollar.

d Augu. 8. Ciuit. ca. 27. & lib. 20.contra Fauſ.c. 21. Tertio, Cultum Sanctis exhibitum non eſſe Idolatriam, cum ſit longe inferioris ordinis a diuino, eos quippe oramus, vt pro nobis ad Deum, communem ſcilicet dominum ſuffragentur; *d* Nec templa, ſacrificia, & ferias Sanctis dicamus, ſed in his peculiarem Sanctorum venerationem agimus, eorum ſanctitatem laudando, eorumque opem apud Dominum implorando: ſic & vota non e Aug. 10. Ciuit.c.4. Sanctis, ſed Deo nuncupamus, aut certè Sanctos in teſtes, & adiutores circa votorum obſeruãtiam requirimus, quamuis etiam dũ Sanctis vota fierent, non eſſet, diuinum cultum ad eos transferre, ſed ſe illis, vt ſolet homo homini, obſtringere; *e* Idem dicendum f S.Th.2.2 q.103.a.3 & 4. de adorationib. extrinſecis, vt eſt, genuflexio, &c. quæ nec ex propria natura, nec ex vſu ita diuinæ ſunt, vt nequeant ad creaturam transferri, *f* per ipſas non niſi exiſtimationem creaturæ conuenientem inducimus, quæ dicitur obſeruantia, cum tamen cultus Deo proprius ſpectet ad Religionem.

Quarto, Non eſſe Idolatriam ſacras imagines venerari, cum nec eis diuinus cultus tribuatur, nec ſecundum ſe colantur, ſed in ordine ad prototypa. Similiter ſacræ reliquię tantum Dulia adorantur, cum ſint corpora, aut corporum partes, aut ad corpora ſpectantia eorum, qui fuerunt templum Spiritus ſancti. 4.Corollar.

g Exo.20. Deut.5. h 1. Regũ 15. Eſt autem Idolatria peccatum grauiſſimum, cum & grauiſſimis comminationibus eam *g* Scripturæ inſectentur, *h* piaculi cuiuſque grauitas tunc maximè in eiſdem exaggerata cenſeatur, cum ſimilis dicitur Idolatriæ, & demum patet à ſimili, cum in humanis omnium maximum ſit læſæ Maieſtatis crimen. Idolatria peccatum grauiſſimum.

Dubitatur primo An maius peccatum ſit Idolatria interior, an exterior: in eo ſcilicet, qui alioquin fidelis, directè tamen, vel ſaltem indirectè ob actus circumſtantias, velit ad creaturã diuinum honorem actu ſuo redundare. 1. Dubium.

i Augu. 6. Ciui.c.10. *i* Reſpondeo, intenſiuè eſſe maius peccatum Idolatriam exteriorem, quam interiorem. Ratio, quia in hac reperitur ignoran- Solutio.

tia,

tia, in illa verò eſt malitia, aut alius reſpectus: Extenſiuè autem grauius peccatum eſt Idolatria interior, quam exterior, cum in illa intercedat peccatum infidelitatis & ſuperſtitionis, in hac tantum ſuperſtitionis.

4. Dubium.

Dubitatur ſecundo, An Chriſtianus, ſalua integrè interiori fide, committens actum extrinſecæ Idolatriæ incurrat cenſuras Eccleſiaſticas, etiam in foro conſcientiæ.

Solutio.

a Reſpondeo negatiuè, cum talis actus non niſi materialiter ſit infidelitatis, & pœnæ ſint reſtringendæ, *b* in foro tamen exteriori cenſebitur incurriſſe.

a Sylu. v. Hæreſis 1. q 6.
b Cōt. caiet. 2 2. q. 94. a. 1.

De diuinatione, & varijs ſpeciebus quibus primum Decalogi Præceptum violatur. Cap. V.

c S. Th. 2. 2. q 95. ar. 1.

Diuinatio ſecunda ſpecies ſuperſtitionis.

SECVNDA ſuperſtitionis ſpecies eſt *c* Diuinatio, qua homo modis indebitis earum rerum ſibi cognitionem arrogat, quæ ſolius Dei eſt, nec naturali ratione poteſt acquiri, *d* vt ſecreta, cordium, *e* & futura contingentia, quæ aut à libero hominum dependent arbitrio, aut fortuito eueniunt.

d 2. Paralipom. c. 6.
e Eſai. 41.
f Num. 23 Deut. 18. Eccl. 34.
g quæſtio. 26. per tot. & l. nemo C. de maleſ.
h Augu. 2. doct. Chriſtia. c. 23.

Damnata eſt omni iure.

Huiuſmodi ſuperſtitioſa diuinatio, cum tacitè, vel expreſsè dæmonis auxilio procuretur damnata eſt *f* diuino, & *g* humano iure.

Dæmon quatione ad futurorum contingentium notitiam aliquando pertingat.

h Poteſt autem Dæmon ad futurorum contingentium notitiam pertingere.

Primo, ex ſubtilitate ingenij, conijciendo ad quid noſtri inclinentur affectus.

Secundo, ex reuelatione, quam Deo permittente habet à bonis Angelis.

Tertio, ex longa eſperientia.

Querto, ex rerum naturalium exacta notitia.

Quinto, ex doloſa cautela, cum id prędicit, quod iam moliri ipſe diſpoſuit.

Indiuinōne vel ē expreſſa Dæmonū inuocatio. Vel Tacita.

i In Diuinatione, vel eſt expreſſa Dęmonum inuocatio, cum aliquid attentatur, quod non niſi ex Diaboli virtute præſtandū ſcitur, & interuenit pactum. & ſi non cum illo ipſo homine, certè cum alio, initum, à quo iſte didicit, quę molitur; vel tacita, cum quis talibus ſe implicat, vt dignus ſit (licet pręter eius intentionem) quibus Dæmon ſe ſe immiſceat.

i S. Th. 2. 2 q. 95. ar. 3. & 4. Aug. 18. Ciuit. c. 18.

Prima

Digitized by Google

Præſtigium prima diuinationis ſpecies.

Prima Diuinationis ſpeties cum expreſſa Dæmonis inuocatione dicitur Præſtigium quando ſcilicet à Dæmone, vel ſpectat tantum, vel ſi vera corpora, aliundè tamen celeriter, & occulte importata, aut à ſe facta, applicando actiua paſſiuis, hominum ſenſibus ingeruntur, *a* aut cum cauſantur apparitiones ſecundum interiores ſenſus, aur ſecundum corpoream alterationem ex vnctionibus prouenientem, *b* vt accidit Sagis, quæ ſe ad Dianę ludos per noctem ire arbitrantur, aut cum Dæmon ſe ipſum ſub diuerſis figuris ſeorſum, vel incluſum in anulis, aut phialis, repræſentat.

a Caiet. 2. 2. q. 95. ar. 3.
b Aug. lib. de ſpû, & au. c. 28.
c Caiet. 2. 2. q. 95. a. 6

2. Species.

c Secunda, dicitur Diuinatio per ſomniũ, quæ ex eo vaniſſima dignoſcitur, quod ſomnium nec cum certa cauſa, nec cum certo effectu habeat connexionem, cum & ab interna humorum intemperie, & à continente aere, & ab impreſſione cœleſtis corporis, & à phantaſmatibus præcedentium cogitationum, & ab ipſo dæmone poſſet immitti, quod dignoſcetur, quando per ſomnium animus ad malum impellitur. Tunc autem non erit illicita huiuſmodi diuinatio cum ſomnia, uel ex cauſa naturali, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca, vel ſupernaturali, diuina ſcilicet reuelatione cõtingunt. Alioquin ſi cum aut à Dęmonib. immittuntur, pacto tacito, vel expreſſo cum eis inito, aut cum vndecunque irrepunt, iiſdem ad futurorũ contingentium certitudinem habẽdam vtimur, peccatum grauiſſimum erit.

Quando diuinatio per ſomnium nõ ſit illicita.

Necromantia.

d Alenſ p. 2. qu. 164. mem. 3.
e 1. Regũ 28.
f S. Th. q. 7. de pôt ar. 5. ad. 8
Tol. in sũma l. 4 ca. 15.
g Alen. lo. cit. m. 6. Valen. to. 3. di ſpu. 6. q 12. pũ. 2.
h Act. 16.

d Tertia, dicitur Necromantia, ideſt in mortuis diuinatio, cum adhibito ſanguine, certiſque carminibus mortui videntur reſurgere, & loqui, & docere futura. cum tamen Dæmones ſpetiem animarum aſſumant, ſicque illudant. *e* Quamuis circa Samuelis animam quę Sauli apparuit, ſit ligitimum inter Doctores, *f* aliis aſſerentibus verè Dei permiſsione reuocatam, *g* & aliis negantibus.

Diuinatio per Phythoneſſ.

Quarta, dicitur Diuinatio *h* per Pythones, cum ſcilicet Demon futura prædicit per homines fanaticos, & arreptitios, ſic dictos ab Appolline Pythio, qui primus olim diuinandi author putabatur.

Geomantia

Quinta dicitur Geomantia, per ſigna in corporibus terreſtribus apparentia, ut ligno, ferro, lapide.

Hydromantia.

Sexta, Hydromantia, per figuras aqueas.

Aeromãtia

Septima, Aeromantia, per aereas.

Pyromantia

Octaua Pyromantia, per igneas.

Nona, Auſpicium, per ſigna in uiſceribus animalium Dæmoni ſacrificatorum apparentia.

i S. Th. 2. 2 q. 95 ar. 3. Med. li. 2. de rect in Dẽũ fide.

Diuinatio cum tacita Demonum inuocatione in duo quaſi genera ſubdiuiditur, quorum Primum eſt, quando ad occultorum notitiam vtimur uana, & ſuperſtitioſa diſpoſitione in rebus ipſis exiſtente, quæ tamen nullã habet ſufficientem virtutem ad res illas indicandas; Secundum, cum eadem cognitio quæritur ex diſpoſitione eorum, quæ homines conſultò faciunt.

Genethlia

Sub primo genere, *i* Prima ſpecies dicitur Genethlia, cum ex ſyderum poſitione hominum natalia inquiruntur, indicto adhibito

ad futurorum contingentium prędictionem, *a* quę nouiſſimè à Sixto V. prohibita fuit. *a Extrau. Cœli, & Terræ, &c.*

Augurium

Secunda, dicitur Augurium, ex auium aliorumquè animalium vocibus aut etiam hominum occurſu, vel ſternutatione &c. Sicut autem poſſunt animalia moueri à cauſa ſupernaturali, *b* vt coruus qui Eliam pauit, ſic & à Dęmone qui iiſdem vtitur ad hominum animos ſuperſtitioſè implicandos. Cęterum ab animalium actibus, cum ipſa, naturali ducantur inſtinctu, nihil vetat, effectus quoſdam naturales prænoſci, vt pluuias, & tempeſtates. *b 3. Regũ. 17.*

Auſpiciũ

Tertia, dicitur Auſpicium motum auium, & volatum attendens.

Quarta, Omen petitum, ex verbis temere ab homine prolatis.

Quinta, Chiromantia verſans circa manuum lineamenta, ſicut Spatulamantia, quæ circa brutorum ſpatulas. *b S. Th. lo. cit.*

b Ad ſecundum genus reuocantur duæ ſpecies, altera quæ, conſiderat punctorum protractionem ſerio factam; altera, quæ ſortes adhibet, ac proinde dicitur ſortilegium, ſitque, vel taxillorum emiſſione, vel ſignorum reſultantia in plumbo liquefacto, & in aquam proiecto, &c. Hic verò

Sortes in rebus tantum humanis locum habent. Idque tripliciter. Sors diuiſoria. Zacharias Acham. Sors conſultoria. Sors diuinatoria.

c Notãdum, primo, Sortes propriè dici quando aliquid ſeriò fit ab homine, vt inde occulta inoteſcant: habentque tantum locũ in rebus humanis: quæ cum trifariam ſe habeant, ſcilicet vt à nobis habeãtur, vt habitis vti poſſimus, & vt futurus euentus circa earumdem vſum præſciatur, ita triplex conſurgit ſortium genus Primum dicitur diuiſorium, quando per ſortes inquiritur, quid cuique dandum ſit, ſiue ſit honor, vt in *d* Zaccharia qui ſorte exijt vt incenſum poneret, ſiue pæna, ut in *e* Acham, qui de anathemate ſurripiens, ſorte punitus eſt, ſiue poſſeſſio, ſiue actio obeunda, &c. Secundũ dicitur conſultorium, cum ſortes emittuntur ad dignoſcendum quid in aliquo caſu agi debeat, eſt enim loco conſilij, *f* ita dies, & menſis Iudæorum internitioni ſorte conſtitutus eſt. Tertium, dicitur diuinatorium, ad dignoſcendos euentus, de ſinitque inquiſitio occulti excedentis humanam induſtriam per aliquod à nobis factum. *c S. Anto. p. 2. tit. 12. S Th. opu. ſc. 25. d Luc. 1. e Ioſue 7. f Heſter 3*

Notandum ſecundo, hoc tertium genus ferè ſemper eſſe peccatum mortale, cum ferè ſemper Dæmon in eo tacitè inuocetur, ſecus quando ex rationabili cauſa ſortes emitterentur ad diuinam illuſtrationem recipiendam, ſicque comprehenſi ſunt *g* Ionas, & *h* Ionathas. Similiter & conſultorium peccatum eſt cum cõſiliũ à Dæmone expectatur, *i* vt fecit Rex Babylonis. *g Ion. 1. h 1. Reg. 14 i Ezec. 21.*

Ionas Ionathas

Quando & quo ad Deũ recurrere per ſortes liciũ ſit.

l Ad Deum verò pro conſilio habendo per ſortes requirere, licitum eſt Primo, quando ad id neceſsitas cogit, nihil aliunde humana induſtria ſuffragante, aliàs eſſet tentare Deum. Secundo, etiam occurrente neceſsitate, fiat cum reuerentia. Tertio, fiat modo proportionato, id eſt, ne diuina oracula ad terrena negotia transferantur. *l S. Th. op. 25. Toler. ſum. l. 4. c. 15. m S. Aug. ep. 108. ad Honorat.*

Sic & ſors diuiſoria licita erit, *m* Primo, cum aliter humanæ

contra-

contradictiones ſedari nequeunt. Secundo, modò ne in huiuſmodi ſortium diuiſoriarum vſu committatur iniuſtitia, ſiue includendo ex æquo qui diſpar ius habent. Tertio, ne fiat in electionibus Eccleſiaſticis. *a* Nec obſtat Matthiæ electio, tum quia *b* priuilegi ſingularia legem communem non faciũt, tum etiam quod ſecuta fuerit ante Pentecoſten, quando adhuc iuxtà legis conſuetudinẽ licitum erat ſummum Sacerdotem ſortem eligere. *Quæ ad licitũ ſortis diuiſoria vſũ requirãtur.*

a Act. 1.
b reg. cap. hinc eſt, § quod priuilegium, 16. q. 1.

Et rurſus in ſecularibus electionibus caueatur & ne promiſcuè inepti cum idoneis miſceantur, & ne cum damno publico, vel priuato fiant. *Quid in ſecula ib electionib. ſorte faciẽdum.*

c Semper ergo Diuinatio peccatum mortale erit, cum ſit per expreſſam Dæmonis inuocationem, cum ſit nedum contra Religionem, ſed etiam contra charitatem, ſub ſpeciali ratione, quatenus cum hoſte propriæ ſalutis agimus, cum verò ſit per tacitam aliquando excuſatur à mortali ob ignorantiam, modò ne ſit craſſa, & rurſus ob materiæ leuitatem, vel ſi iocosè, & non ex ſuperſtitioſo animo, quod tale attentetur. *Diuinatio eſt p. m. & quando.*

c Alenſ. p. 2. q. 165. m. 5.

De vana obſeruantia, & maleficio, quibus quis primum Decalogi Præceptum tranſgreditur. Cap. VI.

Vana obſeruantia.

TERTIA ſuperſtitionis ſpecies eſt vana obſeruantia, qua per media inutilia, & vana, commoditates, variæque corporum immutationes procurantur, vt ſanitas vitæ, diuturnitas, ſcientia, aut his contraria, *d* diuiditurque in explicitam, quando ſcilicet, ad effectus, Dæmonis virtutem non excedentes, Dæmon ipſe explicitè inuocatur, & implicitam, quando qui huiuſmodi vanis medijs vtitur, ignorat intercedere Dæmonis opem.

d Valẽ to. 3. diſpu. 6. q. 13. p. n. 1.

Inter vanæ obſeruantiæ ſpecies. *e* Prima dicitur Ars notoria, qua quis per orationes quaſdam, & ieiunia, adhibitis præterea nonnullarũ inſpectionibus figurarum, verborumque ignotorum prolationibus, non quidem tanquam cauſis, ſed ſignis, expectat abſque alia induſtria, vel labore, ſcientię infuſionem: Cum ergo hæc includat tacitum cum Dæmone commercium eſt peccatum mortale, præterquam quod eſt etiam inefficax, cum ſolius Dei ſit ſcientiam infundere. *Prima ſpecies. Ars notoria.*

e Medina tum. lib. 1. c. 14. § 2.

2 *Obſeruãtia ſanitatum.*

a Secunda dicitur obſeruantia Sanitatum, cum ſcilicet ſanitas aliæque corporum immutationes per media aut naturalia, ſed in ſufficientia, ut artificialia, vt imagines, & characteres, quæ adhibentur vt ſigna ad pacta ſignificanda, quæ cum dæmone initia ſunt, cum aliàs neque ex ſe, neque virtute aliunde communicata poſſint eſſe principium talium operationum. *a* Val. loc. cit.

3 *Obſeruãtia futurorum euentuum.*

Tertia dicitur Obſeruantia futurorum euentum, cum ſcilicet eos ex rebus impertinentibus, & fortuitò occurſantibus conijcere quis ſatagit, *b* vt ſi iunctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit. *b* Auguſt. 2. doctrin Chriſt. c. 20.

4 *Obſeruantia reliquiarum, & breuium.*

c Quarta dicitur Obſeruantia reliquiarum, geſtãdo breuia, & orationes. Vt autem omnis ſuperſtitio in his euitetur, *d* Cauendũ Primo, ne in ijs aliquid contineatur contra Scripturas, vel Eccleſiæ, authoritatem, & conſuetudinem. Secundo, ne quid in eis ſit ad dæmonis inuocationem pertinens. Tertio, ne nomen aliquod ignotum contineatur. Quarto, ne ſimiliter adſint characteres, excepto crucis ſigno. Quinto, ne ſpes habeatur in modo ſcribendi, aut ligandi, *e* aut aliquo alio, quod ad diuinam reuerentiam non ſpectet. Huc refertur ſuperſtitio de anulo ad filium alligato, qui ſacrorum prolatione verborum moueri perhibetur, quærit enim & diabolus ſacris verbis ſuperſtitioſè honorari, & Caietan. teſtatur nullum fuiſſe apud ſe ſecutum effectum, ex eo, quod ante proteſtatus ſit, ſe nullo modo actionem, ad Dæmonem dirigere *c* S. Th. 2. 2. q. 96. *d* chriſoſ. homil. 24. ſup. Matt. *e* c. non licet 26. q. 5.

Quæ cauenda in ijs ne ſuperſtitio irrepat.

Aliquæ conſuetudines, quãdo a ſuperſtitione excuſent.

f Hinc etiam colligitur, aliquas conſuetudines excuſari à peccato, ſi fiant ex deuotione, nullumque ſequatur ſcandalum, vt quod iumẽtum nouies circa templum Sancti Antonij circumducatur, aut fiat anulus ex primo nummo in Paraſceue oblato, &c. eſſet autem peccatum credendo maiorem virtutem ineſſe his rebus eò quod fiant tali tempore, vel modo, &c. Sexto, requiritur ne in huiuſmodi breuibus prænotetur alicuius rei certa promiſſio, vt quod reuelabitur hora mortis, non morietur in peccato, infundetur ſcientia &c. Deus enim nullis verbis infallibilem temporalem effectum, repromiſit, & Demon huiuſmodi ſecuritate homines ad periculum pertahit, vt in peccato moriantur, Euangelium autem & Sanctorum reliquias portare ad deuotionem excitandam, & diuinum auxilium promerendum, licitum eſt. *f* Caiet. 2. 2. q. 96. a. 4

Dæmonis aſtutia.

Quid Maleficium.

Ad uanas obſeruantias reducitur etiam Maleficiũ, quod à diabolo per hominem, vel inſtãte homine, vel infertur mediante ſigno pacti expreſſi, vel taciti, ſignumque illud dicitur Maleficium, vt imago cerea acubus transfixa. *g* Exo. 22. *h* l. nemo, l. multi, c. de Malef. & Mathemat.

Dari Maleficos. primo ex authoritate Secundo ratione.

Dari Maleficos probatur. *g* Primo, Authoritate, nam & Scriptura, dicit; *h* Maleficos non patieris viuere, & Iure ciuili pœna etiam mortis plecti iubentur.

i Secundo, Ratione, Quæ à Maleficis fiunt non poſſunt procedere à cauſis naturalibus, ergo à Dæmone. Conſequentia patet. Antecedens probatur. Primo, quæ Malefici applicant ad ſuos effectus, nullam habent cum eiſdem efficientiæ connexionem, vt quod ſcopa aqua inſperſæ prouocent pluuiam, &c. Secundo, in *i* Prierius l. 2. de ſtrigima. c. 1. Spine qu. de ſtrig. c. 18. Malleus maleſi. p. 2. & 3.

effectibus

effectibus naturalibus requiritur ſaltē virtualis contactus,quo actiua paſſiuis applicētur in propria ſphæra,ſed humana virtus nō poteſt pertingere ad mediā aeris regionē, quæ eſt ſphæra in qua tonitrua,& tempeſtates excitantur ,ergo cum malefici huiuſmodi operantur Dæmonis interuenit opera. Tertio,cum momēto tēporis ad loca remotiſſima transferantur,videantque in phialis eorum ſpecies qui longè poſiti aliquid perpetrant,quis non iudicet Dęmonis operantis ad eſſe concurſum?

a c.Epi. 26 q.5. b Clemens Rom.l. 6. Cōſt. c. 9. Arnob. Epiph. Cyr. c Sylu. v. Maleficiū. q.8. d S. Th.1. p. q.64.

Soluitur obiectio ex Cōcil. Ancir.

Nec obſtat canon a Conc. Ancir. iubentis doceri hæc quæ de mulierculis enarrantur,portari ſcilicet cum Diana,&c.eſſe fabuloſa,& ſolum perfici in phantaſia. Nam Primo Reſpondetur,nō negari aliquando eſſe illuſionem,cum tamē adhuc negari neque at eſſe veriſſimam aſportationem,vt conſtat de b Simone Mago, & ſi conceditur poſſe à bonis Angelis portari homines,vt Scripturæ teſtantur de Abacuch ad Danielem, cur Dæmoni denegabitur? Secundo Reſpondetur,can.non reperiri in Conc. Ancir.& faciunt pro hoc quæ in Decretali nouiter correcto ante dictum cap. iuſſu Gregorij XIII.annotantur.c Tertio Reſpondetur,velle Concilium ne credantur aſportationes iſtæ cum illis circumſtātijs,vt quod Diana ſit verà Dea,quod iter illud ſuper beſtias emetiantur,&c.

Dæmonis potentia.

Neque mirum ſit Dæmones talia poſſe,d cum in ipſis virtus naturalis,quæ ingens eſt,integra etiam poſt peccatum remanſerit , cognoſcantque etiam in particulari rerum omnium efficientiam poſſint actiua paſſiuis applicare,eiſque corpora inferiora,ſaluo, naturæ ordine,obediant quoad motum localem.

Quid poſſit Dæmō in hominis phātaſiam.

Licet autem non poſſit Demon in hominis phantaſia nouā producere ſpeciem,ita vt cecus a natiuitate colorem imagineтur,poteſt tamen quas ſemel ab obiectis homo excepit,Dæmon trā ſmutare,diuidere , componere , ſicque phantaſię offerre , nedum in ſomnis,ſed etiam in vigilijs,cum & id præſtari etiam poſſit à cauſis naturalibus,vt patet in phreneticis,quibus apparere uidentur armati homines,&c.

e Iob. 1.

Sanitatem Bona. Famam.

e Poteſt rurſus Dæmon inducere in hominem omnes morbos, inducibiles per cauſas naturales,& ſimiliter eidem nocere in bonis , & in ſ famā ſiue obloquendo in ipſam , humana forma aſſumpta, ſiue fingendo caſus, in quibus aliquis delinquere videatur.

f Alē. p.2. q.165 m. 6.

Aſſumit dæmon & cooperatores.

Cæterū quamuis tot modis poſſit per ſeipſum Dæmō nocere , f vult tamen vt plurimum & homines perditos ad hominum dāna cooperatores aſſumere,ex quo etiam colligitur quare Demon modò in uirum,modò in mulierem transformetur,fiatq; incubus & ſuccubus.

g Malleus malef. p.2. q.1.9.

Quidam transformationibus maleficorum.

g Circa transformationem Maleficorum in beſtijs ,licèt hæc multoties de ſuorie,& tantum ſola imaginatione contingat, negari tamen non poteſt quin aliquando non fiat ſecundum realem & extrinſecam apparentiam; Quin & alios ipſi transformant eodem modo, Dæmonis ſemper ſuffulti auxilio.

Digitized by Google

Quid de prodigioſo vomitu.

a Hinc rurſus intelligitur, quid ſentiendum de his, quæ in prodigioſo maleficiatorum vomitu apparent, nam vel poteſt in ijs aliquando eſſe illuſio, vel potuerunt à demone inferri in ſtomachũ, & in eductione celerrimè diuidi, & iterum reuniri.

a Philiar. l.3.c.8. Surius in vita S. Petri Epi Tarātaſij.

Qua ratione tam mira à Damone cauſentur.

Colligitur etiam à dæmonibus cauſari varias aeris immutatiõnes, applicando actiua paſſiuis, itemque torqueri, uel ſanari homines per malificia, quatenus dum hęc ab Incantatoribus exercentur, Dæmon interim ex pacto tacito, vel expreſſo per ſe ipſum huiuſmodi effectus, procurat, odiumque, & amorem conciliare ea imaginationi repręſentando, quæ nociua, uel proficua fore animaduertit. Rurſus videntur Dæmones, futura prædicere, vel quia ex hominum affectibus, & conſilijs callidiſſimè quæ futura ſunt, conijciunt, vel quia quę in remotiſſimis partibus iameuenerunt, ſumma, qua pollent, celeritate ad nos deferentes, vt futura pręnuntiant.

Cur potiſſimũ, et quot modis maleficia circa carnalẽ copulam verſant.

Colligitur etiam quanta ſit b Maleficiorum poteſtas circa carnalem copulam, in quo eò magis à Deo permittitur, quò per eam in nos originale peccatum transfunditur. Poteſt autem Dæmon primo, impedire ne coniuges inuicem appropinquet. ſecundo, infrigidando virilia. tertio, reddendo coniuges mutuò exoſos per phantaſiæ turbationem.

b S. Thad dit. 3. p. q. 58. a. 2.

Quid Maleficium.

Colligitur demum, c Maleficium eſſe opus, cõmunem hominum facultatem excedens Diaboli opera, & libero voluntatis humanę conſenſu pręſtitum, pacto interueniente tacito, vel expreſſo eiuſdem hominis cum Diabolo.

c Valē. to. 3. di ſpu. 6. q. 13. pun. 4.

Ad quos effectus.

d Maleficia fiunt primo ad occulta, & longè poſita dignoſcenda. ſecundo, ad mala inferenda. tertio, ad procurandas ſanitates quarto, ad pręſtigioſas apparitiones. quinto, ad effectus hominum iuditio impoſſibiles.

d Sylue. v. Maleficiũ q. 5.

Vnde dignoſcatur Maleficus.

Maleficus cognoſci poteſt, primo, ex propria confeſſione. ſecundo, ex aliorum teſtimonio. tertio, ex eiuſdem chirographis; aut ſtigmatibus. quarto, ex maleficijs apud eum repertis, vt ſunt figuræ, nodi, &c. quinto, ex frequenti Demonum inuocatione. ſexto, ex effectu, malefico inſecuto ad eius comminationem.

e Toler. l. 4. c. 16.

Quæ à Maleficis cõfeſſarius debeat inquirere.

e Inquirat Confeſſarius à Malefico. primo, an intercesserit pactum cum Dæmone, ſecundo, an in pacto inuoluatur hæreſis, idque an ignoranter, nam tunc excuſabitur, modò admonitus, reſipiſcat. tertio, an in maleficio abuſus fuerit rebus ſacris, crediderítque in eis, vim eſſe ad huiuſmodi nefario effectus; idque an ex deprauata, & pertinaci opinione, vt ſupra; nam tunc eſſet hæreticus. quarto, quale damnum ex maleficio intulerit. His conſtitutis.

Nõ licet vti maleficijs, ẽt in re graui, quamuis vltro exhibitis.

Dubitatur primo, An liceat pro re graui, & publico, bono, Maleficiorum ex ſe paratorum opera vti.

f Sylu. loc. cit. q. 8.

f Reſpondeo negatiuè. Probatur primo, Quia Maleficium eſt intrinſecè malum, ergo petendo quis, efficitur cooperator in peccato.

Probatur ſecundo, Recurrens ad Maleficium pręuaricatur

Primo,

Digitized by Google

Primo, Legem Naturalem cum, reuerētiam, & fidelitatem ab ea proprio Domino (Deo ſcilicet) preſcriptā, non ſeruet, ſed transferat ad eius inimicum Diabolum. *a* Secūdo, Diuinam, qua cautum eſt, declinantem ad Magos interfici *b* Tertio, Canonicam, inhibentem etiam acceſſum ad domum Maleficorum. *c* Quarto, Ciuilem, ſecundum quam eiuſmodi deportantur, & bonis priuātur, & Diuinator gladio vltore feriri iubetur.

a Leuit. 20 *b* c. nō obſeruātis, 26 q. 7. *c* l. nullus l. nemo, l. culpa. C. de Maleſ. & Mathe. *d* 4. d. l. 24 q. 2. *e* v. Superſtitio. § 13

Probatur tertio, quia cōtraria opinio omnibus meleficijs vim aperit; cum ſemper, & vbique Malefici parati ſint ſua maleficia exercere.

Obijcitur ex Aureolo, & Angelo.

Contrarium docuerunt *d* Aureolus & *e* Angelus Probant. Licitum eſt vti malo alterius ad bonum ſummum, ergo & maleficio Antecedens probatur, licitè enim vtimur iuramento infidelis, quem tamen ſcimus iuraturum per falſos Deos, licitumque eſt à parato fœnerari, accipere ſub vſuris.

Soluitur.

Reſpondeo, Antecedens intelligi quando malum, quod quis paratus eſt facere, fieri adhuc poteſt benè, ita vt quod peruersè fiat hoc ex malitia facientis proueniat, & conſequenter peccatum non imputatur petenti opus, ſed facienti; Nam & Idolatra poteſt per verum Deum iurare, & mutuans poteſt non exigere vſuras, Maleficium autem eſt intrinſecè malum, nec niſi cum peccato exerceri poteſt.

Maleficium vtpote intrīſece malum non niſi in a le exercetur

Nec obſtat, quòd Maleficus paratus ſit, quia adhuc niſi tu peteres, ille hoc particulare maleficium non patraret; Simile eſt in meretrice, quę licet parata ſit ad fornicationem, adhuc tamen nō fornicaretur, niſi quis peteret; Cum ergo hæc, & ſimilia ſint intrinſecè mala, nedum peccant qui ea faciunt, ſed qui conſentiunt & inducunt.

Non licet maleficium maleficio diſſoluere. Sed actionibus naturalibus. Et ſupernaturalibus.

Dubitatur ſecundo, An liceat petere à Maleficis, ut maleficium maleficio diſſoluant. *f* Affirmant Angelus, & Aureolus; *g* Negat communis, quæ vera eſt. Ratio quæ ſupra. Nulla enim ratione poteſt maleficium, cum ſit intrinſecè malum, fieri abſque peccato: Secus cum maleficij diſſolutio non in maleficio, ſed in phiſica actione conſiſtit, quæ malefica non ſit, & à quouis fieri queat, vt eſt confractio laquei, aut figurę, aut ligaturę, hæc enim, etiā pecunia data, poſſunt à Maleficis requiri, cum hoc non ſit maleficium facere, ſed diſſoluere, non quidem alio maleficio, ſed naturali actione; Sicut ad eorumdem diſſolutionem vtillimum eſt vti aqua luſtrali, exorciſmis, & orationibus.

f loco cit. *g* Sco 4. d. 34. verſic. hoc. 1. §. & ex hoc Sylu. Tabie. Nau. &c

De Peccatis in ſpetiali, quibus Primum Decalogi Præceptum violatur. Cap. VII.

Idolatra.

PRIMO, Contra hoc præceptum peccãt mortaliter *a* Idolatræ, Diuinum honorem Dæmoni, vel creaturæ tribuentes, etiam ſolo cultu exteriori.

a S. Th. 2. 2. q. 94 ar. 1. & 2. non licet. 26. q. 5.

Ponẽtes profana ſimulachra in locis ſacris.

Secundo, Ponentes gentium Idola etiã ornatus, & ſpectaculi cauſa in locis ſacris; præſerim ſi eorum intuitus ad turpitudinem prouocaret. Qualitas autem huius peccati ex circumſtãtijs penſanda eſt: Quin poſsent huiuſmodi imagines adeò eſſe laſciuæ ut etiam apud ſe eas retinere, pecatum mortale foret ratione prouocationis ad malum, *b* Quod etiam dicendum eſt de literis capillis, alijsque donarijs earum, quæ inhoneſtè amantur, dum cauſant eundem effectum.

b Philiar. de off. ſac. p. 2. l. 3. ca. 9.

Quot modis circa ſacras imagines peccari poſſit.

Tertio, Depingentes ſacras Imagines ſic, vt in eis aliquid falſum, aut apocriphum repreſentetur, præſertim ſi in Sanctorum iniuriam vergat. Item ſi depingantur in locis inhoneſtis, aut nimis laſciue, adeo vt potius ad turpitudinem, quam ad deuotionẽ excitent animum, aut ſub effigie mulierum, que amantur. Item ſi nimis negligẽter aſſeruentur In ſupradictis caſibus grauitas peccati etiam ex circumſtantijs penſanda eſt, aliquando enim non erit mortale.

Et ſacras reliquias.

c Quarto, Qui ſacras Reliquias irreuerenter tractat, aut gerit, aut aliquid ſuperſtitioſum cũ illis admiſcet. Item ſi eas ſurripuerit, etiam vt honorificentius reponat, niſi forte eſſent apud Infideles. Item ſi eas vere venales exponeret, eſſet autem Symonia, pecunia autem, quæ pro huiuſmodi re daretur Infidelibus, *d* non eſſet cauſa emptionis, ſed vt ab iniuſtis poſſeſſoribus redimentur. *e* Item qui Reliquias Sanctorum perpetuæ ſepulturę traditas de loco ad locum ſine Papę, vel Ordinarij authoritate tansferret. Item qui Reliquias nouas ſine prædictorum licentia publicè veneratur, aut antiquas quidem, nouiter autem repertas, ſine eadem licentia exponit.

c S. Th. 2. 2. q. 96. ar. 4. ad 3.
d Panor. in c. cũ ex eo, de Reliq & venerat.
e c. corpora, de conſecr. d. 1.
f S. Th. 2. 2. q. 95. ar. 1. & 2.

Aſtrologiã iudiciariã exercẽtes.

Quinto, Peccant mortaliter, qui effectus à libero arbitrio dependentes per diuinationes audent prædicere. *f* Eſſet autem veniale ex actus imperfectione, vel ignorantia, vel leuitate, præ-

ſertim

a c. non licet 26. q. 5. Extr. Cæli, & terræ Sixti V. *b Nauar. in Man. c. 11. n. 33.* *c c. sed & illud, 26. q. 7.* *d Caiet. v. Augurium.* *e c. Sortilegi 26. q. 1.* *f Philiarc. de off. sac. p. 2. l. 3. c. 12.* *g Sebastia. Med. sum. capit. 11 2. q. 36. §. 15.* *h Tabie v. Maleficiũ.* *i Syluest. v. Superstitio, n. 7.* *l Matt. 22.* *m Nauar. Manc. 11. n. 41.* *n S. Th. 2. 2 q. 97.*

ſertim ſi nulla intercedat tacita, vel expreſſa Dæmonis inuocatio.

a Sexto, Qui ex aſtrorum poſitura euentus liberos certò prædicunt. Item qui pro vxore ducenda, conſtruenda domo, &c. ſtellas obſeruant, ſecus ſi hæc obſeruatio fit ad Medicinam exercendam, vel Nauigationem, vel Agriculturam. *In quib' licita ſit.*

b Septimo, Dantes fidem ſomnis ad futura prænoſcenda; Et eſt mortale, quoties propter illa omittuntur quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, aut ſequitur notabile damnum proximi, aut ſe exponit ſuperſtitioni. *Dierum obſeruatores auguriorum.*

c Octauo, Qui certa die, vt in Kalendis Ianuarij, quaſi pro bono augurio, aliquid donant, vel faciunt; aut ex occurſu, vel vocibus animalium credunt ſibi aliquid boni, vel mali euenturum, *d* Eritque mortale, ſi hęc pro lege futurorum operum habeantur, ſi autem ſint in coniectura, & ſuſpitione, erit veniale.

e Nono, Qui ſortibus diuinatorijs, aut conſultorijs indebitè vtuntur, cum hæ Dæmonum pacto implicito, vel explicito innitantur. *Sortilegi.*

Decimo, Peccant mortaliter qui faciunt incantationes, vel fieri procurant ad quęcumque finem: & eo grauius, ſi rebus ſacris abutantur. Percontari autem *f* Zingaros ex loco, & curioſitate, non eſſet mortale, niſi ratione ſcandali. *Incantatores.*

g Vndecimo, Qui ex Phyſionomia certo prędicere audent effectus à libera hominum voluntate dependentes, vt honores, infortunia, &c. *Phyſognomici quãdo peccent.*

h Duodecimo, Facientes, vel procurantes fieri maleficia, quocunque prætextu. *Malefici.*

i Decimotertio, Portantes breuia ſuperſtitioſa. *Superſtitioſi. Tẽtãtes Deum.*

Decimoquarto, Tentantes Deum, Siuè Explicitè, vt cum quis dubitans de re aliqua, vult experiri ſapientiam, vel potentiam vel pietatem Dei, & eſt mortale, quando deliberatè, & conſultò fit. vt Phariſæi dicentes, *l* Volumus à te ſignum videre. Siue Implicitè, cum etſi credat quis Diuinam perfectionem, ea tamen facit, quę non niſi ad illã experiendam referuntur, *m* vt ſi quis concionetur nulla præuia diſpoſitione, ſecum reputans per internam inſpirationũ ſubſidia ſibi à Deo præſtitum iri. Similiter ſi infirmus nollet per medicinam ſanari, ſed expectaret immediatè à Deo ſanitatem. *n* Tempore autem martyrij abſtinere à medicina non eſſet tentare Deum, quin maior exindè obſtenderetur patiendi alacritas, Vel ſi quis id faceret ad comprimendas paſſiones, aut melius Chriſti paſſionem imitandam, modò non ſe exponat periculo mortis. Sit ergo regula in hoc, Deus non tentatur quando ſubeſt cauſa, & finis rationabilis aliquid faciendi. *Tẽpore martyrij licitũ abſtinere à medicina.*

Tentatur autem Deus, Primo, cum indiſcretè humanum conſilium, aut auxilium abijcit. Secundo, per incredulitatem aliquid à Deo petendo. Tertio, cum abſque neceſſitate à Deo petuntur miracula. Quarto, præſcribendo terminum, aut modum diuino adiutorio. Quinto, requirendo experimentum de Diuinis perfectionibus, Sexto, volendo Deum capere in ſermone. *Quot modis Deus tentetur.*

Cum

Digitized by Google

Tētare Deū ex ſuo genere eſt mortale.

1. Corollar.

a Caiet. 2. 2. q. 97. a. 4

b c. conſuluiſti 2. q. 5. & ca. 3. de purga. vulg.

c c. Sæpe, 2. q. 5. reuocatū m. in cap. ex tuarum, de purg. vulg.

2. Corollar.

Præceptū iudiciale legis vet. de purgatione ſuſpitionis adulterij abrogatum.

d Num. 5.

Cum ergo hoc tentare Deum contineat manifestè diuinæ excellentiæ deſpectum, erit peccatum mortale. *a* Ob actus autem imperfectionem, vel defectum deliberationis, vel in primis motibus erit tantum veniale.

Ex dictis infertur *b* iurè prohiberi purgationē illam ab obiecto crimine per ſumptionem aquæ feruentis, vel ingreſſum in clibanum accenſum, &c. poteſt enim innocentia probari aliter per teſtes iuramenta, & alia media ordinaria.

Et ſimiliter iure reuocatum eſſe *c* modū, quo Abbas monachos de furto ſuſpectos purgare iubebatur, cum præbendo ſingulis ſacramentum dicebat, Corpus Domini ſit tibi ad probationem &c. Nam Reus vel debebat ſe infammare abſtinendo, vel peccare cōmunicando.

Nec obſtat quod in lege veteri ſuſpitio adulterij *d* per aquas amaras purgabatur; id enim illi ſtatui congruebat; Sed hoc præceptum in lege veteri, vtpotè iuditiali, ceſſauit, reſque tranſigenda eſt iure humano, & ordinario.

Explicit Liber Quartus.

LIBER

LIBER QVINTVS DE SECVNDO DECALOGI PRÆCEPTO

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

DE IVRAMENTO ſecundum ſe, quidnam ſit, & vnde dicatur. Cap. I.

a S. Th. 2. 2. qu. 122. a. 3. *b* Aragon. 2. 2. q. 89. ar. 1. *c* Aug. ſer. 28. de verbis Domini. *d* S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 1. *e* Authent. Sacramenta puberum, Cod.

Iuramentum alias Iuſiurandum vnde dictum.

VERO Deo ad colendum per primum præceptum ſuſcepto, iubemur hoc ſecundo & verbis, & factis eundem honorare, *a* quod primò fit debite iurando.

Dicitur & ſacramentum.

Iuramentum, ſeu (vt olim) Ius iurandum à iure deductum eſt; *b* Vel quia per ipſum ius veritatis Deo redditur. *c* Vel quia iure introductum eſt, vt facta hominum diuino teſtimonio confirmentur; *d* Vel quia non minus ac ipſum ius id quod iuratur firmum redditur.

Solet etiam appellari *e* Sacramentum, *f* vnde & milites iurare ſoliti

ſi aduerſus venditorem. *ff.* de re milit.

ſoliti, Sacramentarij dicebantur: id que merito, *a* cum ſit actus Religionis & Latriæ.

Quo deſinia tur proba bitu. Et pro actu.

Iuramentum pro Habitu ipſo, *b* eſt alicuius rei affirmatio, vel negatio, adducendo Deum, quantum in ſe eſt, in teſtem, tanquam in fallibilem veritatem.

Pro Actu vero iurandi *c* eſt Deum veritatis teſtem inuocare, vt res morales certam inde confirmationem acquirant, cum aliàs humanum teſtimonium fallax eſse poſſit, ſiue ex malitia voluntatis aliter aſſerentis quàm ſentiat, ſiue ex defectu intellectus non valentis ſe in occulta cordium inſinuare. Ex his infertur.

1. Corollar.

Primum, Nullum dictum eſſe iuramentum, quod diuini teſtimonij tacitè, vel expreſsè non ſit inuocatione firmatum, etiamſi vſurpentur illæ particulæ, Certiſſimè In veritate; &c. Quod ſi quis diceret Deus ſcit, vel coram Deo loquor, eſset iuramentum, ſi huiuſmodi verba proferret inuocatiuè, ſic enim intenderet Deum teſtem inuocare vt illud Pauli, *d* Ecce coram Deo, quia non mentior. & illud Petri, *e* Tu ſcis Domine quia amo te, Secus ſi enunciatiuè, per modum ſcilicet enarrationis tunc enim tantum quis intenderet, quod ea quæ dicit à Deo ſciuntur. *f* Et quidem in foro conſcientiæ ſtandum eſt intentioni proferentis, in iuditiali verò, reſpiciendũ ad communem audientium intellectum. *g* Inuocatur Deus expreſsè dicendo per Chriſtum, per Sanctiſſimam Trinitatem, facio Deum teſtem, &c. Tacitè verò dicendo, viuit Deus vel Cum iuratur per creaturas, quatenus in eis relucet Deus, Vel per Euangelium, quatenus diuinam continet veritatem, & quò creaturæ eminentiori modo ad Deum appropinquant, eò iuramentum eſt maius.

Quo Deus tacite, vel expreſſe inuocetur.

Verbũ Iuro non eſt neceſſ. in iuramento. Iuram. non habet certam formulam.

Infertur ſecundo, ad Iuramenti eſſentiam non neceſsariò requiri verbum Iuro, cum & in *h* Scripturis, & in *i* ſacris Canonibus varij iurandi modi reperiantur ſine illo.

Verba non ſunt neceſſaria in iuramento.

Infertur tertio, nullam certam verborum formulam, vel actionem præſcriptam eſse in iuramento; cum Dei inuocatio in teſtem veritatis diuerſimodè fieri poſſit.

Quando ex[tendatur] iuramentum.

Infertur quarto. Errasse eos, qui voluerũt verba eſse neceſsaria in iuramento; *m* Deus enim mentis inſpector eſt. Confirmatur, *n* Nam nec in matrimonio ad contrahentium conſenſum exprimendum, verba ſunt neceſsaria.

Nec obſtat cap. peruen. de iureiurand. in eo etiam tantum aſſeritur, iuramentum ſemel præſtitum non poſse extendi ad alium caſum ex ui iuramenti; niſi adſit nouus conſenſus, & intentio iurandi.

Infertur quinto, *o* quod ubi iuramẽtum, & eius extenſio ſuper eandem rem contingunt, promiſſio ſub iuramento præſtita extendit etiam ad tempus prorogatum, Aliter, prorogantionem concedens, ſibi præiudicaret, quod non præſumitur. Hinc ſi quis promiſit ſub iuramento, ſe intra decem dies ſoluturum centum, ſi terminus à creditore prorogetur, nec adhuc ſoluerit intra terminum, periurus erit. Idemque dicendum de ſententia excommunica-

a S. Th. 1. cit. nu 4. Deuter. 6 Pſam. 62.
b Scholaſtici in 3. diſtinct. 36.
c Sot. 8 iuſtit. qu. 1. ar. 1.
d Hebr. 6.
e Ioan. 21.
f Caiet. 2. 2 qu. 89. a. 1.
g Tol. li. 4. c. 20.
h Num. 21. Ierem. 4. Rom. 1.
i c. nõ eſt, 22. q. 1. c. & ſi Chriſtus, de iureiuran.
l Panorm. in rub. de iureiur.
m ca. ſi qd inueniſti, 14. qu. 5. c. erubeſcant. diſt. 32.
n Conarr. epit. de ſponſ. p. 2. c. 4.
o Felin. c. 1. de iureiur. col. 1.

muunicationis; Nam ſi contingat prorogari, ad huc exacta prorogatione incurritur.

Nec obſtat cap. vlt. de iureiur. ibi enim agebatur de extenſione iuramenti ad rem diſtinctam, nempè ad ſtatuta tunc temporis nō dum edita; Quare nil mirum ſi Pontifex doceat, clericum non teneri ex vi prioris iuramenti, niſi ad obſeruantiam eorum ſtatutorum, quæ tunc extabant.

Aliquando neceſſe eſt fieri iuramentũ ſuper re corporali.

Infertur ſexto, *a* quod licet non ſit neceſſarium fieri iuramentum ſuper aliqua re ſacra, cum ſatis ſit Deum in teſtem adducere; aliquando tamen tum ad maiorem hominibus terrorem incutiendum, *b* tum vt eò magis pœnalis euadat tranſgreſſio iuramenti, quò pluribus fuerit ſolemnitatibus celebratum, vtile erit, vt qui iurat, ſacras tangat reliquias, vel Euágelia, &c. Preterquam quod ad iuris effectum, neceſſarium eſt iuramentum exhiberi corporaliter, *c* iuxta locorum conſuetudinem; Et ſic, licet Epiſcopis, & Sacerdotibus ratione propriæ conſecrationis *d* ſatis ſit, dum iurant, proprium pectus tangere; In cauſis tamen grauibus, & iure expreſſis. *e* adhuc iurare tenentur tactis Euangelijs.

Iurans per fidem ſuã præſumitur intelligere fidem humanam.

Infertur ſeptimo, *f* quòd iurans per fidem ſuam præſumitur intelligere politicam, & humanam; ac proindè cum non adducatur Deus in teſtem, non eſt iuramentum; Sicque conciliantur Doctores. *g* Nec rurſus differentia ſumenda eſt ex particulis In, & Per quaſi dicendo Per conſcientiam, ſit iuramentum, non autẽ dicendo In conſcientia, ſed inſpici debet quæ fides, quæ conſcientia in teſtem aduocetur, an Humana, an Diuina; *h* Et ſi iurans nihil diſtinguat, præſumitur intellexiſſe de Humana.

Quando iurare per creaturas ſit iuramentum.

Infertur octauo, eſſe iuramentum iurare per creaturas, in quibus diuinum aliquid, aut ſacrum ineſt, vt per crucem, per Euangelium, &c. *i* tunc enim ſaltem tacitè, & mediatè Deus in teſtem adducitur. Idemque contingit quando iuratur per creaturas non ſacras, ſi adſit vel intentione relatio implicitè ad Deum, vel explicitè in obliquo apponatur Dei nomen, dicendo verbi gratia per aerem Dei; vel ſi creaturæ peculiari ratione Dei memoriam excitent, vt cœlum, *l* eſt enim thronus Dei, ſic verè iuratur per habitum Religioſum eandem ob rationem.

a Panor. c. vlt. n. 3. de iuram. calum.
b S. Augu. epi. 54. ad Publicolã c. Monetę 22. q. 1.
c Panor. in ca. Fraternitatis. de teſtib.
d arg. cap. vlt. de iur. calumn. &
e c. teſtium §. Eps, 11. q. 1.
f Inno. in ca. ad aures, quod met' cauſa.
g Syluæ. v. iurare, 1. q. 5.
h Sũ. cor. p. 3. tract. de iur. nobiliũ dub. 3.
i Sot. 8. iuſtit. q. 1. a. 1.
l Matt. 5.

De

De iuramenti diuiſione, ſeu quotuplex ſit. Caput II.

Iuramentum non niſi materialiter diuidi poteſt in Iuditiale Extraiuditiale.

QVIA Iuramenti eſſentia in diuina atteſtatione conſiſtit, ideo Formaliter diſtingui non poteſt, Materialiter autem,

Diuiditur primo in Iuditiale, & Extraiuditiale. *a* Iuditiale, vel eſt de amouenda calumniæ ſuſpitione, cum quis iurat ſe litem intentione, vel ad intentatam reſpondere bona fide, non animo calumniandi; vel eſt ad ſupplendam probationem, teſtium numero requiſito, vel idoneitate deficiente, & dicitur, tum Neceſſarium, *b* quia cum à legitimo Iudice datur, recuſari nequit; tum Deciſorium, quia ad litis deciſionem præſtatur; quo ſenſu aiebat Apoſtolus, *c* Iuramentum omnis controuerſiæ finem eſſe.

a l. 2. C. de iura. calumn.

b c. fin. de iureiur.

c Hebr. 6.

Vel per ſimplicem atteſtationem. Vel execratorium.

Extraiuditiale, vel eſt promiſſorium, vt Faciam hoc per Deum, vel Aſſertorium, vt Per Deum Ioannes hoc fecit. Et vtrumque, vel fit per ſimplicem atteſtationem, vt in exemplis datis; vel per execrationem, vt Si falſa loquor, Deum vltorem inuoco, vnde paſſim in ſcripturis habetur, hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, &c.

Dubitatur autem, an periurus execrando duo committat peccata; alterum periurij, alterum maledictionis. *d* Reſpondeo, Periurij tantum; cum execratio apponatur tantum animo inducendi Deum in teſtem, nec quiſpiam ſibi ex animo malum precetur. *e* Cum ergo actus agentium non extendatur vltra eorum intentionem, tantum periurij reatum incurrit.

d Caiet. 2. 2. q. 98. ar. 1 Nauar. Man. c. 12. nu. 1.

e arg. c. ad audientiã. de decim.

Digitized by Google

De iuramenti vſu, & quibus modis licitus ſit, vel illicitus.
Caput III.

a Deut. 6.

Iuramenti vſus licitus eſt.

Probatur ex Scrip. & ratione.

DVBITATVR primo, An iuramenti vſus per ſe ſit bonu', & licitus.

Reſpondeo affirmatiuè, & eſt de fide.

Probatur primo ex Scriptura dicente, *a* Per nomen illius iurabis &c.

b 1. Poſter. *c* Gen. 22. Ezech. 16. Pſ. 109. *d* Chriſoſto. homil. 11. in ep. ad Hebr. *e* Rom. 1. Corint. 2. philipp. 1. *f* cap. 10. *g* Matt. 5. *h* Aug. 19. cont. Fauſtum c. 23.

Secundo probatur ratione, Actus Latriæ eſt licitus, iuramentum eſt actus Latriæ, ergo eſt licitus. Maior patet. Minor probatur. Per ipſum enim profitemur, Deum eſse primam, & infallibilem veritatem, cum nihil tam quam certum, & verum confirmari poſſit, niſi per id, quod certius & verius, iuxtà regulam *b* poſterioriſticam, Propter quod vnumquodque tale & illud magis.

3. ab exemplo.

Tertio probatur exemplo, Nam & *c* Deus in lege veteri paſſim iurauit, dicens, per memetipſum, &c. *d* & in nouo Teſtamento quoties dixit Amen, iuraſse intelligitur. *e* Et Paulus ſępè vſus eſt iuramento. *f* Et in Apocalypſi inducitur Angelus iurare.

Qui contrarium ſenſerint.

Contrarium ſenſere Manichæi, Fraticelli, Valdenſes, Anabatiſtę, & Vuiclefani.

Soluitur prima obiectio.

Probatur primo, ex Chriſti ſententia. *g* Ego autem dico vobis non iurare omnino.

h Reſpondeo, Chriſtum ibi tantum prohibuiſse facilitatem, & temeritatem iurandi, ne exinde in periurium incidatur. Et quidē volebat ibi duos refellere Iudæorum errores, alterum, quod iurare per creaturas non eſse iuramentum, alterum, quod ſolum periurium eſset peccatum, ideoque licitum fore paſſim, & pro nulla, vel leuiſſima cauſa iurare. Hinc ad primum errorem refellendū dicebat, non iurandum per cœlum, &c. ſignificans iuramentum fieri poſse etiam per creaturas. Ad refellendum verò ſecundum, dicebat, non iurādum omnino, ideſt ſine rationabili cauſa, Quædam enim prohibentur quia in ſe mala ſunt, vt furtum, &c. quædam vero, quia ſi frequenter, & paſſim vſurpentur, ad malum inducunt, vt vini potus, vtpotè ad libidinem prouocans, & iuramenti facilitas ad periurium diſponens, quod intellexit Eccleſiaſtes dicens, *i* Vir multum iurans implebitur iniquitate.

i cap. 23.

Soluitur ſecunda obiectio.

Secundo obijcitur. Illicitum eſt rem ſuperioris ordinis ad in

feriorvm

Digitized by Google

feriorem referre;ſed Deus eſt omnium eminentiſſimus, ergo non licet illum in controuerſiarum deciſionem teſtem aſſerre.

a Reſpondeo,Et hanc ipſam veritatis confirmationem per Dei nomen procuratam, in Dei reuerentiam ordinari. Sic & Chriſti Incarnatio,licet proximè in remiſſionem peccati, & Gratia Diuina ad hominis naturam ſananda ordinatę ſint, vtique tandem in Dei gloriam referuntur,Et dictis.

1. Corollar. Quando iuramentũ ſit ſub præcepto.

Infertur primo,Nedum eſſe licitum iuramentum,ſed de eo eſſe naturale, & diuinum præceptum omnibus commune,cum recta ratio ad ipſum inducit. Hinc Magiſtratus habet ius illud petẽdi à ſubditis, quando neceſſarium eſt ad detegenda, coercendaque ſcelera, Et qui tunc non iuraret, eſſet duplicis præcepti reus, obedientiæ ſcilicet, & Religionis. Imo & aliquando tenetur quis etiam non requiſitus iuſiurandum offerre, vt verbi gratia pro inſonte à morte liberando, aut magno Reipublicæ bono, ita vt non iurando peccaret. *b* Demum nedum neceſſitas, ſed vtilitas, licitum faciet iuramentum.

2. Corollar. Iuramentum eſt bonum ex ſuppoſitione.

Infertur ſecundo, Iuramentum non eſſe de numero bonorum per ſe,& ſimpliciter appetibilium cuiuſmodi ſunt actus fidei,ſpei charitatis,orationis, &c. ſed eorum, quæ ad ſubueniendum alicui defectui ordinantur, cuiuſmodi eſt pœnitentia, quæ non eſt bona, & neceſſaria, niſi ſuppoſito peccato; Et ita iuramentum bonum eſt, & neceſſarium in ſtatu naturæ lapſæ ad fidem ſcilicet in rebus dubijs,& grauibus confirmandam: cum aliàs in ſtatu innocentię minimè eò fuiſſet opus.

3. Corollar. Iurandi frequentia periculoſa, & mala.

Infertur tertio, *c* Quod vt non expedit ſumere medicinas ſine neceſſitate, imo quo efficaciores ſunt, eò pernicioſiores euadunt corpori,ſi gratis applicentur: ita & iuramentum erit execrabile, ſi nulla ad ipſum neceſſitate, vel vtilitate adigamur. Hinc iurandi conſuetudinem reprehendit Scriptura dicens, Iurationi non aſſueſcat os tuum,multi enim caſus in illa.

Quæ ſint conditiones, ad licite iurandum.

Dubitatur ſecundo, Quænam ſint conditiones,quibus Iuramentum reddatur bonum,& licitum.

d Reſpondeo,contineri his verſibus.

> Sit Iusiurandum licitum,diſcerne,notato
> Quis,cui,quod,per quod,ad quid,cur,quomodo,quando.

QVIS, denotat perſonam iurantis,& poteſt eius ratio haberi tum reſpectu e Dei,cuius teſtimonium inducitur,tum ex parte hominis,cuius dictum iuramentum confirmatur.

Furioſi, & impuberes inhabiles ad iurandum. Impuberes, doli capaces vltro ſe offe-

Primo modo interdicitur iuramentum furioſis,nec non *f* & impuberis,maſculis quidem ante annum quartumdecimum, fœminis ante duodecimum; cum enim careant perfecto rationis vſu,non poſſunt præſtare iuramentum cum debita Dei reuerentia.

Licet autem in iuditio Minores ad iurandum cogi non poſſint, ſi tamen ad id ſe vltro brulerint, recipi poterunt, modò digno-

ſcantur

a ex S.Th. 2.2.q.98 ar.4.ad 1.

b A enſ. 3. p.q1.31.m. 2.2.4.

c S.Th.2.2. q.89.a.5.

d De his conditionibus glo. in c.1. 22. q 4.Gabr. 3.d.39.q. vn. art. 3. dub.1.&c.

e S.Th. lo. cit. ar. 10.

f c.paruuli, & cap. pueri. 22. q.5.

Digitized by Google

ſcantur doli capaces, ſicque communiter conciliantur Doctores.

Extra iudicium autem poſſunt minores tam aſſertoriè, quam promiſſoriè iurare; eruntque periuri ſi iuramento non ſtabunt, modò ſint doli capaces; *a* Et in promiſſorio poterunt conueniri in iuditio, ſi tamen à patre, *b* ſtatim ac illud nouit, ac potuit, non fuerit irritatum.

Rurſus ex defectu debitæ reuerentiæ, repellũtur *c* periuri, etiã ſi ſe offerant ad iurandum, Et ratio differentiæ inter hos, & impuberes eſt, quia iſtos ſolus iuditii defectus reddit inhabiles, ideo quando malitia ſupplet ætatem, iurare volentes admittuntur, periuros autem proprium vitium, & delictũ repellit, *d* & quia ſemel mali, ideo ſemper præſumuntur mali ineodẽ genere, ac proinde vt non exhibituri debitam Deo reuerentiam reijciuntur. Hoc autem intelligendum de publicè periuro, hoc eſt, qui vel in iuditio conuictus ſit periurij, *e* vel cum iuramentum (etiam extraiuditiale) fuit euidens quantum ad verba, deliberationem, & factum, tunc enim ratione ſcandali, deliberationis, & grauitatis rei iuramentum cenſetur publicum.

Ex parte vero hominis, cuius dictum iuramento confirmatur, interdicitur *f* Clericis, Sacerdotibus, & Prælatis iurare, etiam in iuditio, ſine vrgente neceſſitate, cum ob proprium perfectionis ſtatum, non præſumantur falſum dicere, vel aliquid illicitum promittere.

g Caſus autem, in quibus eis iurare licet, ſunt ſequentes. Primus, ne defectu probationum quis lædatur, vel rem ſuã amittat. *h* Secundus, in abiuratione hæreſis, vel ſchiſmatis, promittendo ſe non amplius relapſurũ. *i* Tertius, pro obedientia Romano Pontifici exhibenda. *l* Quartus, pro pace. *m* Quintus, pro Eccleſiæ indemnitate. *n* Sextus, quando impenditur abſolutio ab excommunicatione. *o* Septimus, cum deficientibus probationibus, ſe quis purgat ab infamia. *p* Octauus, in cauſa ſpirituali iurandum eſt de veritate dicenda, & quod non ex calumnia, &c.

CVI, denotat in cuius manibus iurandum ſit, & quidem extra iuditium cuicunque iurari poteſt, In iuditio vero, non niſi, Iudici competenti, *q* vnde Clerici ſine Prælatorum licentia coram Iudice laico omnino iurare prohibentur.

QVOD, denotat iurandi cauſam, quę ſemper debet eſſe licita, & honeſta, *r* vnde ſi iuretur peccatum veniale, vel mortale, iuramentum eſt irritum, aut ſi quid contra Eccleſiæ libertatem, vel Regni diminutionem, aut in quodcunque præiudicium ſalutis animæ, vel corporis.

PER QVOD, nempè per verum Deum, ſaut etiam per creaturas, vt in eis diuina veritas relucet, *t* Et quidem vt illicitum eſt

 & bla-

tit. de iureiurand. §. quomodo cenſcatur. *ſ* Inno. in cap. & ſi Chriſtus, de iureiuran. *t* cap. ſi quis per capillum, 22. q. 1.

a arg. c. 1. de delictis pueror. *b* glo. in c. pueri cit. in ver. ſtatim. *c* Syluecſt. verb. iuramentũ, 2. q. 3. *d* arg. cap. ſemel malus, de regul. iur. in 6. *e* c. paruuli, 22 q. 5. *f* 2. q. 5. per totam. *g* Sylue. v. Iuramẽtũ 2. quæſt. 3 S. antoni. p. 2. titu. c. 3. §. 3. *h* ca. Ego Berengarius, de conſecr. d. 2. *i* c. ſignificaſti, de election. *l* c. omne, 22. q. 1. *m* arg. ca. de Syracuſanæ, d. 28 *n* c. ad reprimẽdã, de off. ordinat. *o* c. ſi quis presbyter 2. q. 5. *p* c. fi. d iura calum. *q* c. nullus 22. q. 5. *r* arg. c. 1. de re iudic. Hoſtien.

Impuberes quando ... *ſcientes, iurare poſſunt.* *Extra iuditium quando poſſunt licite iurare, & de iuramento conueniri* *Periuri, etiã vltro ſe offerentes, non admittuntur.*

Ex parte hominis interdicitur iuramentum. *Clericis* *Sacerdotib.* *Prælatis.* *Caſus in quibus iurare tenentur.*

Secunda conditio Cui.

3 Quod.

3 Per quod

Iurare per mẽbra Chriſti & Sanctorum quando blaſphemum quando veniale quando licitum.

& blaſphemũ, iurare per membra in honeſta Chriſti, vel Sanctorum, maximè ſi per huiuſmodi iurandi modum quis velit inuere aliquid non Chriſto, & Sãctis ignominioſum, & vituperabile eſſe *a* ita ſi iurretur per membra honeſta modò deſit contemptus, & conſuetudo, erit tantum veniale; Eſt enim aliqualis irreuerentia ita inter membra diſtinguere; Imò aliquando nullum erit peccatum, ſi adſint cæteri comites in iuramento requiſiti: Sed circa dicta.

a Couar. in c. quamuis, p. p. §. 1. n. 6. de pact. in 6.

Simpliciter peccat grauius iurans verum per falſos Deos, quam iurãs falsũ per verum Deũ.

Dubitatur primo, An grauius peccatum ſit iurare falſum per verum Deum, quam verum per falſum Deum.

b Reſpondeo, Simpliciter maius peccatum eſſe hoc poſterius. Probatur primo Idolatria eſt maius peccatum periurio: at hoc ſpectat ad Idolatriam, illud ad periurium, ergo &c. Maior patet, quia Idolatria euertit fidem quæ eſt totius Chriſtianitatis fundamentum; non ſic periurium Minor patet, exhibendo enim Dijs falſis diuinum honorem committitur Idolatria.

b Graff. p. 2 decil. li. 2. ca. 8. & 11.

Probatur ſecundo, Iurans falſum per verum Deum ſolum detrahit veritati diuinorum dictorum; qui autem iurat verũ per falſos Deos, detrahit ipſi diuinæ eſſentiæ, at hoc grauius peccatum eſt, & quam illud ergo &c.

Soluitur teſtimonium Auguſt.

Obijcitur *c* Sancti Auguſtini teſtimonium contrarium aſſerentis.

c Ep. 154. & refertur in cap. Mone ttẽ 22. q. 1.

Reſpondeo, ibi conſiderari grauitatem peccati in ratione veritatis, & falſitatis, non in ratione Idolatriæ.

Dubitatur ſecundò, An liceat Chriſtiano petere, & recipere iuramentum ab Idolatra, quem ſcit per falſos Deos iuraturum.

Licet Chriſtianis petere iuramentum ab idolatris ex cauſa rationabili.

d Reſpondeo affirmatiuè, modò adſit cauſa rationabilis petendi, & petens non intendat quòd Idolatra iuret per falſos Deos cum poſſit rectè per uerum Deum iuramentum exhibere. A ſimili poteſt exigi mutuum à parato dare ſub vſuras, nam petens tãtũ intendit ſibi ſubuenire, & mutuans poſſet non exigere vſuras; quare malitię dantis non petentis aſcribitur. Hinc in Scriptura *e* Iacob à Laban iuramentum exegit, & *f* Romani cum Iudęis pacẽ iuramento confirmarunt, cùm tamen hi omnes (vt potè Idolatræ) per falſos Deos iurauerint.

d S. Th. 2. 2. q. 78. ar. 4.

Probatur a ſimili.

Probatur ab exẽplo.

e Gen. 31.
f 1. Machabæor. 8.

Obijcitur primo.

Obijcitur primo, Non licet priuatæ perſonæ iuramentum exigere ab eo, quem certò nouit periuraturũ, ergo multò minus ab eo, quem certò ſcit iuraturum per falſos Deos.

Soluitur.

g Reſpondeo, negando conſequentiam, nam ex iuramento falſo nulla ad nos emanat utilitas, ex illo autẽ, quod exhibetur per falſos Deos noſtra firmantur negotia.

g S. Th. 2. 2. q. 98. a. 4.

Obijcitur ſecundo.

Obijcitur ſecundo, Exigens huiuſmodi iuramẽtum prębet occaſionem peccandi, ergo &c.

Soluitur.

Reſpondeo, Eſſe occaſionem materialiter, & cũ poſſit exhiberi per verum Deum, tantum prauè iurantis malitiæ adſcribetur.

Dubitatur tertio, An iurans per Deos falſos teneatur ad iuramenti obſeruantiam.

Reſpon-

a Alenſ. p. 3. q. 31. m. 3. a. 2. §. 1.

Iurans per Deos falſos quomodo ſpeciatur ad obſeruantiam.

a Reſpondeo affirmatiuè, non quidem ex vi Religionis ſimpliciter, cum non fuerit adductus verus Deus in teſtimonium, ſed ex vi humanæ fidelitatis, atque ex ſuppoſitione cõſcientiæ erroneę, cuius dictamen ſequi tenetur, qui credit ſe iuraſſe per verũ Deũ. Ideoque *b* Idolatra præter peccatum quod iurando per falſos Deos committit, reus etiam erit periurij, ſi falſum iuret; & ſacrilegij, ſi non adimpleat rem iuramento promiſſam.

b S. Augu. relatus in c. ecce dico 22. q. 5.

Periurus ex iuramẽto per creaturas, cẽſetur grauius peccare, quam ſi per Deũ iuraſſet.

Dubitatur quarto, An grauius peccatum ſit iurare falſum per Deum, an per creaturas.

c Scotus 3 diſt. 39. q. vn. ad 2.

c Reſpondeo, cæteris paribus, grauius peierari per Deum; ratione verò circumſtantiarum cẽſeri aliquando grauius periuriũ in creaturæ atteſtatione commiſſum. Nam qui iurat per Deum, non ſemper habet plenam deliberationem. Quæ tamen ſupponitur in iuramento creaturarum, dum intercedunt cærimoniæ tangendi Euangelia, aut ſacras reliquias.

Publice periurus eſt infamis, & irregularis.

d 1. Tim. 3.

Hinc infertur, quòd periurus iuramenti publici, & ſolemnis, quia præſumitur maturè, & conſultò iuraſſe, ideo vt fidei tranſgreſſor *d* infamis eſt, & conſequenter irregularis; ſecus qui ex leuitate, & priuatim falſum iurauit.

4. *Cõditio.* Ad quid.

e arg. c. Artaldus, 8, q. 3.

f Sum. Coro p. 3. tr. de iuram. nu. 27.

In iuramẽto aſſertorio quot modis contingat finis illicitus.

AD QVID, denotat finem, *e* qui in iuramento licitus eſſe debet: vt ad lites dirimendas, adiungenda Principum fœdera, &c. Quare ſemper vitiabitur iuramentum, ſi finis adſit illicitus. Et quidem in aſſertorio id contingit. *f* Primo, cum quis iurat falſum contra fidem: & hoc ſapit hæreſim. ſecundo, contra proximum, vt cùm iniuſtè lædat. tertio, cum vt vni proſit, lædit alterũ iniuſtè. quarto, iurando falſum, ex ſola delectatione mentiendi. quinto, vel vt alteri complaceat. ſexto, vel vt proſit. ſeptimo, etiam in cauſa ſanguinis. octauo, etiam ſi ipſe ſit inquiſitus.

Quando iuramentum promiſſoriũ ſit irritum.

Iuramentum autem promiſſorium tunc redditur illicitum, cũ quod in ſe aliàs licitum eſt, promittitur ob malum finem; vnde talis promiſſio irrita eſt, vt promittere centum ſub iuramento pro inimici interfectione.

5. *Conditio* Cur.

g arg c. ſi. de pactis, & c. adiurationum 22. q. 1.

CVR, denotat cauſam concomitantem, quæ ſi turpis ſit, iuramentum redditur illicitum, vt illud Herodis propter ſaltationem. *g* Huiuſmodi etiam ſunt ad delicti ſocietatem, vt ad coniurationes, &c.

6. *Conditio* Quomodo.

h c. Honeſtum 22. q. 5.

QVOMODO, innuit modum, quo redditur etiam irritum iuramentum: vt ſi per vim, aut metum, aut præcipitem, inconſultumque iracundiæ calorem fiat. Cumque iurare ſit actus Latriæ, *h* debet fieri cum magna reuerentia.

7 *Conditio* Quando.

i S. Th. 2. 2. q. 88. a. 10.

QVANDO, *i* exprimit tempus. Et quidem in Dominicis, & ſolemnibus diebus, nonniſi ex magna neceſſitate, & in cauſis pijs & Ecclediaſticis præſtari licet ſolemne iuramentum.

De tribus circumſtantiis Iuramenti, Virtute, Iuſtitia, & Iuditio; & de peccatis ex earum defectu commiſſis. Cap. IV.

Iuramenti comites. Iuſtitia, Iudiciū, & veritas.

a S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 3. Caieta. & Arag. ibi. Nau. Manual. c. 12. n. 3 Sot. 8. iuſt. q. 1. a. 3. Alenſis, Anton. Couar.

b Ierem. 4.

AD licitum iuramentum *a* tres comites; ſeu circunſtantias requiri, nempe iuditium ex parte iurantis, Iuſtitiā ex parte cauſæ, & Veritatem ex parte rei probatur Primo, ex Scriptura dicēte, *b* Iurabis, viuit Dominus in Veritate, in Iuditio, & in iuſtitia, &c. Secūdo, ratione, per iuramentum enim inducitur Deus in teſtimonium, ergo non temerè, ſed cum Iuditij diſcretione. Et rurſus cum Iuſtitia, & Veritate, cum & ipſe ſit ſumma Veritas, & Iuſtitia.

Quid Veritas in iuramento.

Et quidem VERITAS hic ſumitur pro animi conformitate cum exteriori ſermone, ita vt quod quis iurat, pro certo habeat eſſe verum. Et hanc veritatis conditionem requiri patet ex fine iuramenti, qui eſt humanæ veritatis confirmatio.

Aſſertorio.

In iuramento aſſertorio hæc mentis concordia cum ſermone exteriori, conſiſtit, vt quod aſſeritur verum ſit, quod negatur, falſum, ſaltem ſecundum rationabilem iurantis exiſtimantionem.

Promiſſorio

In promiſſorio autem requiritur & cōcordia promiſſionis cum animo faciendi ſuo tempore quod promittitur, & concordia promiſſionis cū effectu futuro, hoc eſt vt iurans exiſtimet & effectū promiſſum adimpleri poſſe, & de facto illum adimpleat, modò ne interim circumſtantiæ ita mutentur, vt promiſſionis adimpletio vergat in Dei offenſam.

Quid iudicium, quæue ad illud.

Per IVDITIVM inſinuatur, ne temerè, ſed conſultò iuremus, pro quo requiritur Primo, ne res ex ſe perſpicuas, vel ad diſciplinas attinentes, vel quæ ratione ſuadēri poſſunt, iuramento firmentur. Secundo, vt iuraturus ſecum prius reputet quomodo res ſe habeat. Tertio, ne ad iurandum. paſſione aliqua, ſed neceſſitate adigatur.

Quid Iuſtitia.

IVSTITIA inuit Rei, quę iuratur debitum, & honeſtatem, & quidem in promiſſorio hæc requiritur tum ex parte actus iurandi, ne ſcilicet per ipſum proximo noceamus, tum ex parte rei, ne res iniuſta cum iuramento promittatur.

In aſſertorio autem tantum requiritur ex parte actus iurandi, ſeu

ſeu cauſæ, quæ ad iurandum compellit, non ex parte rei aſſertæ, cum ſæpe cogamur per iuramentum res iniuſtas detegere.

a S. Anto. p. 2. tit. 10 c. 4. Ange. v. iuramẽtum. Sylu. Tabie.

a Cum ergo iuramentum his tribus comitibus deſtitutum eſt, eorumque vice habet vel dolum, vel inconſiderationem, vel iniuſtitiã, ſemper illicitum, & peccaminoſum erit. His præaſſumptis.

Dubitatur primo, An omne iuramentum, cui aliquis prædictorum comitum deeſt, ſit periurium.

Iuramentũ cui deſit aliquis ex tribus comiti-bus eſt periurium ſed diuerſimodè.

Reſpondeo affirmatiuè, ſed diuerſimodè, & ordine quodam, nam quia eſſentia iuramenti eſt confeſſio veritatis, diuina atteſtatione firmata, ideo falſitas conſtituitur in primo gradu periurij; Iniuſtitia in ſecundo, quatenus iurans illicitum, etſi habeat animum illud faciendi, quia tamen non debet facere, conſequenter falſificat quod iurauit, demum in tertio eſt inconſideratio, quatenus ſic temerè iurans, exponit ſe periculo dicendi falſum. *b* Cum ergo ex defectu ſingulorum comitum, ſemper ſuo modo iuramentum reddatur falſum, ſemper etiam, & ſuo modo euadet periurium.

b Gabr. 3. d. 39. q. 2.

Dubitatur ſecundo, An omne periurium peccatum ſit.

Omne periurium eſt peccatũ Religioni cõtrarium.

c Sot. 8. Iuſti. q. 2. a. 4.

c Reſpondeo affirmatiuè, cũ per ipſum Deus iniuria afficiatur: cum enim quis Deum in falſis teſtem adducit, certè, aut ignorantię, aut prauę voluntatis notam illi inurit, dum aut vult eũ, quantum in ſe eſt, aliquid latere, aut falsò atteſtari.

d Dubitatur tertio, An periurium ſit grauius peccatum cæteris, quę contra proximum committuntur.

Periuriũ eſt grauius, ijs quę contra proximũ cõmittuntur.

d De periurij grauitate Gugl. Perald. sũ de vitijs & virtut. to. 2. tr. 9. p. 2. c. 4.

Reſpõdeo affirmatiuè, & quidem quod ſit grauius adulterio, & furto nemo ambigit, cum per hęc corrumpatur immediatè ordo hominis ad proximum, & per periurium, hominis immediatè ad Deum, qui ordo eſt longè dignior.

Etiam homicidio.

e S. Thom. quodlib. 1. q. 9. ar. 18.

Rurſus, quod cæteris paribus, ſit grauius homicidio, *e* Probatur Primo, quia periurium eſt contra præceptum primæ tabulæ, & conſequenter immediatè contra Deum; videturque quædam quaſi diuini nominis denegatio. Probatur Secundo, quia Iuramentum defertur etiam in cauſa homicidij, quod non fieret, ſi periurium non eſſet grauius homicidio, nam præſumi poſſet non veriturum periurium, qui iam grauius facinus commiſiſſet.

Obijcitur primo.

f Ricar. 3. d. 39. ar. 4 q. 2.

Obijcitur primo, *f* Non omnia peccata contra primam tabulam ſunt grauiora ijs, quę contra ſecundam, ergo non ex eo, quod periurium ſit contra primam tabulam, erit grauius homicidio, quod eſt contra ſecundam. Antecedens probatur, nam violatio diei feſti eſt contra primam tabulam, & tamen non eſt grauior homicidio.

Soluitur.

g Sylu. v. Periuriũ, q. 2. Sot. 8. Iuſt. qu. 2. a. 3.

g Reſpondeo, in diei feſti obſeruantia duo conſiderantur, & ipſe diuinus cultus, & temporis determinatio ad diuinum cultum. primum eſt de iure diuino, vnde qui in tota vita nunquam diuino cultui vacaret, grauius peccaret quam homicida. ſecundum eſt de iure humano, & ratione huius violatio diei feſti, non eſt grauius peccatum homicidio.

Obijcitur ſecundo.

Obijcitur ſecundo, Illud peccatum eſt grauius, quod opponitur virtuti, & actui digniori, ſed Charitas eſt virtus Latria nobilior, & Charitati opponitur Homicidium, Latriæ Periurium, ergo &c.

Soluitur

a Reſpondeo, Homicidium immediatè non opponi Charitati, ſed Iuſtitię, quæ eſt minor quam ſit Latria.

a S. Th. 2. 2. q. 64.

Obiicitur 3.

Obijcitur tertio, Grauius punitur Homicidium, quam Periurium: ſed pœna reſpondet culpæ, ergo &c.

Soluitur

Reſpondeo, Minorem veram eſſe apud Deum, quandoque enim apud homines minor culpa grauiori plectitur pœna, quando ex illa grauius nocumentum imminet Reipublicæ, &c.

Dubitatur quarto, Quando iuramentum ob defectum aliquarum circumſtantiarum ex ſupradictis, ſit peccatum mortale, vel veniale.

S. Th. 2. 2. q. 98. a. 3.

Prima Concluſio. Defectus veritatis in iuramēto ſemper eſt p m. Deliberatio vel formalis vel interpretatiua.

Dicendum primo, Iuramentum aſſertorium, cui deſit, veritas, ſiue realiter, ſiue ſecundum exiſtimationem, ex quocunque fine, etiam iocoſo, etiam ad cauendam ſibi, vel alteri mortem, etiā ad liberandum Regem, vel Rempub. ſiue ī iuditio, ſiue extra, etiam in praua materia, & ſub quacunque forma, modò ſit actio deliberata, eſt peccatum mortale.

b Deliberatio autem, & aduertentia tempore quaſi imperceptibili poteſt contingere, iuxtà ingenij promptitudinem; Et non ſemper eſt formalis, c ſed quandoque interpretatiua, quę adhuc ſatis eſt: & talis ad minus præſumitur in ſolemnibus iuramentis.

b Sco. 3. d. 39 q. 1. ar. 1. §. vt. ergo.
c Gabr. 3. d. 39. q. 2. a. 2.

d Quod ſi quis actus inhæret falſum, putans eſſe verū, ita tamen ſit diſpoſitus, quod ſi ſciret eſſe falſum, adhuc falſum iuraret, peccat mortaliter, cum eiuſmodi ignorantia ſe habeat concomitanter ad prauam eius diſpoſitionem.

d Tolet ſūma l. 4. ca. 21. not. 1.
e arg. c. Ecce dico 22 q. 5.

Eandem ob cauſam reus erit periurij iurans falſum ateſtatione rei profanæ, quam tamen exiſtimet ſacram, e etiam ſi ille cui iurat non intendat eum obligare, idque iurans neſciat.

Quando ignorantia excuſet, vel non e ſiue extra iudicium, ſiue in iudicio.

f Similiter iurās falſum ex ignorātia extraiuditialiter, ſi ad veritatem indagandam nullam adhibuit diligentiam, peccat mortaliter, ſi aliquam, tantum venialiter, ſi ſufficientem, excuſatur omnino.

f Silueſ. v. Periuriū, q. 1. §. 2.
g Ange. v. Periuriū, §. 1.

g In iuditio autem inſpici debet conſuetudo; Nam ſi iuramentum accipitur vt ſimpliciter, & certò aſſertiuum, tunc nedum peccat mortaliter iurans falſum, ſed dubium pro certo. Si verò accipiatur iuxta credulitatem, vt præſertim ſit in fauorabilibus, poteſt iurari ſecundum partem, quam quis magis probabilem arbitratur, & ſic in aſſumptione verbi gratia ad gradus prælationum iuratur de ſufficientia, dicendo, h quātum humana fragilitas noſſe ſinit. Semper tamen cauendum eſt, ne partem æquè dubiam, tanquam probabiliorem iuramento affirmet.

h c. viſico de ſcrunio in ordine fac.

Secunda concluſio. Defectus ue

i Dicendum ſecundo, Iurans ſe aliquid daturum ſiue magnum ſiue paruum, ſiue licitum, ſiue illicitum, non habens animum de præſenti adimplendi promiſſionem, peccat mortaliter. Ratio,

i S. Th. 2. 2. q. 89. a. 7.

quia

quia huiuſmodi iuramento deeſt veritas requiſita de præſenti, cō ſiſtens in conformitate ſermonis cum animo. Et in hoc eſt par ratio in iuramento aſſertorio, & promiſſorio.

Dices, promittens ſub iuramento rem illicitam, verbi gratia ſtuprum, erit perplexus. Nam ſi habeat animum adimplendi, committit peccatum ſtupri; ſi non habeat, eſt periurus.

Reſpondeo, Deſinat iurare, & ſic ceſſabit perplexitas.

Dicendum tertio, Iuramentum ex defectu iudicij non ſemper eſt peccatum mortale. Pro quo nota, huiuſmodi iudicii defectū. Primo contingere iurando ſine ſufficienti deliberatione, & indagine pro qualitate rei, quæ iuramento firmanda eſt. *a* Et tunc peccati grauitas à negligentiæ grauitate penſatur. Secundo, cum ſine cauſa iuratur, & hoc eſt veniale, modo ex iurandi conſuetudine non ſe exponat periculo peierandi.

b Iuſtæ autem cauſæ ad iurandum ſunt. *c* prima, pro fide firmanda. *d* ſecunda, pro veritate declaranda. *e* tertia, pro amicitia contrahenda. *f* quarta, pro pace ſtabilienda. *g* quinta, pro fidelitate cuſtodienda, *h* ſexta, pro ſubiectione recognoſcenda, *i* ſeptima, pro Eccleſiæ ſtatutis, & conſuetudinibus obſeruandis. *l* octaua, pro calumnia amouenda. *m* nona, pro infamia purganda.

n Dicendum quarto, Defectus Iuſtitiæ, qui tantum locum habet in iuramento promiſſorio inducit peccatum mortale, vel veniale, iuxta rei, quæ promittitur, conditionem; ex qua grauitas iniuriæ, quæ Deo irrogatur, deſumenda eſt, licet cum promittitur res prohibita ſub peccato veniali, nemo teneatur illam implere.

o Item non niſi venialiter peccat iurans ſe omiſſurum opus ſuper erogationis: vt verbi gratia ſe non ingreſſurum Religionem, &c. Quod peccet, ratio eſt, quia Deum ſine cauſa in teſtem vocat. Quod autem non niſi venialiter probatur, Grauius peccat iurans ſe facturum peccatum veniale, quam iurans ſe facturum quod omnino peccatum non eſt, quamuis eius oppoſitum ſit melius; ſed ille non peccat niſi venialiter, ergo à fortiori nec iſte.

p Dices ſaltem ex eo, quod ſic iurantes ponunt obicem Spiritui ſancto peccant mortaliter,

q Reſpondeo, Id verum eſſe ſi intendant includere etiam caſus, quibus ſub mortali tenentur facere tale opus; vnde iurans ſe non daturum eleemoſynam, vel mutuum, etiam in extrema neceſsitate, peccat mortaliter.

r Demum peccant etiam venialiter iurantes ſe facturos rem indifferentem, vt eſt vnguium reſciſsio, &c. vel etiam impoſſibilem.

Dubitatur quinto, Quando ſit peccatum non iurare iuxta mentem eius, cui præſtatur iuramentum.

Dicendum primo, *ſ* Quicunque non petitus, ſed vltro offert ſe ad iurandum, vt contingit præſertim in negotiatoribus, tenetur iurare iuxta intentionem eius, cui iurat. Ratio, quia cum nulla

H 4 cum

Left margin: *a* S. Bona. 3. d. 39. a. 1 q. 2. n. 16. *b* Alex. ab Anglia in deſtruc. vitiorū p. 4. c. 16. *c* 2. Cor. 1. *d* Deut. 19 *e* Gen 26. *f* Gen. 31. *g* 2. Reg. 5 *h* Iudic. 11 *i* Exod. 19 & 24. *l* Hebr. 6. *m* Deut. 2 *n* Na. Ma-nua. c. 12. Lopez in ſtruct. cō feſſ. p. 3. c. 42. *o* S. Th. 2. 2 q. 86 ar. 7. bo 8. iuſt. q. 2. a. 3. *p* Sylue. v. Iuramētū 2. q. 7. Catherin. apud Cauarr. in c. quāuis. p. p. §. 6. n. 7 de pactis. *q* Caiet. v Periuriū, §. 2. *r* Antoni. p. 2. tit. 10. c. 4 § 2. *ſ* Philiarc. de off. ſac. p 2 l. 3. c. 14.

Right margin: *Veritatis de præſenti in Iuramento promiſſorio op. etiā dare illicita. Soluitur dubium.* — *Defectus Iudicij non ſemper eſt p. mor.* — *Cauſa legitima ad iurandum.* — *Defectus Iuſtitiæ in Iuramēto quale peccatum inducat.* — *Iurans ſe omiſſurū opus Euangelicæ perfectionis peccat venialiter.* — *Quando in huiuſmodi iuramento ponatur obex Spūi ſancto & ſit p. mo.* — *Iurans rem indifferentem vel impoſſibilem peccat venial.* — *Quando in Iuramento vt licet*

cum neceſſitas adigat ad iurandum, debet ſine fraude iurare, & conſequenter iuxta mentem alterius & ſine æquiuocatione.

a Alen. 3. p. q. 3 1. m. 4.

Secunda cõcluſio.

a Dicendum ſecundo, Legitimè interrogatus à Iudice competenti, ideſt cum præceſſit vel fama publica, vel ſemiplena probatio, vel ſufficiens inditium, debet ſub peccato mortali reſpondere ſecundum mentem interrogantis, etiam ſi interrogatio ſit de delicto patrato ab eo, cui defertur iuramentum. Eodemque modo periurus erit, qui peſte infectus de Ciuitate infecta veniens, ſi de hoc ab aliarum Vrbium cuſtodibus ſub iuramento interrogetur, non reſpondeat ſecundum eorum mentem. *b* Secus ſi nec ipſe, nec Ciuitas vnde venit, infecta ſit, tunc enim ſatis erit ſecundum remotam Cuſtodum intentionem reſpondere; quæ eſt, an veniat de loco infecto & ipſe infectus ſit; Et non erit periurus, ſi dicat, ſe non venire de Ciuitate requiſita; quia intelligit ſe non venire de illa, vt infecta, &c.

b Nau. Manual. c. 12. n. 19.

Tertia Cõcluſio.

Dicendum tertio, Teſtis, vel Reus interrogatus à Iudice incompetenti, vel competenti quidem, ſed non iuridicè, poteſt vti æquiuocatione; & ſecundum mentem ſuam dicere Non feci, Non vidi, ſupple vt dicam tibi. *c* Multo magis Confeſſarius de auditis in cõfeſſione poterit idem facere, *d* & Mulier ſi à viro cogatur ad fatendum adulterium. Similiter Vniuerſitatum, *e* Scholaſtici *f* et Senatores, qui reuelarunt quidem de iis, quæ in comitiis, & conſiliis acta ſunt, ſed non, præiudicantia, bono publico, & ſtatutis, poterunt interogati reſpondere ſecundum mentem propriam, ſe nihil reuelaſſe, ſupple, vetitum, & præiudicans.

c Soto de teg Sur. q. 3. m. 3. cõcl. 13.
d Pedraza explic. 2. præc. p. §. 3.
e Nau. Manu. c. 12. n. 19.
f Philiarc. de off ſac. p 2. l. 3. c. 14.

Quarta cõcluſio.
Quando licita eludere petentis mẽtẽ per æquiuocationẽ.

g Dicendum quarto, Cum exigitur iuramentum à perſona priuata ob aliquem bonum finem, ſine violentia, vel non eſt iurandum vel iurari debet iuxta mentem eius, cui iuratur.

Dubitatur ſexto. An requiſitus vt aliquid det, vel accomodet, vti poſſet æquiuocatione.

g Sũ. cor. p. 3. tr de iurani. n. 17.

h Reſpondeo affirmatiuè, modò quod petitur nullo titulo debeatur petenti.

Dubitatur ſeptimo, An non adimples promiſſionem rei licitæ, etiam modicæ ſub iuramento factam, peccet mortaliter.

Semper iuramẽtũ promiſſoriũ de re licita eſt adimplẽdũ etiam in minimis.

i Reſpondeo, ſemper iuramentũ promiſſorium de re licita, ob defectum veritatis de futuro, eſſe peccatum mortale.

h Tole. Sũ. l 4 cap. 21 no 1. 2.
i Caie. 2. 2 q. 89. ar. 7, dub. 1.

Probatur primo, Semper defectus veritatis de præſenti ĩ iuramento promiſſorio eſt peccatum mortale, ergo & defectus veritatis de futuro. Antecedens probatur, quia ſemper inducitur Deus in teſtem falſitatis. Conſequentia patet, ex paritate rationis.

Probatur ſecundo, Nõ adimplere iuramentum in re graui licita, eſt peccatum mortale, ergo & in modica licita. Ratio quæ ſupra, æquè enim in vtroque caſu fieri Deo iniuriam.

Dices paruitatem materiæ in omni alio præcepto excuſare à peccato mortali, cum parum pro nihilo reputetur.

l loc. cit

Quæ paruitas excuſet.

Reſpõdeo primo, *l* ex Caiet. vel ſummi vt totum quod iuratur vel vt partem eius, & tantum hoc ſecundo modo modicum pro nihilo

hilo reputatur in iuramento. Secundo Reſpondetur, diſparem eſſe rationem in alijs pręceptis, & in hoc; Cuius intentio cum ſit, ne Deus iniuria afficiatur, adducendo illum in teſtem falſi, tota vis præcepti æquè reperitur in re minima, ac in magna. In alijs verò ratio peccati ſumitur ex damno modico, vel magno, quod proximo infertur, &c.

Et confirmari poteſt exemplis, in quibus modicitas non excuſat à peccato mortali, cum verè per illam violatur intentio præcipientis, verbi gratia, non obedire in re etiam leui, quæ tamen ſub virtute ſanctæ obedientiæ pręcipiatur, eſt mortale. Similiter iocoſum mendacium eſt ex ſe veniale, & tamen ſi iuramento firmetur, eſt mortale. Item excommunicatio maior non incurritur niſi ob peccatum mortale, & tamen ſi alicui præcepto apponatur pœna excommunicationis, vt *a* contra Clericos nutrientes comam, talis tranſgreſſio erit mortalis. Item omiſſio unius verbi eſt minima, at ſi fiat in forma Sacramenti, erit ſacrilegium. Nec dicas Dei nomen interponi vt pignus, non vt teſtem, *b* cum nemo ex diuino nomine poſſit ſibi ſatisfacere, quæ eſt conditio pignoris, & fideiuſſionis.

Quæ modicitas non excuſat.

In iuramento promiſſorio Deus inducitur Teſtem, non fideiuſſorem.

Tantum ergo à mortali excuſabitur, qui partem modicam rei ſub iuramento promiſſæ non adimplet,

a arg. c. ſi qs ex clericis d. 23. & c. ſi quis de vita & honeſtate cleric.
b Valẽ. to. 3. diſpu. 6. q. 7. pũc 3.

Explicantur dubia quædam ad notitiam Iuramenti in communi pertinentia. Cap. V.

Dubitatur Primo, An peccet inducens ad iurandum quem præſumit periuraturum. Quæſt. 1.

c Dicendum primo, Perſona publica, vt Iudex Iuris ordine ſeruato, & ad partis inſtantiam exigens Iuramentum ab eo, quem ſcit falſum iuraturum non peccat. Ratio, quia id facit ex officio, & alterius nomine.

Prima concluſio.

Dicendum ſecundo *d* Perſona priuata exigens iuramentum ab eo quem probabiliter credit periuraturum, peccat mortaliter. Dixi probabiliter, non enim *e* ſatis eſt quæcunque dubietas.

Secunda concluſio.

Obijcies, eſse licitum priuato iuramentum petere ab eo, quem ſcit iuraturum per falſos Deos, ergo à ſimili, &c.

Reſpondeo, Diſparem eſse rationem, cum ex iuramẽto per falſos

Soluitur. obiect. 1.

c Magiſ 3. d. 39. S. Th. 2. 2. q. 98. a. 4.
d c. ille, 22, q. 5.
e Nau. Manua. c. 12. n. 20.

ſos Deos poſsit haberi certitudo alicuius facti, ex periurio autem ſecus. Quare cum illius dari poſsit cauſa, huius verò non, ideo, &c.

Cautio ad patresfamilias, & confeſſores. Tertia conclufio.

Hinc caueant *a* patres familias ab exigendis huiuſmodi iuramẽti, & *b* Confeſſarij, dum vident pœnitentes pronos ad reincidentiam, non inducant eos ad vouendum, vel iurandum, quòd in poſterum tale facinus non committent.

a Sylue. v. iuramẽtũ 2. q. 8.
b arg. ſcap. clericos, de cohab. cler. & mulier.

Dicendum tertio, Licet priuato recipere iuramentum eius, qui ſpontè ſe ad iurandum offert, etiam ſi ſciat periuraturum, modò adſit cauſa rationabilis. *c* Ratio, quia non eſt cauſa periurij illius. Et licitum eſt peccato alterius in bonum proprium vti.

Quinta con.

d Dicendum quarto, Exigere iuramentum ex cauſa rationabili ab eo, quem neſcimus periuraturum, non eſt peccatum.

c Angel. v. Iuramẽtũ § 3
d c. qui exigit, 22. q. 5.

Quæſt. 2.

Dubitatur ſecundo, An, & quando iurandi conſuetudo ſit peccatum.

Prima conclufio.

Dicendum primo, *e* Qui non aduertit ſe falſum iurare abſolutè loquendo, non peccat mortaliter. Ratio, quia non habet intentionem directè, vel indirectè iurandi falſum, & conſequenter non eſt periurium, niſi materialiter. Quare tantum venialiter peccat.

Secũda cõcl.

Dicendum ſecundo, *f* Conſuetudo iurandi ſecundum ſe, & abſolutè quamuis mala ſit, non tamen ſpeciem iuramenti mutat, aut aggrauat; niſi quatenus comitem aliquem iuramenti tollit.

Prima pars probatur, quia ſe exponit periculo periurãdi; *g* vnde qui non habent animum extirpandi, vel pro poſſe reſiſtendi huiuſmodi conſuetudini, nõ ſunt abſoluendi; amans enim periculum: Hinc meritò & *h* Scriptura, & *i* Patres contra illam inuehuntur.

Secunda etiam pars probatur, nam qui iurat verum, etiam ex conſuetudine, non peccat; & qui ſine cauſa, tantum venialis culpæ reus eſt; ſicut qui falſum, mortalis.

Tertia conclufio.

Dicendum tertio, *l* Aſſuetus iurare, ſed non mentiri, ſolum venialiter peccat. Ratio, qui ſæpè iurat ſine neceſsitate, hoc tamen regulariter intelligendum: nam quandoque tam intenſa poſſet eſſet conſuetudo, vt etiam mendacium aliquando ſub iuramento affirmetur.

e S Bonauent. 3. d. 39. ar. 1. q. 1. n. 21.
f Arag. 2. 2 q. 89. ar. 3.
g Med. 1. inſtru. conf. c. 14 §. 5.
h Eccl. 23. Matth. 5.
i Chriſoſ. hom. 9. ad pop. Antioch. Auguſtin. homil 28. de Verbis Apoſt.
l Vale. 10. 3 diſpu. 6. q 7. pen 3.

Quarta conclufio.

Dicendum quarto, *m* Aſſuetus paſsim incõſideratè, tam verum quam falſum iurare, dum falſum iurat, peccat mortaliter. Ratio, quia tale periculum eſt volitum in ſua cauſa, nempè in conſuetudine, vt ebrietas in nimia potatione; Cum ergo potuerit præcauere, meritò imputatur voluntarium. *n* Imò aliqui volunt huiuſmodi peccare inſuper peccato omiſsionis contra charitatem ſibi debitam: eò quod non conatus fuerit periculoſam iurandi conſuetudinem deponere. Hoc autem omiſsionis peccatum erit mortale, vel veniale, iuxtà ea, quæ in ſuperioribus concluſionibus dicta ſunt. Et ab eo quis deſiſtit, cum dolet de peccatis, & proponit ſe non amplius malè iuraturum. Ac, vt ſatis erit, peccatum commiſ-

m Med. in inſtruct. c. 14. § 4.
n Valẽ. loco cit.

commiſsionis fateri, ita & ter eandem pœnitentiam liberabitur etiam à peccato omiſsionis.

Quæſt. 3.

Iuramẽtum execratorium eſt de pœna inferenda à Deo.

Dubitatur tertio, An, & quando peccatum ſit violare iuramentum comminatorium.

Pro ſolutione Notandum, Iuramentum quidem execratorium eſſe de pœna inferenda à Deo, vt Hæc faciat mihi Deus, niſi te caſtigauero: reducique ad aſſertorium, cùm eſt ad confirmandam veritatem præteritam, vel præſentem; & ad promiſſorium, cum reſpicit ad futuram.

Comminatorium de pœna inferenda a iurante.

In comminatorio poteſt cõtingere vitiũ dupliciter.

Qui excuſẽtur a periurio in iuramento comminatorio ex defectu veritatis præſentis.

Comminatorium verò eſſe de pœna inferenda ab ipſo iurante, vt per Deum te caſtigabo; Ac proinde cum ſemper coincidat cũ promiſſoriis, non minus quàm hoc, poteſt inducere periurium ob defectum duplicis veritatis, præſentis, & futuræ; Et futuræ quidem, cùm quis ſuo tempore non exequitur licitum promiſſum: præſentis vero dupliciter, & cum ſit animo mendaci, id eſt non adimplendi quod promittitur, & cum ſit animo quidem veraci. ſed in materia veniali, vel mortali.

Excuſantur autem à periurio in iuramento comminatorio, etiã ſi deſit veritas de præſenti:

Primo, qui apponunt conditionem ab eis non intentam, vt pater dum dicit filio, per Deum ſi te arripuero, occidam te, non enim habet animum illum arripiendi.

Secundo, quando quis loquitur per exaggerationem, vt cum iidem parentes iurant ſe filios occiſuros.

Tertio, qui ne obligetur ad obligationem rei promiſsæ, pro appoſitione determinatæ conditionis apponunt indeterminatam, & huiuſmodi eſt potius fictio iuramenti, quam verũ iuramentum. Semper autem in his duobus caſibus committitur graue peccatum veniale.

Quando ex defectu veritatis de futuro iuramentum cõminatoriũ non ſit periurium.

Quando pœna ſit pro bono correptionis.

Ex defectu etiam veritatis de futuro non eſt periurium, quandocunque res promiſſa eſt mala cum iuramentum non ſit uinculum iniquitatis. Hinc tantum comminatio facta pro bono correptionis eſt executioni mandanda, pro quo tria conſiderantur.

Primum, ne correptio ſit maioris boni impeditiua.

Secundum vt intelligatur ſecundum præſentem iuſtitiam, quæ ſi interim ceſſet, ceſſabit & obligatio.

Tertium, vt pœna infligenda iudicetur medicinalis, ſiuę perſonæ puniendę, ſiue Reipublicæ. *a* Quare ex eo tantum, quod iam bilis deferbuerit, non habetur iuſta cauſa omittendi iuratam comminationem.

a Caiet. V. Periurium §. 3. & 10 v. Minari, & 2. 2. qu. 89. a. 7. dubio 1.

Vt peccetur in iuramentorum tranſgreſſione quæ ſiunt honoris cauſa.

Dubitatur quarto, An peccent, & periuri ſint, qui honoris cauſa poſtquam iurarunt nolle præcedere, euicti deinde precibus, contrarium faciunt.

b Reſpondeo, in huiuſmodi iuramentis duo eſſe conſideranda.

b Tabie. v. Iurare, n. 11. verſic. 10.

Primum eſt, pia iurantis intentio, quę non eſt omnino ſic agere, ſed quantum in ſe eſt, & modo alteri non ſit ingratum, Sic & Sanctus Petrus dicebat Chriſto, Non lauabis &c.

Secundum

Secundum, conſideranda eſt qualitas ipſius actus, iuratur enim ſæpiſsimè quod eſt in poteſtate alterius, vt quod non comitabitur, non tranſibit hoſtium, &c. ideoque in huiuſmodi iuramentis tantum peccatur venialiter propter indiſcretionem, & faciens oppoſitum eius, quod iurauit, non eſt periurus, cum non faciat contra implicitam ſuam intentionem, & cōr cognitam.

Dubitatur quinto. Quæ conditiones de iure communi in iuramento promiſſorio adhoc vt obliget, requirantur.

Prima conditio iuramenti obligatorij Delatio authoritatis ſuperioris.

Reſpondeo, *a* Prima eſt delatio authoritatis ſuperioris. Nam ĩ omni iuramento ſemper ſubintelligitur: Niſi contrarium Superior velit in ijs, quæ ad eius authoritatem ſpectant, *b* modò ne Superior iam prius ex conceſsione talis facultatis ſe ſpoliauerit iure ſuo. Secunda *c* eſt obſeruatio fidei, propter quam iuratur, *d* alioquin frangendi fidem, fides frangatur eidem. Intelligitur autem de fide, ſeu promiſsione reciproca, ſeu conditionali; verbi gratia, Iuro te non expulſurum à Domo, ita tamen ſi canonem ſolueris, &c. & tunc ſi quis *e* etiam ex neceſsitate non adimpleat conditionem, ego non teneor adimplere rem iuramento promiſſam. *f* Secus in promiſsione ſimpliciter, & ex beneplacito, verbi gratia, quis mihi promiſit librum, & ego non ad validandam promiſsionem, ſed ſimpliciter iuro, me eò daturum equum, etſi ille non det librum ego teneor dare equum, cum promiſsio non fuerit conditionalis, & ex pacto reciproca. Tertio, eſt identitas ſtatus, id eſt modò ne interim mutentur res ab eo ſtatu, quem iuramenti tempore ſortiebantur. Hinc iurans accipere aliquam in vxorem, ſi interim fornicetur, vel leproſus euaſerit, non tenetur, &c.

2 Obſeruatio fidei.

3 Identitas ſtatus.

4 Honeſtas et poſſibilitas, &c.

Quarto ſemper intelligendum eſt vt res iuramento promiſſa ſit honeſta, licita, poſsibilis, moderata, &c.

a c. venientes, de iur. iur.
b Sylue. v. iuramētũ. 3. q. 1.
c arg. Reg. Fruſtra ſibi de reg. iur. in 6.
d c. peruenit 2. de iureiur.
e Panorm. in c ſicut, 3. nu. 6. de iureiur.
f cyn. in l. cũ proponas 2 C. de pactis.

De

De iuramenti virtute, & obligatione. Cap. VI.

PRæcipuus iuramenti effectus eſt obligatio, quæ in aſſertorio eſt vt res præſentes, vel præteritę dictis reſpondeant. In promiſſorio verò, vt res futuræ dictis conformentur; alioquin Deus in falſitatis teſtem adduceretur. Circa hæc autem.

Iuramētum per falſ. Deos in re licita ſeruandū.

Primo, certum eſt, *a* iuramentum factum per Deos falſos modò quod iuratur ſit licitum, eſſe obligatorium, & ſeruandum; *b* aliàs bis peccatur, primo, quia per falſos Deos iuratur, ſecundo, quia fides in re licita non ſeruatur.

Peierat qui iurādo rem venialē aut mortalē, non autem eam non obſeruando.

Secundo, *c* certum eſt, quod ſicut peccatum fuit rem venialem, aut mortalem iuramento promittere; ita & pro qualitate rei, peccatum erit eam ſeruare. Ratio, quia iuramentum non eſt vinculum iniquitatis; *d* vnde taliter iurans, in ipſo actu iurandi peierat; non autem dum iuramentum non ſeruat, cum tunc ſolum Deo irreuerentiam irroget.

Iuramētum de re indifferente non eſt obligatorium.

Tertio, *e* Iuramentum de re indifferenti, ideſt, quod nec in Dei honorem, nec in propriam, vel proximi vtilitatem cedit, non obligare, quouſque res iurata manet indifferens, verbi gratia vouit quis non colloqui cum Ioanne, non tenetur ſeruare, quouſque huiuſmodi locutio non ſit illi incentiuum ad malum, nam tunc locutionis abſtinentia quæ prius erat indifferens, incipit eſſe bona, etiam ſi intercedat coactio. Ratio, quia licet non ſit iuramentum interius, eſt tamen diuini nominis ad aliquam rem confirmandam exterior inuocatio, quæ eſt actus Religionis. Et ideo quia applicata materiæ repugnanti, quale eſt mendacium, redditur Deo iniurioſa, eſt peccatum mortale.

Confirmatur a ſimili in exteriori Idolatria.

Confirmatur, ſi enim peccat qui ſolo cultu exteriori colit Idola, cum illum applicet materiæ indebitæ; ergo & qui ſolùm exterius Deum in teſtem falſitatis aduocat, peccabit.

Vel rurſus, qui ſic fictè iurat vtitur iuramento ad confirmādam veritatem, & tunc ſi cogitur iuridicè, aut ſaltem rationabiliter à non habente authoritatem, peccat mortaliter ſic doloſè iurando. Primo, quia ſit contra finem iuramenti. Secundo, quia grauis iniuria, & notabilis deceptio infertur, ei, qui ius habet ad verum iuramentum. Tertio, quia iuridicè interrogatus tenetur iurare ad mentem

a Couarr. in c. quãuis, p. p. §. 1. n. 5. 6. 7. de pact. in 6.

b Aug. ep. 154. ad Publiculã, & refertur in ca. Monet te, 22. q. 1.

c S. Th. 2. 2 q. 98. ar. 7.

d Gabr. 3. d. 39 q. 1. a. 2. concl. 6.

e S. Anto. p. 2. tit. 10 c. 4. § 2.

Digitized by Google

mentem exigentis iuramentum. Quarto, quia huiuſmodi fictione ſubuertitur omnis ratio publicæ iuſtitiæ, & contractuum humanorum.

Fictio in iuramẽto per iniuſtitiam extorto, eſt tantum peccatum ven.

a Vel demum iuramentum per iniuſtitiam extorquetur, & tunc ſic iurans peccat, tantum venialiter propter mendacium officioſum. *a* Lopez p. 1. inſtr. cõſc. c. 41.

Quando in iuramento vti liceat amphibologia.

Dubitatur ſecundo, An in iuramento vti liceat amphibologia.

b Reſpondeo affirmatiuè, quoties non iuridicè, vel rationabiliter exigitur; ideoque nec erit obligatorium. Hinc. *b* S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4.

1. Corollar. Infertur primo, *c* quod qui cogitur à latrone, vt ei ſub iuramento & promittat centum, & fateatur de plana mentis intentione, poterit ſemper amphibologice reſpondere, dum iurat. *c* Sot. 8. iuſtit. q. 1. a. 7. in fi.

2. Corollar. Secundo, *d* quod mulier habens ſecretum impedimentum, propter quod cum ſuo viro non cohabitat, pro quo & excommunicationem patitur, ſi in articulo mortis ad abſolutionem obtinendam iuret, ſe cohabitaturam, intelligendo intra, ſe, ſi ſine peccato fieri queat, ſi conualeſcat, non obligabitur. *d* Nau. Manual. c. 12 nu. 9. verſ. 9. in fi.

Quæſt. 3. De obligatione iuramenti per vim, & metum.

Dubitatur tertio, An iuramentum per vim & metum, ſed in quo adſit cæteræ circumſtantiæ, ſit obligatorium.

Prima concluſio. *e* Dicendum primo, Obligare in foro conſcientię, etiam ſub mortali. *e* S. Th. lo. cit. ad 3.

Probatur primo, authoritate *f* Alexandri Secundi, excipientis tantum caſum, quando ſeruata vergerent in interitum æternæ ſalutis. *f* c. ſi vero de iur. iur.

Probatur ſecundo, Ratione. Qui volens iurat rem licitam, tenetur implere, ſed iurãs per metum ſe daturum latroni pecuniam iurat rem licitam volens, ergo &c. Minor probatur primo, quoad primam partem, nam actio dandi pecuniam vt reſpicit dantem pro redemptione ſuę, vel alterius iniuſtæ vexationis, eſt charitatis, & miſericordiæ, ergo licita.

Quale voluntariũ ſatis ſit ad humanorũ actuum maliciam, vel bonitatem.

Et rurſus quod volens promittat, patet, nam coactio, & metus non faciunt inuoluntarium, ſed tantum voluntarium mixtum ex ſecundum quid, & ſimpliciter, *g* vt patet in proijciente merces in mate, quod ſatis eſt ad reddendum actum humanum bonum, vel malum pro ratione materiæ. Vnde adulterans metu mortis, peccat. *g* 3. Ethic c. 1.

Præponens peccatũ ac tui, propter quem infertur metus, non eſt vir conſtans.

Confirmatur, nam ſi quis metus tolleret hanc obligationem, eſſet ille, qui cadit in conſtantem virum; ſed nullus metus facere poteſt vt vir conſtans, contra mentem iurando, peccet, iam enim non eſſet vir conſtans, cum maius malum ſit peccatum, quam id perpeti, propter cuius metum peccat.

Soluitur obiectio Panormitani.

Contrarium docuit *h* Panorm. volens huiuſmodi iuramenta nõ obligare ſub mortali ad ſui obſeruantiam. *h* in cap. ſi vero, &c. verum, de iureiur.

Probat authoritate *i* Cæleſtini, aſſerentis, eos, qui talia fregerint iuramenta, non eſſe tanquam pro mortali crimine puniendos. *i* in c verũ de iur. iur.

Reſpondeo, Papam ibi non loqui de culpa, ſed de pœna canonica

nica infligenda, quam ob circumſtantiam coactionis, quæ intercesſit, vult relaxari.

Dicendum ſecundo. In foro iudiciali huiuſmodi iuramēta nō obligare, quin potius concedi ius repetendi ei quid id quod promiſerat obſeruauit; Et quidem prima pars probatur. *Secunda concluſio.*

Primò quia Eccleſia præſumit iuramenta coacta non fieri animo iurandi; ſed euadendi periculum. Secundo quia nulli debet propria malitia ſuffragari: cogenti autem ſuffragaretur, ſi iuramentum per vim extortum obligaret in foro exteriori. *Cur iuramentum per vim extortum nō obliget in foro exteriori.*

a c. Abbas de his quę vi, & met. cau. — Hoc autē intelligitur *a* primo, vt adſit nedum iniuria, ſed etiā metus. *Prima cautio, vt adſit metus.*

b Lop. p. 2 īſtruct. cō ſc. cap. 30. concl. 2. — *b* Secundo ne ſit nuda promiſſio, ſed cum promiſſione concurrat, & iuramentum. Ratio diſparitatis eſt, quia illa reſpicit rem in habitudine ad paſſum; hoc autem eādem reſpicit, vt diuino ſit mandam teſtimonio; ac proinde cum datio pecuniæ ſit noxia animę latronis, ideo nuda eius promiſſio non obligabit, at ſi iuramento firmetur, tunc cum ſit de materia licita reſpectu dantis, debeatque enunciatiuè eſſe vera propter inductā Dei authoritatem, ideo obligat. *2 Ne ſit nuda promiſſio.*

c Dur. 3. d. 39. q. 2. n. 7 — *c* Tertio vt metus ſit cadens in conſtantem virum. *Ne qualiſcūque metus.*

Probatur quarto. An hæres teneatur ex vi iuramenti ad exequendum id ad quod teſtator ſe iuramento obſtrinxerat. Quęſtio. 4.

d Caſt. cō ſil. 65. & 137. Alc. i c. cū cōtin gāt. n. 120. de iureiu. — *d* Reſpondeo teneri quatenus hęres eſt, non autem ex vi iuramenti, *e* etiam ſi Teſtator iurauerit pro ſe, & ſuis hæredibus, Ratio primi eſt, quia hæres tenetur ad debita defuncti; hæreditas enim tranſit cum onere ſuo: Ratio ſecundi eſt, quia iuramentum eſt vinculum perſonale, quo nemo ligatur ex proprio conſenſu. *Iuramentū ē vinculum perſonale.*

e Tabiena v. iurare n. 30. verſ. 29. — Dubitatur quinto. An qui iurauit ſe aliquid alteri daturum eo mortuo, teneatur ex ui iuramenti illud idem dare hæredi. Quæſtio. 5

f S Ant. p. 2. tit. 10. — Dicendum. Primò *f* ſi iurans expreſſit; & hæredes, teneri. *Prima Concluſio.*

g arg. c. veritatis de iureiur. — *g* Dicendum ſecundo. Iuramentum factum alicui ratione dignitatis, obligare etiam reſpectu ſucceſſorum; Ratio quia dignitas ex perſonarum varietate non variatur. *Secunda concluſio.*

h arg. c. Requiſiti de Teſtibus. In l. ſed ſi hac ff. de in ius vocā — *h* In dubijs autem an aliquis actus tribuendus ſit perſonæ, vel dignitati, deprehenditur ex coniecturis.

Dicendum tertio. Si iuramentum apponatur rei, cuius obligatio tranſeat ad hæredes, & iuramentum obligabit etiam reſpectu hæredum, Ratio, quia iuramentum ſortitur naturam actus cui apponitur. *Tertia Concluſio.*

i Gl. i c. ex literis 2. in verbo ſub iuro. de pactis in 6. — Contrarium docuerunt *i* Bald. Fulgoſ. & alij, volentes iuramenum eſſe vinculum perſonale etiam ex parte eius cui præſtatur, Sed falluntur.

Dubitatur ſexto. An maiores uigintiquinque annorum de licentia Tutoris poſſint ſe iuramento obſtringere. Quæſt. 6.

l Reſpondeo affirmatiuè modò ſint vel puberes vel pubertati *Quinde validitate iu-*

pro-

proximũ, dolique capaces, & iuramentum non adhibeatur ad confirmandum contractum iurè alioqui inualidum, ad cuius confirmationem neceſſarium ſit iuramentum, & modò non firmet contractum in præiudicium alterius, quam contrahentis. *ramēti à minor. b. viginti quinq. annorũ præſtito.*

Quæſt. 7. *Iuramento non ſatisfit ſolutione intereſſe, ſed facto.*

Dubitatur ſeptimo. An poſſit ſatisfieri iuramento per ſolutionem intereſſe quod inſequitur promiſſionem iuramento firmatam.

a Reſpondeo negatiuè, ſed debere ſolui factum ipſum qui iuramento promittitur.

Probatur primo.

Probatur. *b* Primo promittens aliquid facere, tenetur ſecundũ ius canonicum præciſè exequi id ipſum, quod promiſit; ergo à fortiori ad idem tenebitur, cum promiſſionem iuramento firmauit; iuramenta vero cum ſint actus Religionis, debere intelligi ſecundum ius canonicum patet.

c Secundo. Condemnatus, non liberatur à ſententia per ſolutionem intereſse; ſed facti, *d* ſed ſententia, & iuramentum æquiparantur.

Contrarium docent *e* iuriſtę. Probant primo. *f* Condemnatio obligationis, & promiſſionis eſt vt ab ea quis ſe poſſit liberare ſoluendo intereſse, ſed iurans intendit, ſe obligare iuxta conditionem obligationis, & promiſſionis ergo &c. Minor probatur, quia iuramentum ſequitur naturam actus, cui apponitur.

Soluitur prima obiectio.

Reſpondeo ad maiorem, *g* illam conditionem eſse accidentalem, & contingere ex mora, *h* Iuramentum autem debet ſortiri naturam primordialem contractus quæ eſt, vt fiat pręcisè id, qui promittitur.

Probant ſecundo. *i* Promittens ſtare ſententię abitri, non cogitur niſi ad intereſſe, ergo à ſimili, & iurans ſe aliquid daturum.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo, Negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt, quia in primo caſu, quis ſe alternatiuè obligauit, vel ad factum, vel ad intereſse, in iuramento autem ſimpliciter ad factum.

Quæſt. 8. *Circa compẽſationẽ inſpicienda eſt mẽs iurantis.*

Dubitatur octauo. An iuramènto ſatisfieri poſſit per compenſationem.

l Reſpondeo in foro conſcientiæ inſpiciendam eſse mentem iurantis. Nec obſtat *m* cap. ad noſtram, & *n* ibi enim inhibetur compenſatio, quia & debitum non erat liquidum, & creditor ceſſit iuri ſuo.

Quæſt. 9. *De iurante per procuratorem.*

Dubitatur nono. Quid de iuramento facto nomine abſentium per procuratorem

Prima concluſio *Secunda concluſio.*

o Dicendum primo. Iuramentum præſtari nequit à Procuratore ſine ſpeciali mandato, Ratio quia agitur de obligatione ſpirituali, & periculo periurii, &c.

Dicen

a Couar. in c. quãuis. p. p § 4. n. 9. de pactis. in 6.
b arg. c. prim, & c. qualiter de pactis.
c Gl. in l. q reſtituere v. cõdẽnãdus ff. de rei ven.
d l. ſed & ſi . poſſet § ſicũ debe red. ff. de iureiur.
e Al. f. dec. 295. & ali
f l. ſtipulationes, ff. de verb. oblig.
g Gl. 2. ĩ ſi. ff. ſi cert. pet.
h Aret. in c. 1. de inditijs, col. pen.
i c. p iuas, & c. Dilectus de arbitris.
l Med. Codi. de Reſti. q 4. ca. in §. reſpõdetur
m De iure iur.
n Iuxta legẽ ſi debis ff de cõp.
o Couarr. in c. quamuis pri. pa. § . 5. num. 8. de pactis, in 6, arg. cap. ſi vero, 12. de ſenten. excommunicat.

Dicendum ſecundo. Iuramentum præſtari poſſe per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, *a* modò non ſit in actione quæ per alium geri nequeat, ſed à perſona propria fieri debeat. *Secũda conclusio.*

a arg. c. ſi vero. 12. de ſenten. ex com.

Probatur Primo à ſimili. Contractus matrimonij eſt actio perſonalis, *b* & poteſt fieri per procuratorem, ergo &c. *Matrimoniũ eſt actio perſonalis.*

b c. fin. de procurat. in 6.

c Probatur ſecundo experientia. Nam de conſenſu Domini imo & ipſo inuito, ſi adſit legitimum impedimentum, poteſt Vaſſalius per Procuratorum præſtare iuramentum fidelitatis.

c c. 1. §. verũ, de ſtatu Regul. in 6.

Vniuerſitas autem ex violatione contractus iuramento firmati non incurrit periurium, nam quoad hunc effectum iuramẽtum eſt actio perſonalis. *d* Non poteſt tamen Vniuerſitas ratione præſtiti iuramenti petere reſtitutionem in integrum.

d Bald. in l. generalī col. 2. C. de rebus cred.

e Dicendum tertio, Is tenetur adimplere iuramentum, cuius nomine præſtitum eſt. *Tertia conclusio.*

e Sot. 8. iuſtit. q. 2. a. 2.

Dicendum quarto, Iuramentum per Procuratorem ſine ſpeciali mandato, licet non obliget ſub pœna periurij, obligat tamen ratione generalis facultatis traditæ ad ſtandum ipſius promiſſioni.

Dicendum quinto, Iurans nomine alterius ſine eius conſenſu, licet non teneatur implere, peccat tamen mortaliter. Ratio, quia eſt fictio, & abuſus iuramenti. *Quinta cõclusio.*

f Dicendum ſexto, Non eſt concedenda procuratoribus generalis facultas ad præſtandum iuramentum, & vbi forenſis conſuetudo preſcripta viget in contrarium, adhuc intelligitur vt ea vtantur in rebus exploratis, & manifeſtiſſimis. *Sexta conclusio.*

f couarr. vbi ſup.

An, & quas ob cauſas poßit iuramentum non obligare.
Caput VII.

Obligatio præcepti negatiui de non vane iurando nunquã ceſſat.
Ceſſat obligatio in iuramento promiſſorio.

Obligatio *a* præcepti negatiui de non vane iurando nunquam ceſſat, ideſt non datur caſus, in quo reſpectu temporis præſentis iurari poſit ſine iudicio, iuſtitia, & veritate.

a S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 9.

Sed circa tempus futurum in iuramẽto promiſſorio, ceſſat obligatio.

1 *ex parte materiæ*

Primo, ex parte materię, & circa hãc. *b* Dicẽdũ primo, Iurans facere quod eſt peccatum mortale, iurando peccat mortaliter, & peccabit iterum adimplendo. Quod ſi res iurata fuerit venialis, peccatum eſt veniale, modò adimplendi animus non defuerit; poſtea tamen adimplere non debet, *c* quod ſi malitioſè adimpleat, exiſtimãs Deũ velle iurati mali adimpletionẽ, vt blaſphemus peccabit mortaliter, alioquin ob bonam fidem, & ignorantiam, tantum venialiter.

b Nauarr. c. 12. n. 15.
c Sot. cita. q. 1 a. 7.

Minus bonum, & impeditiuum maioris boni habet rationem mali.

d Dicendum ſecundo, Iuramentum de eo, cuius oppoſitum eſt maius bonum, non obligat. Ratio, quia vt minus bonum, & impeditum maioris boni, habet rationem mali. *e* Hinc contra iuramentum tenetur quis acceptare Epiſcopatum, ſi à Superiore fuerit iudicatus Eccleſiæ neceſſarius, & non tenetur ſubire peregrinationem, ſi ſit impeditiua ingreſſus Religionis.

d S. Th. 2. 2. q 89. ar. 7.
e arg. cap. Florent. d. 85.

2 *ex parte euẽtus.*

Secundo, Non obligat ex parte euentus, & tunc.

Dicendum primo, Si euentus reddat quod eſt iuramento promiſſum, minus bonum, quàm eius oppoſitum, non eſt obſeruandum. Ratio, quæ ſupra. Secus ſi ſit in fauorem tertij. *f* Ratio, quia etiam à principio fuiſset obligatorium, ergo multo magis ſi proceſſu temporis, & fortuitò redatur tale.

f S Th. 2. 2 q. 89. ar. 9. ad 2.

Hoc tamen fallit in eo, qui iurauit, mulieri ſe eam ducturum in vxorem, & per verba de præſenti duxit *g* poteſt enim ingredi Religionem abſque periurio. Ratio, quia promiſſum non infringit, qui illud commutat in melius.

g cap. 2. de conuerſa. coniug.

In multis in pattur dispenſatio nõ ratione obſeruationis, ſed ſcandali.

Nec obſtat, quod in cap. *h* commiſſum conſulatur vt talis contrahat, & poſtea ingrediatur, id enim factus eſt ad remouendum ſcandalum, ne vulgo appareat periurus, cum vere non ſit.

h de ſponſalibus.

i Dicendum ſecundo, Conſenſus eius, in cuius fauorem factum eſt iuramentum, relaxat obligationem. Ratio, quia iurans nõ niſi in fauorem tertij ſe obligauit.

i Io. de Ligna. i cle mec. 2. de vſuris.

Dicen-

a Sũ cor. to.3. de iuram. n. 22.

a Dicendum tertio, Iuramentum conditionale in fauorē tertij non obligat non adimpleta conditione. Ratio, quia hæc ſuſpendit actum cui apponitur.

Conditio ſuſpendit actũ cui apponitur

Cauendum autem eſt, ne huiuſmodi iuramenti plures ſint conditiones, tunc enim omnes ceſſare neceſſe eſt, vt ceſſet eius obligatio.

b 2. 2. econ. 4. d. 23. q. 4. a. 6.

b Dicendum quarto, Iurans ſe alicui daturum opem, nec vnquã aduerſaturum, non intelligitur in præiudicium proprium, quare ſi ſuum, ſuorumque ius contra eum, cui præſtitit huiuſmodi iuramentum defendat, non erit periurus.

Fauor alteri impendendus non præſumitur cũ proprio præiudicio.

c arg. cap. Quintauallis, de iur. iur.

c Dicendum quinto, Iuramentum non eſt obligatorium in re illicita. Ratio, quia non debet eſſe vinculum iniquitatis, quare peccauit Herodes, dum puellæ ſaltanti &c.

d Tol. li. 4. c. 22.

d Dicendum ſexto, Cum euentus reddit rem iuratam in graue diſpendium, aut periculum notabilis mali ſpiritualis, vel temporalis ipſius iurantis, iuramentum non obligat, etiam factum in fauorem tertij.

Quale periculum corporalis ſalutis excuſet.

e Sylue. v. Iuramẽtũ 4. q 10. f Arnold. de Villanou. tr. propr. g Rodrig. p. 2. ſũmæ. c. 94. concl. 16.

e Periculum autem corporis debet directè, & proxime imminere, vt excuſet, vnde iurans verbi gratia commorari Romæ mẽſe Auguſti ſi ſanus ſit, debet perſiſtere, cum non ſemper Romæ commorantes eo tempore moriantur.

f Infirmi verò ex Carthuſienſibus licitè ſemper à carnibus abſtinuerunt; cum eis ſubueniri poſſit per recentia ouorum vitella: *g* aut certè pluris ſit publicum beneficium, nempè rigida Regulæ obſeruantia, quàm priuata vnius, aut alterius ſalus.

Quid de abſtinentia à carnibus dũ infirmantur Cartuſien.

Impoſſibilitas, & ſumma difficultas executionis excuſant.

h arg. cap. quædã, de iureiur. Caiet. v. Periurium, §. 2.

Dicendum ſeptimo, *h* Dum euentus reddit rei iuratæ impletionem impoſſibilem, aut adcò difficilem, quod ſi tempore iuramenti ea difficultas fuiſſet præuiſa, quis non iuraſſet, non tenetur, tum quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, tum quia iuramentum bona fide factum non trahit obligationem, niſi faciendi rem ex voluntate iurantis.

c. ſignificauit nobis, & ibi gloſ. in v. tanta vis, de eo, qui dux. in matrim. quã poll. p adult.

i Si verò huiuſmodi euentus præuidebatur, aut præuideri poterat, aut de eo cadebat dubium peccauit mortaliter, & periurus eſt, qui ſe ad ipſum iuramento obligauit. Ratio, quia defuit intentio.

Tertio, Non obligat ex parte modi, idque in duobus caſibus. 3

ex parte modi.

m Val. to. 3. diſpu. 6. q 7 punc. 4. § 3.

Primus eſt in iuramentis, quę honoris cauſa fiunt, verbi gratia, non præcedendi, nõ ſedendi de quibus ſupra, intelliguntur enim ſemper obſeruanda quantum in ipſis iurantibus eſt, & ſalua amicorum beneuolentia. Secundus eſt, cum accedit violentia, & metus cadens in conſtantem virum, *l* & in materia matrimonij. debet tamen peti relaxatio ad euitandum ſcandalum, quod & in pleriſque caſibus fit ob eandem rationem.

m Quarto, Non obligat ex parte relaxationis, cum nimirum ab eo in cuius fauorem pręſtitum erat iuramentũ remittitur obligatio, vel cum ceſsat cauſa principalis. Vnde ſi quis deponatur 4

ex parte relaxationis.

I 2 ab

ab Epiſcopatu,non ei amplius debetur obedientia. Et ſi Collegij,vel Religionis ſtatuta annullentur, ceſſat iuramentum, quo ad ea ſeruanda ſcholares,& Religioſi tenebantur.

Quæſtio. vnica.

Hic tamen Dubitatur. An metu coactus iurans Lattoni ſe nihil denuntiaturum ſuperiori,,nec petiturum iuramenti relaxationem obligetur. *a* Panor. I c.ego.n.7. de iureiu.

Prima conclusio.

a Dicendum primo. Aliquando obligari ſub mortali, ad non denunciandum, poteſt enim qnis propriam pecuniam, & iniuriam remittere; Secus ſi latro eſſet valdè nefarius, & facinus vergeret in damnum Reipublicæ, Imò, qui in tali caſu, etiam ad vitandam mortem, ſic iurauit, peccauit mortaliter, & non tenetur adimplere. Ratio, quia eſt contra publicam Iuſtitiam.

Secunda conclusio.

b Dicendum ſecundo. Cum res non eſſet talis, vt ipſe obligaretur eam denuntiare,non peccauit iurando ſimpliciter, ſe nõ denuntiaturum; intelligendo in mente ſua, quòd non ſpontè,vel quod non niſi legitimè interrogatus. *b* S.Th. 2. 2 q. 89.2. 7.ad 3.

Tertia conclusio.

Dicendum tertio. Qui ſic iurauit ſoluere, verbi gratia centum,non poteſt eos repetere,niſi prius à iuramento abſoluatur; Et ſi etiam iurauit non repetere,non poteſt; repetere, ſed Eccleſiæ denunciabit,vt ipſum cogat reſtituere,

Quarta cõclusio.

Dicendum quarto. Qui ſic iurauit,poſterioris iuramenti relaxationem petere poteſt; qua obtenta, petet etiam propris, niſi iurauerit ſe de neutro, nec per ſe, nec per alium petiturum re laxationem.

Semper ſig grũ è Prelato dispensa ex causa

In omni tamen caſu, vbi recta ratio id exigi poteſt quis Prelato iuramenti qualitatem patefacere, & ſi illi videbitur, diſpenſabit. *c* Ratio, quia vt plurimum huiuſmodi iuramenta fatua ſunt. *c* Sot. 8. Iuſtit. q. 1. a. 9. in fine.

De

De diſpenſatione, & abſolutione Iuramenti. *Cap. VIII.*

Quid ſ'materia iuramenti. Aſolutio Irritatio.

NOtandum primo. Ablationem obligationis per iuramentum inductæ, multis nominibus ſignificari. Honotum primum eſt Abſolutio, quæ principaliter ſignificat huiuſmodi vinculi amotionem. Secundu 1 eſt Irritatio, qua iuramentum redditur nullum. Tertium Diſpenſatio, qua tollitur poſtquam habuit vim obligandi. Quartum Cõmutatio, cum eius obligatio in aliã transfertur. Quintum Relaxatio, cum conceditur ne quis amplius iuramento præſtito ſit obnoxius.

Diſpẽſatio Commutatio Relaxatio.

a S.Th.cit. a.9.

In iuramẽto quid prope diſpenſetur.

a Notandum ſecundo. Diſpenſationem non cadere ſupra formale iuramenti; numquam enim concedi poteſt, vt falſum iuretur, ſed ſupra materiale. Nam cum contingat, aliquando id quod vniuerſaliter vtile, & honeſtum, conſideratum eſt, reſpectu particularium circumſtantiarum euadere noxium, & honeſtum, ac proinde iuramenti materia euadat indebita; meritò à Deo concenſſa eſt Eccleſię Prælatis authoritas, vt conſideratis huiuſmodi particularibus, poſſint materiam, quæ iuramento ſubiecta erat, ex cauſa rationabili ſubtrahere per abſolutionem, & relaxationem. Vbi autem res eſt manifeſta, nulla eſt neceſſaria abſolutio; Et in dubio, tantum declaratio requiritur.

b Rodrig. p.1.ſum. c.192. cõcl.9.

Iuramẽtũ aſſertoriũ ſecundũ ſe totum in diſpẽſabile.

b Notandum tertio. Ex dictis ſequi iuramentum aſſertorium ſecundum ſe totum eſſe in diſpenſabile; Ratio, quia totum verſatur circa veritatem dicendam; Promiſſorium vero diſpenſari poſse tantum circa futuram adimpletionem; cum hæc interim poſſit euadere vel mala, vel minus bona, vel maioris boni impeditiua, vel impoſſibilis, &c.

Quid interſit inter votum, & iuramẽtum in propoſito.

Notandum quarto. Votum, & iuramentum, quantum ad præſens inſtitutum, differe. Primo ex parte obiecti, nam votum fit ſoli, Deo iuramentum etiam hominibus. Secundo ex parte materię. Nam votum reſpicit opus ſupererogationis. Iurame tum cuiuſcu ique virtutis Tertio ex parte diſpenſationis, nam Papa ad diſpenſat in voto, vt Vicarius Dei, cui factum eſt, cum tamen non poſſit relaxare iuramentum in præiudicium tertij. Quarto In votorũ diſpenſatione attenditur, quod Deo magis gratum eſt In relaxandis autem iuramentis caueri debet, ne alicui fiat iniuſtitia. His præaſſumptis.

Digitized by Google

Iuramētū irritari pōt ad hmōi dominiū ſup rē iuramento promiſſam. Corollaria

a Dicendum primo. Habens Dominium in rem iuramento promiſſam, poteſt illud irritare. Vnde infertur. Primo ad irritandum iuramentum requiri nō Eccleſiaſticā iuriſdictionem, ſed dominium ſuper re iurata. Secundo poſſe irritari etiam inuito eo qui iurauit. Tertio iuramenta, quę irritari poſſunt, ex ſe non eſſe rata, ſed pendere ex nutu habentium tale dominium. Quarto ſatis eſſe volitionem habentis dominium, abſque alia cauſa ad irritandum iuramentum.

a argu. c. tua noſz. de iureiur.

Quid ſi poſt cōfirmatum iuramentū abſq; cōtra literum irritetur.

b Cęterum ſi qui ex dominio ſuper rem iuratam, habentes authoritatem irritandi iurramentum, illud ſemel confirmauerint, ratum erit; Quod ſi rurſus ſine cauſa illud voluerint irritare, peccabunt, licet ſubditi denuo à iuramenti vinculo liberi ſint. Ratio primi eſt, quia confirmando prima vice iuramentum, iam ceſſerant iuri ſuo, propter quod in eorum poteſtate erat iuramentum ſine cauſa irritum facere. Ratio ſecundi eſt, quia adhuc poſt confirmationem quis remanet ſubditus, nec tenetur ſubditus diſcutere, an de nouo emerſerit aliqua cauſa irritandi iam confirmatum iuramentum, & an ſuperior tantum in ordine ad vnam cauſam confirmauerit; cum adhuc ſupereſſe, & aliæ, ob quas debeat irritari, &c.

b Sylu. V. votum 4. q. 2.

Diſpēſatio et abſolutio iuramēti cē fit ab habēte ſolā ſpiritualē iuriſdictionem.

Dicendum ſecundo. Abſolutio & diſpenſatio Iuramenti fit etiam ab habente ſolam iuriſdictionem ſpiritualem in eum, qui iurauit, modò adſit cauſa, nempe vtilitas boni publici. Hinc optimè diſpenſantur quæ per vim, & metu extorta ſunt, primo quia huiuſmodi iuramenta multum habent inuoluntarij. Secundo, quia aliàs humana ſæuitia foueretur. Semper tamen cauendum, nè iuramentorum diſpenſatio in Dei blaſphemiam, & Eccleſiæ contemptum vergat.

c Qui autem iurauit ſoluere vſuras, tenetur primo eas ſoluere, & poſtea cum eo diſpenſatur, vt repetat; Quod ſi etiam iurauit non repetere, non repetat, niſi noua repetendi cauſa emergat. *d* Eccleſia tamen ex ſe poteſt recipientem cogere, vt reſtituat.

Quid de eo qui iurauit ſoluere vſuras.

c c. Debitores de iureiur.
d c. ad noſtram. de iureiurā.

Relaxatur ex officio publico. Et īdirectè per ea quę cōſequūtur Papæ authoritas. Epiſcoporū authoritas.

Quandoque etiam remittuntur iuramenta directè ex officio publico in pœnam eius, cui facta ſunt: *e* vt in odium excommunicatorum, liberando ſubditos à iuramento fidelitatis, & indirectè per naturam rationis conſequentis ab antecedenti, *f* & ſic ad priuationem dignitatis; vel anulitatem ſtatutorum ſequitur ceſſatio iuramentorum eiſdem annexorum.

e c. Iuratos 15. q. 6
f Couarr. in c. quamuis p. p. §. 3. n. 5. verſ. 10

g Dicendum tertio Papa in omni iuramento citra damnum tertij poteſt ex cauſa rationabili diſpenſare.

g Tol. l. 4. c. 37.

Dicendum quarto. Epiſcopus cum ſibi ſubditis, poteſt nē dum in dubio declarare, quando promiſſum ſit indebita materia iuramenti, *h* ſed etiam diſpenſare ex cauſa in omnibus iuramentis, in quibus, ſi eſſent vota, diſpenſandi facultatem haberet. Ratio quia vinculum iuramenti minus eſt vinculo voti: *i* Vnde in iuramentis de Religionis perpetua caſtitate, peregrinatione Hieroſolimitana, liminum, Apoſtolorum, & D. Iacobi non poteſt diſpen-

h Sylu. V. Iuramētū 5. q. 3.
i Extrauag. Siſti IV. Et ſi Dñi ci, de pæn. & remiſſ.

ſpenſare. Inferior autem Epiſcopo, ſi Epiſcopalem authoritatem non habeat, diſpenſare non poterit in iuramentis, ſicut nec in votis. *a* Vnde licet confeſſatij abſoluant à peccatis contra iuramentum patratis, non tamen à vinculo iuramenti.

a Nau. manu. ca. 12. nu 79.

b Vbi autem alicui ſiuè per bullam cruciatæ, ſiuè alio modo conceditur facultas diſpenſandi in votis, intelligitur, & poſſe etiã diſpenſare in iuramentis de eadem re.

b Rodrig. p. p. ſum. c. 192. cõcluſ. 10.

Habens authoritatem diſpenſandi in votis, habet, et in iuramentis.

Contrarium docet *c* Nauar. *d* ſed fortè eius doctrina vera eſt in caſu, quod quis id, quod prius vouit, rurſus iuramento firmauit, Cum enim tunc duo vincula ſimul concurrant: non eſt mirum ſi poteſt diſpenſare in uno ſeorſim, non poteſt vbi adeſt vtrumque ſimul.

c Cit. nu. 275.

d Sorb. in annot. de prileg. V. Vomm.

Nauarri cõtraria ſnĩa quõ intelligenda.

Adde quod neque Nau. intelligit de habentibus authoritatem ordinariam, ſed delegatam.

Dicendum quinto. Prælati Regularium ex empti, poſſent ſicut Epiſcopi, irritare, & diſpenſare in iuramentis ſubditorum. *e* Imò cum ex indulto, Innocentij Octaui Confeſſores Mendicantium, & qui gaudent eorum priuilegijs, poſſint diſpenſare in omnibus votis, in quibus, & Epiſcopi, preterquam in voto peregrinationis vltra duas dietas; Poterunt, in iuramentis de eadem materia diſpenſare; *f* Cum differentia tamen, nam qui hanc authoritatem habent vigore bullæ, non poſſunt ea vti, niſi in ſacramento pænitentię, qui vero per viam ordinariæ authoritatis, etiam in foro exteriori modo ſubſit cauſa rationabilis.

e Anto. de coro. sũ. de caſ. cõſc. q. 146.

f Sorb. vbi ſup.

g Gl. in c. cũ nõ doceat v. affectus, de elect. in 6.

Prælati exẽpti habẽt circa ſuos ſubditos authoritatem epiſcopalẽ

g Dicendum ſexto. Abſoluens, aut diſpenſans in iuramentis neceſſe eſt, vt ſciat actum eſſe iuratum, ideoque generalis ſtatutorum derogatio non tollit ſtatutum iuratum, ac proinde tollens ſtatutum, ſi ignoret eſſe iuratum, non cenſetur tollere iuramentum, voluntas enim tollendi non poteſt ſubeſſe, niſi adſit perfecta ſcientia actus, quem quis vult tollere per diſpenſationem.

Abſoluens à iuramẽto neceſſe eſt ut ſciat actum eſſe iuratum.

Dicendum ſeptimo. *h* Habens tantum diſpenſandi facultatem in iuramentis, ſi diſpenſet ſine cauſa rationabili, peccat, & diſpẽſatio in foro conſcientiæ nulla eſt. Cauſę vero rationabiles ſunt, grauitas operis, iurantis imbecillitas, diminuta operis vtilitas, bonum publicum, &c. *i* In ijs verò, quæ pendent à iure diuino, diſpenſatio omnino eſt inualida, ſi cauſa legitima deſit.

h Petr. de Arag. 2. 2. q. 89. a. 9.

i Innoc. in c. cum ad Moneſteriũ, n. 2. de ſtatu Monac.

Peccat diſpẽſans ſine cã modo in authoritatem habẽt etiã irritã di

l dicendum octauo. Cum conſtat iuramentum eſſe de re illicita, vel maioris boni impeditiua, aut de re, ex ſe quidem indifferenti, ſed quæ reddatur mortalis, aut venialis ex circumſtantia, poteſt quis propria authoritate illud infringere. Idem dicendum, cum iuramentum excludit opus de genere bonorum, vt quod non erit Clericus, vel Epiſcopus, vel opus charitatis, vel opus ex ſe quidem indifferens, ſed quod pia intentione pro Deo, aut proximo fieri queat. *m* Qui verò contrarium videntur docere, debent intelligi, quod huiuſmodi à iuramento non debent infringi propria authoritate, cum imminet ſcandalum, vel res eſt dubia,

l Tabie. v. Iurare, n. 20. ver. 19.

m Monal. ſum. cor. p. 3. tr. de iuram. n. 39.

Quando liceat propria authoritate iuramẽtũ violare.

Dicendum nono, Habens authoritaten, relaxandi iuramentū, habet & commutandi. Ratio eſt à maiori ad minus.

Dicendum decimo, Commutatio iuramenti in melius bonum: poteſt fieri propria authoritate, contra *a* Syluestrum. Ratio, quia ſic adimpletur promiſſum, & aliquid amplius Hoc autem intelligitur *b* primo, non dubijs, *c* ſecundo, cum iuramentum ſit ſoli Deo, nec agitur de præiudicio tertij.

De modis vſitationibus, quibus malè iurando peccatur, et variis Periurii pœnis. Cap. IX.

Modi ſecūdū quos peccatur circa Iuramentū

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

PECCAT mortaliter *d* Primo, Qui ſcienter falſum iurat, aut quod verum quidem ſit, ſed credatur falſum, etiam ſi per vim, etiam ſi per lapſum linguæ, modo aduertatur.

e Secūdo, Qui dubiū pro certo.

f Tertio, Qui falſum, verum tamen exiſtimatum, ſed non adhibuit diligentiam, vt rem exploratam haberet:

g Quarto, Vtens æquiuocatione, dum legitimè interrogatur. Et in his omnibus incurritur etiam periurium.

h Quinto, Qui iurat, aut alios ad iurandum inducit per falſos Deos. Ex iuſta tamen cauſa huiuſmodi ſpontaneum iuramentum ab infideli recipi poteſt.

i Sexto, Qui non ex officio, alios ad iurandum inducit, quos ſcit periuraturos.

l Septimo, Qui iurans licitum, aut non habet animum adimplēdi, aut ſuo tempor e non adimplet.

m Octauo, I u rans ſe facturum aliquid illicitum.

n Nono, Pec cat, ſed vt plurimum venialiter, iurans, ſe non obtemperat urum conſilijs Euangelicis.

o Deci mo, Iurans verum, ſed quod non niſi leuibus coniecturis ſcit eſſe verum.

p Vndecimo, Reuelans id, quod iure iurando ſe habiturum ſecretum promiſerat, aut ad alium in ducens, etiam, ſi nullum ſequatur

mas 2.2. quæſt. 89. art. 7. ad 1. *o* Cathecifm. Rom. expoſ. 2. præcep. nu. 25. *p* Colligitur ex cap. Qui habitat 5. quæſt. 5.

a V. vot ū 4 q. 7. *b* arg. c. r. de voto, & voti redēpt. *c* Sum. Coro. trac. de iuram. nu. 25. & 40. *d* S. Tho. 2. 2. q. 98. ar. 3. *e* Angelus verb. Periurium. n. 3. verſiculo. 4. *f* Nauarr. cap. 12. n. 7. *g* Alenſ. p. 3. queſt. o. 31. memb. 4. *h* S. Tho. 2. 2 qu. 13. ar. 1. *i* Panormita. in cap. Cleric. de cohabitatio. clericor. & mulier. *l* S. Antonin. parte ſecūda titul. 10. ca. 4. §. 1. *m* Angelus verbo Iuramentū. 5. §. 1. *n* S. Thq

Digitized by Google

quatur ſcandalum, modò res bona conſcientia poſſit teneri ſecreta.

a Duodecimo, Detorquens Dei verbum ad impia dogmata, ad ſcurrilia, ad ſortes, ad libellos famoſos, & huiuſmodi.

12 *Pœnæ iuris Pontificij, & Ciuilis præſcripta periuris*

Quoad pœnas, *b* Prima periurantium pœna, & principalis eſt infamia, *c* Et incurritur etiam in periurio extraiudiciali, *d* modò iuramentum fuerit ſolemne, & poſtea in foro exteriori de eius violatione ſit condemnatus.

1 *Infamia.*

Et rurſus incurritur hæc infamia in periurio promiſſorio, non autem in aſſertorio. Ratio diſparitatis eſt, quia in hoc qui periurauit, non habet amplius poteſtatem, vt factum redditur infectum. Ei autem, qui ſolemniter aliquid iurando promiſit integrum eſt adimplere, & in propria poteſtate eſt dare veritatem præſtito iuramento.

2 *Pœna criminis ſtellionatus.*

Secundo, Eſt pœna eadem, qua punitur crimen ſtellionatus, nempe exilium ad tempus, *e* & hoc iure ciuili, & reſpectu periurij aſſertorij.

f Promiſſorium verò, præter infamiam, plectitur ſolutione pœnæ contractus, & amiſſione cuiuſcumque commodi ex conuentione prouenientis.

3 *Pœna depoſitionis i periurio extraiudiciali.*

Tertio, Si periuriū ſimplex ſit, priuato homini præiudicium, et iniuriam irrogans, *g* iure Pontificio plectitur pœna depoſitionis ab ordine, ſi clericus ſit; *h* Quod ſi in iudicio falſum dixerit, vltra depoſitionem, detruditur in Monaſterio, acturus de tanto ſcelere pœnitentiam, Si laicus, & crimen, in quo falſum iurando teſtatus eſt, ſit capitale, *i* punitur ea pœna, qua reus, ſi conuictus eſſet, puniri deberet, ſi non ſit capitale, tunc pœna falſi in homine libero eſt deportatio, omniumque bonorum publicatio, *l* in ſeruo autem pœna eſt vltimum ſupplicium.

4 *Priuatio beneficij.*

Quarto, *m* Periurus priuandus eſt beneficio, quare ante ſententiam Iudicis facit fructus ſuos. Et ſi interim renuntiet beneficio, ſententia priuationis eſt nulla, cum iam Clericus eo careat.

Falentia.

n Ceſſat autem hæc pœna, ſi probetur periurium abſque dolo commiſſum, vel non fuiſſe adimpletum iuramentum propter emergentem difficultatem.

Cautio

o Et rurſus hæc omnia procedunt ratione deficientis veritatis, non autem iuſtitiæ, vel iudicij. Ratio, quia formalitas periurij conſiſtit in falſitatem, *p* ad quam defectus iudicij, & iuſtitiæ videntur concurrere tantum ſecundum quid.

5 *Inhabilitas ad beneficij collationem*

Quinto, *q* Collatio beneficij facta periuro, eſt ipſo iure nulla. Ratio, quia eſt infamis. Infami autem notorietate iuris non poteſt conferri beneficium. Ei verò, qui eſt infamis infamia facti,

rite

a Concilij Tridentini ſeſſ. 4. in fin.
b cap. Infames 5. q. 1. & l. Si quis maior, Cod. de tranſaction.
c Baccon. 4 diſtinct. 25. quæſt. 14. ar. 6.
d Argum. cap. Quicunque 6. qu. 1.
e l. Vltima ff. de crimine ſtellionatus.
f Ioannes à Selua de iureiuran. quæſt. vltima.
g Cap. Cū nō ab homine, de iudic.
h Panormitan. in capit. 1. de crimi. falſi.
i l. prima §. prim. ff. de Sicarijs.
l l. prima, §. vltimo, ff. de falſar.
m Diaz. in ſua practica, cap. 86. aliàs 92. *n* Facit Gloſs. in cap. Breue, de iureiurando. *o* Sylueſter verbo Periurium, quæſtione 5. in fine. *p* Couarruuias in capite Quamuis, prima parte, §. 6. numero 9. *q* Panorm. in. cap. Querelam, de iureiuran.

ritè confertur ante ſententiam declaratoriam; *a* modò ne collatio fiat per litteras Apoſtolicas; nam cum iſta requirat morum honeſtatem, omnino à Summi Pontificis mente alienum videtur voluiſſe eligere periuros, & infames, eiſque beneficia conferre.

a López. Salzedo in c. 92.

Explicit Liber Quintus.

LIBER

LIBER SEXTVS

DE SECVNDA PARTE SECVNDI PRÆCEPTI,

ideſt

De Voto, eiuſque natura, conditione, & obligatione.

QVID VOTVM SIT, ſeu quomodo definitur. Cap. I.

a Cicer. 2. de leg. & 3. de natu. Deor.
b S. Th. 2. 2. q 88. ar. 1. Tol. l. 4. c. 17.
c Riccard. 4. d 38. ar. 3. q. 3.
d ca. cum apud de ſponſal.

Voti etymologia.
Acceptio duplex.
Pro deſiderio.
Pro ſponſione Deo facta.
Definitio.

VOTI nomen, *a* quod & apud Ethnicos in vſu fuit, à voluntate deriuatur, ad inſinuandum quod voluntarie fieri debeat. Eiusque acceptio duplex eſt, cum & pro deſiderio, & pro ſponſione Deo facta vſurpetur.

Definitur votum ſecundo modo acceptum, quod ſit *b* voluntaria, & deliberata promiſſio, ſaltem interior, Deo facta, de aliquo bono maiori, à Superiori non reuocata.

Promiſſio eſt loco generis, ſine qua nunquam erit votum, *c* Et ſatis eſt, ſi nude fiat, abſque præuia interrogatione, & abſque fidei, aut iuramenti interpoſitione, Et adhuc ſatis eſt ſi mentaliter fiat, ac proinde verba, teſtes, & ſcriptura *d* ſolum ſpectant ad expreſſiorem voti firmitatem. Item ſatis erit, ſi implicitè promittatur,

Digitized by Google

tur,vt contingit in ſuſcipiente ſacros ordines: *a* Nam hic ex Occidentalis Eccleſię inſtitutione, voto adſtringitur caſtitatis,etiã ſi ipſe non intendat ſe obligare; *b* Nam poſito quod ordinari voluerit, neceſſario etiam cenſetur velle votum conſequens ordinem.

Ad votum satis eſt implicita promiſſio.

Nec obſtat, *c* quod Eccleſia neminem cogat vouere;hoc enim intelligitur de principali,non de acceſſorio. Et ita quidem Eccleſia neminem cogit ſuſcipere ſacros ordines,Caſtitas autem inſequitur ſacrorum ordinum ſuſceptionem. Imo ſi quis dum ſacris initiatur, proteſtaretur ſe nolle ad caſtitatẽ obligare,adhuc obligaretur, *d* ſaltem ex vi ſtatuti Eccleſiaſtici inhabilitantis huiuſmodi homines ad matrimonium, ſicut inhabitauit & alios initos,vt ſeruos,ut frigidos,&c.

Poteſt Eccleſia etiam initum inhabilitare ad matrimonium.

e Ex vi eiuſdem Eccleſiaſtici ſtatuti teneretur pueri ad caſtitatem, ſi ſacros ordines tunc reciperent, quamuis ſi dum peruenerint ad vſum rationis nolint acceptare miniſterium,eſſet cum eis diſpenſandum.

Quid ſi puer ſatis initiaretur.

Sicut autem ad voti eſſentiam neceſſaria eſt promiſſio,*f* ita non ſufficit nudum propoſitũ,quamuis diu duraret, & verbis aſſertorijs quidem, non autem promiſſorijs exprimeretur.

Propoſitum nõ eſt ſatis ad votum.

g Probatur primo,quia propoſitum ex ſe non importat affirmationem, vel negationem, vnde & mentiri dicitur non qui propo-
1 ſitum,ſed qui promiſſionem non adimplet.
2 Probatur ſecundo,quia per propoſitum nemo, ad alium ordinatur; cum tamen per votum homo obligetur Deo. Hinc.

1. Corollar.

h Infertur primo,quod ſuſceptio habitus religioſi cum firmo propoſito perſeuerandi,non eſt votum ſimplex:quia non eſt promiſſio, & multo minus poteſt eſſe votum ſolemne; cum enim hoc non contingat ſine vtriuſque partis obligatione, adhuc tamen integrum eſt Superioribus nouitium tale propoſitum habentem expellere.

Contrariũ docuerunt. Hoſtien. Butrio.

Contrarium docuerunt *i* Hoſtien. Butrio, & *l* alij,innixi authoritati *m* aliquorum canonum, in quibus propoſitum mutandi vitam cum habitus ſuſceptione reputatur pro voto.

Soluitur eorũ obiectio

Sed certè in illis non accipitur nudum propoſitum,*n* ſed implicita ſaltem, & virtuali promiſſione firmatum; Vnde clericus,qui cum huiuſmodi virtuali promiſſionẽ habitum ſuſcepit, videtur renuntiaſſe anno probationis, atque adeo verè expoliatur beneficio,alterque confertur.

2. Corollar.

Infertur ſecundo,*o* quod Nouitius dimittens Religionem,modò Deo priuatim nõ promiſerit perſeuerare, nè venialiter quidẽ peccat, ſi ſubſit cauſa rationabilis.

3. Corollar.

Infertur tertio, *p* quod ad votum non quælibet promiſſio, ſed mature,& deliberata requiritur.

Infertur

a ca. Erubeſcãt, diſtinct. 32. & cap. 1. de cleric. coniug. *b* Nauarr. Manua. c. 22. n. 52. *c* cap. 1. ille gitas. 22. q. 1. *d* Scot. 4. diſtinc. 37. verſ. Dico igitur. *e* Ledeſm. 2. 4. q. 55. ar. 4. *f* S. Thom. 2. 2. qu. 88. ar. 1. *g* Gabr. 4. diſtin. 38. art. 1. not. 2. quæſt. 1. litera C. *h* Sot. libr. 7. de iuſti. quęſt. prĩ ar. 2. in fine. *i* in c. Conſuli, de regular. *l* Boie. Vincent. Io. Andre. &c. *m* cap. Beneficium, de Regul. in 6 cap. conſulti, de Regul. & c. ſtatuimus. *n* Colligitur ex cap. Literaturã de voto. & voti redempt. *o* Nau. Man. c. 12 num. 26. *p* S. Bonauent. 4. diſtinct. 38. art. 1. q. 1. numer. 14.

a S. Tho. 2.2. quæſt. 88. art. 5. *a* S. Anto. 2.p. tit. 11. c. 1. §. vlt.

a Infertur quarto, quod huiuſmodi promiſſio ad votum neceſſaria Deò fieri debet. *4. Corollar.*

Primo, quia nemo niſi Deo poteſt ſe totum obligare.

Secundo, quia actus Latriæ, cuiuſmodi eſt votum, non niſi Deo cõpetit; vnde vota, quæ Sanctis nuncupantur, eatenus vota ſunt, quatenus promittitur eis aliquid adimplendum ob Dei amorem; ac proinde fiunt Deo principaliter; Sanctis verò in quantum participatiuè Dij ſunt, ideſt quatenus Deus eſt, qui in eis honoratur. Idem dicendum de votis, quę fiunt ſuperioribus, *a* & ſimiliter vota, quæ fiunt Sanctis ad gratiam aliquam obtinendam, intelliguntur quatenus eorum interceſſio efficax eſt apud Deum ad gratiã impetrandam. Itaque Deo votum, homini vero non niſi promiſſio fieri poteſt.

Vota, quæ Sanctis nũcupantur etiam Deo fiunt.

b Med. l. r. inſtr. Cõf. c. 14. §. 6.

b Infertur quinto, votum debere eſſe de bono meliori, ita vt oppoſitum eius ſit minus bonum, & minus Deo gratum. *5. Corollar.*

c Sebaſtia. Med ſum. pecc. cap. tit. 2. q. 38.

c Infertur ſexto, eſſe neceſſarium in voto ne promiſſio à Superiore reuocata ſit; Subditus enim non eſt ſuæ poteſtatis. *6 Corollar.*

d S. Tho. loc. cit. *e* Eccle. 15. Iſai. 19. Pſ. 75. &c.

Infertur ſeptimo, ex definitione actũ vouendi eſſe vtilem, piũ, & ſanctum, *d* cum per ipſum exerceatur opus præſtanti quadam circumſtantia inſignitum, nempè gloria Dei, *e* vnde paſsim à Scripturis laudatur. *7. Corollar. ex definitione. Voti dignitas.*

f Aug. lib. de virgin. c. 8. *g* S. Anſel. l. de ſimil. c. 84. *h* Ariſt. 3. Ethic. c. 4.

Infertur octauo, cæteris paribus, magis meritorium eſſe opus factum ex voto, quam ſine. *f* Primo, quia actus verbi gratia caſtitatis per votum imperatur ab eminentiori virtute, nempè à Religione. Secundo, quia operans ex voto magis ſe ſubijcit Deo, ideſt nedum quoad actum, ſed etiam quoad facultatem, ne poſsit de cætero contrarium facere, *g* Quod declaratur exemplo eius, qui non ſolum fructus, ſed etiam arborem alteri elargitur. Tertio, quia per votum voluntas in bonum firmatur, *h* operari autem per voluntatem ita affectam, ſpectat ad virtutis perfectionem. *8. Corollar.*

De variis voti Diuiſionibus.
Cap. II.

Prima diuiſio. Votum aut Perſonale Reale Mixtum

PRima Diuiſio, votum vel eſt Perſonale, quatenus ſcilicet tantũ à viuẽte impleri poteſt, vt Caſtitas, Ieiuniũ, &c. vel Reale, quod etiam ab alijs, vt Eleemoſyna; vel mixtum, cum quis Deo rem ſimul, & perſonam promittit. *a* Cæterum pater reſpectu filij poteſt irritare votum perſonale vſque ad decimum quartũ eius annum, reale verò vſque ad vigeſimmumquintum. *a Tol. li. 4. inſtr. Sac. c. 18.*

2 Temporale Perpetuum.

Secunda, Votum vel Temporale, obligans ſcilicet vſque ad pręſcriptum tempus, uel Perpetuum.

3 Abſolutum Conditionatum, & hoc Pure conditionatum. Conditionatum pœnale

Tertia, uotum uel Abſolutum, uel Conditionatum, Et hoc uel purè conditionatum, ut cum quis uouet uerbi gratia ieiunium, ſi ab infirmitate conualuerit, uel conditionatum pœnale, ut cum quis vouet ſe pœnam ſubiturum, ſi verbi gratia blaſphemauerit.

4 Simplex. Solemne. Hæc differũt 1 a' effectu 2 a priori.

Quarta. Aliud ſimplex, aliud ſolẽne, & hoc eſt, quod tacitè, uel expreſsè emittitur in Religionibus approbatis, & quod annectitur ſacris ordinibus. *b Coll. ex c. vnic. de voto, & voti redẽ pr. in 6.*

Differunt autem. *b* Primo à poſteriori, Nam ſimplex non dirimit contractum matrimonium, & contrahendum eatenus impedit quod ſi caſtitatis ſit, non poteſt contrahi ſine peccato, Solemne verò, & contractum dirimit, & abſolutè dirimit contrahendum. *c* Secundo votum enim Solemne de iure diuino, & naturali conſiſtit in actuali dedicatione, & traditione proprij corporis, & libertatis, ita vt vtriuſque dominium in Deum tráſferatur, interueniente acceptatione illius, qui Dei vicem, gerit, Votum autem Simplex cõſiſtit in nuda promiſsione, qua quis uel in futuro, uel in pręſenti uouet, uerbi gratia caſtitatem, hic enim quia ad huc retinet ſui dominium, poteſt ſe ſe alteri in matrimonium dare, quamuis non ſine peccato, cum faciat contra fidelitatem Deo in uoto Simplici caſtitatis præſtitam, *d* & ſi uiuſmodi uotum ſolemne ſit Religionis, per ſe dirimit matrimonium poſtea contractum; Si uero ordini ſacro annexum, non niſi per accidens. Ratio primi eſt, quia cum per uotum Religionis primariò quis ſe abdicet dominio ſui ipſius, tradatque actualiter illud Deo certè primario etiam, & per ſe reddetur inhabilis ad ea facienda, quæ directè tali traditioni contrariantur, cuiuſmodi eſt matrimonium, idque necdum de iure naturæ: quia committitur furtum ſurripiendo à Deo quod ſuum eſt furti autem

c Altiſiod. l. 3. ſumm. tr. 22 c. 2. q. 3. & 4.

d Caiet. t. 1. opuſ. 29

Differentia inter uotum ſolemne Religionis, & anexum ordini ſacro.

pro

a Matt. 19

prohibitio eſt, non ſolum de iure naturæ, ſed etiam de iure diuino, cum ſtatus ſequendi Chriſtum *a* ab eo fuerit iſtitutus. Ratio ſecundi, eſt quia pendet ab eccleſiaſtica inſtitutione, ac proinde poteſt votum caſtitatis à ſacris ordinibus ab eadem eccleſia ſeparari, & hoc totum colligitur ex *b* Tridentino. Et hinc appa ret excellentia ſtatus Religioſi, ita ut merito *c* Profeſſio, quæ in eo fit, appelletur holocauſtum, *d* & per eam peccata omnia dimittantur.

b Seſſ. 24. de Refor. matrim. can. 9.

c Gregor. hom. 20. in Ezech.

Status Religioſi perfectio.

Contrarium videtur docuiſſe primo *e* S. Thom. ſcilicet uoti ſolemnis eſſentiam conſiſtere in benedictione, quæ fit dum emittitur, & ſolemnizatur profeſſio, & in conſecratione, quæ intercedit in ordinis ſacri ſuſceptione.

d S. Th. 2. 2 q. 189. a. 3. ad. 3.

e p. 2. q. 88 ar. 7.

Sed contra. Eſſentia rei eſt inamouibilis ab ipſa re, At profiteri quis poteſt in Religione ſine benedictionum ceremonijs, & illæ fiunt potius veſtibus, quam perſonis, & ſimiliter, vt græca Eccleſia, ſic & latina poſset ſtatuere ne votum caſtitatis ſacrorum ordinum ſuſceptionem inſequatur.

Voti ſolemnis eſſentia non conſiſtit in benedictione & conſecratione.

Contrarium Secundo docuerunt *f* Scot. *g* Hera. & *h* Alij aientes, hanc eandem voti ſolemnis eſſentiam conſiſtere in ſola Eccleſiæ conſtitutione.

Nec in Eccleſia conſtitutione.

f 4. d. 38. § Ratio igitur.

g Quod l. 2. q. 25.

h Palatius Palu. Gerſon, &c.

Probant primo. Poſſet Pontifex inhabilitare ad matrimoniũ, eum, qui voueret Religionem coram tribus teſtibus; ergo voti ſolemnitas tantum ex Eccleſiæ inſtitutione dependet.

Reſpondeo. Hinc tantum ſequi ab Eccleſia pendere inſtitutionem conditionum, & circunſtantiarum requiſitarum pro actuali traditione, quæ fit Deo per votum ſolemne, non autem ab ea pendere votum ſolemne; Ita à ſimili, licet ſacramentum matrimonii ſit de iure naturali, & diuino validum, nec non & validum ſit teſtamentum à quocunque factum de vtroque ſupradicto iure, adhuc tamen ius poſitiuum apponit conditione ſine quibus, nec matrimonium, nec teſtamentum poteſt eſse ratum, Itaque concluditur tantum argumentum *i* voti ſolemnitatem eſſe de iure poſitiuo, non ipſum votum ſolemne, hoc enim eſt de iure diuino, & naturali.

Soluitur prima ratio.

Non votum ſolẽne, ſed uoti ſolẽnitas eſt de iure poſitiuo.

i c. vnico de voto, & voti redemptione.

Probatur. Secundo votum emiſsum in Religione non approbata non ligat, ergo votum ſolemne dependet ab Eccleſiæ inſtitutione, quæ ſcilicet facit, vt hæc, vel illa Religio ſit approbata.

Reſpondetur negando conſequentiam.

CA-.

De materia voti. Caput. III.

Voti materia non niſi quod bonũ eſt.

CErtum eſt. *a* Primo propriam voti materiam eſſe actum alicuius virtutis, ſeu rem bonam. Ratio eſt, quia votum eſt promiſſio facta Deo, cui nihil eſt acceptum niſi bonum, & præterea, quia vt inclinatio naturalis reſpicit bonum naturale: ita & inclinatio moralis obligandi ſe Deo per votum ſolum bonum morale ſecundum rectam rationem reſpicit.

a Azor. p. p. Inſt. Moral. l. 2. c. 14. poſt dubium 5.

Hoc bonũ potiſſimũ ẽ ſupererogationis quia hoc ẽ maxime voluntarium.

Certum eſt Secundo *b* hoc bonum potiſſimum eſſe ſupererogationis, id eſt, ad quod nullam ex præcepto obligationem habemus. Ratio quia votum eſt promiſſio boni voluntarij, bonum autem ſupererogationis maximè omnium eſt volũtarium.

Votum de re peccamino ſa non ẽ uotũ, ſed duplex iniquitas.

Vota fiunt illicita.

Certum eſt. Tertio *c* votum de re, quæ peccatum ſit, non eſſe votum; ſed duplex peccatum, alterum prauæ voluntatis, verbi gratia, furandi, alterum ſacrilegij, ratione iniuriæ, quæ Deo irrogatur, dum ei promittitur, quod illi maximè diſplicet: *d* quare vtraque hæc malitia in confeſſione explicanda eſt, *e* & vt peccetur, ſatis erit propoſitum promittendi rem illicitam & ſi non adſit animus obſeruandi, hoc autem intelligitur de illicito ſecundum ſe, & ex obiecto.

Vt autem ſciatur an votum de re bona, factum tamen ob prauum finem, teneat Not. ex *f* Caiet. Vota ſex modis fieri illicita, vel ſimpliciter, vel in parte.

Primo promittendo, quod in ſe eſt illicitum, vt furari, & hoc eſt duplex peccatum, vt ſupra.

2 Secundo promittendo, quod in ſe eſt illicitum, ſed ob malum finem, vt dare elemoſinam ob vanam gloriam, *g* & tale votum eſt nullum, imò eſt pec. iuxtà qualitatem finis venialis, vel mortalis. Ratio, quia res ſortitur ſpeciem ab obiecto.

3 Tertio promittendo licitum ad obtinendam illicitam petitionem, vt eleemoſinam ad iniuſtitiam vindictã, *h* & hoc eſt potius blaſpemia, quàm votum.

Soluitur obiectio.

Nec obſtat, *i* quod ſimiles promiſſiones factæ hominibus valeant nam cum ab homine expectari poſſit obſequium turpe, pretio æſtimabile, ideo promiſſio pro eo facta, valida eſt; à Deo autem tale obſequium expectare, cũ ſit blaſphemum, ideo votum huiuſmodi erit inualidum.

b Fulgent. lib. de fide ad Petrũ cap. 1.
c c. in malis 2. 2. q. 4.
d Rodr. 2. p. ſũ. c. 94. concl. 3.
e Arag. 2. 2. q. 88. a. 2.
f Verbo votũ. §. 2.
g Ricc. 4. d. 38. ar. 1. q. 1.
h Nau. Manu. ca. 12. nu. 30.
i Couar. I Reg. peccatũ p. 2. §. 2. nu. 2.

Quarto

Quarto, Promittendo licitum, pro illicito obtẽto, quaſi in gra-
tiarum actionem, *a* & hoc etiam non eſt votum, ſed blaſphemia,
cum ſit facere Deum authorem mali.

Quinto, Promittendo licitum pro petitione licita, ex cauſa ta- 5
men turpi pendente, vt ſi quis habens concubinam voueat Deo
eleemoſynam, ſi ex ea prolem ſuſceperit, *b* & hoc eſt obligatoriũ
ſi conditio impleatur, cum votum non cadat ſuper coitu illicito;
ſed ſuper dono filij, quamuis præſupponat coitum illicitum: cæ-
terum qui ſic uouet non tenetur retinere concubinam, vt faciat,
quod in ſe eſt ad uotum adimplendum: quia præſuppoſitum eſt
malum, & illicitum.

Idem dicendum de eo, qui pugnaturus in duello vouet aliquid
Deo ſi incolumis euaſerit, & de meretrice, quæ vouet dimidium
turpis lucri, modò ne morbo gallico opprimatur, & de fure, mo-
dò ne inueniatur in fraganti: hæc enim omnia vota ualent, non
quidem ad meritum, ſed ad obligationem. *c* Ratio, quia in hjs, &
ſimilibus effectibus, pro quo quis vouet eſt res bona, quæ non niſi
materialiter eſt coniuncta cum re mala, ac proindè non participat
eius peccaminoſam deformitatem, iure igitur proea, ut pro re
bona uotum erit obligatorium impleta conditione. 6

Aliqua vota valent ad obligationẽ, non ad meritum.

Sexto, Promittendo licitum purè conditionaliter, opponendo
illi euentum licitum, vt cum quis ad hoc vt caueat ab adulterio
vouet Religionem ſi illud commiſerit, *d* & hoc obligat aduenien-
te conditione. 7

Adde ſeptimo, ex eodem *e* Caiet. poſſe quempiam vouere lici-
tum, ex motiuo quidem illicito, quod tamen non ſit finis prima-
rius, ſed ſecundarius, vt ſi quis verbi gratia voueret Religionem
non dirigendo quidem primario ſua vota in finem luxuriæ, ſed
ſperans, quod indè habebit occaſiones luxuriãdi, & tũc ſic vouẽs,
licet peccet mortaliter, uotum tamen obligat. Ratio, quia cau-
ſa impulſiua non vitiat rem promiſſam, quæ in ſe bona eſt, ſed a-
ctum promittentis, ideoque tenetur mutare hanc ſecundariam in-
tentionem, & de ea pænitere.

Cauſa impulſiua non vitiat rem promiſſam, ſed actũ promittentis.

Certum eſt quarto, votum de re abſolutè neceſſaria, vel impoſ-
ſibili non tenere, vt uotum de moriendo, vel volando. *f* Ratio,
quia uotum eſt de re uoluntaria.

Votum de re abſolutè neceſſaria, vel impoſſibili ẽ nullum.

Hinc colligitur quid ſentiendum ſit de illis uotis quæ fiunt de
non committendo peccato. hoc enim votum poteſt fieri primo
de vitando peccato mortali in genere. ſecundo, in ſpecie. tertio,
de vitando veniali, in ſpecie. quarto, in genere.

Votũ de abſtinẽdo a mortali in genere ẽ validum. Multo magis in ſpẽ.

Primo modo validum eſt, quidquid in cõtrarium doceat *g* Na-
uarr. Ratio, quia obiectum eſt bonum, & poſſibile ex Dei gratia,
h quam omnibus conferre paratus eſt. Conſulendum tamen eſt,
ne eiuſmodi votum paſſim emittatur, præſertim quantum ad pec-
cata cordis, pro vitandis ſcrupulis, cum difficillimè cognoſci que-
at, quando vouens noxijs cogitationibus aſsenſum dederit.

i Secundo modo etiam eſt ualidum, & laudabile.

a Angl. 4. ſent. q. de voto ar. 1. diffic. 11.
b Nau. Manua. c. 12. n. 31.
c Valẽ. to. 3. diſp. 6. q. 6. punc. 2.
d Sylue. v. votum, 2. q. 2. verſ. Tertium.
e 2. 2. q. 88 ar. 2.
f Sot. 7. Iuſti. q. 1. a. 3
g Nau. ca. 12. n. 65.
h Trid. ſeſ. 6. cap. 15.
i Azor. p. 1. inſt. moral. l. 11. c. 14. dub. 4.

de veniali in prece.
Votũ de abſtinendo à veniali ē irritum.

a Similiter & votum tertio modo validum e[illegible] cum ſit de re bona, & poſſibili per Dei gratiam.

Tantum ergo votum quarto modo erit inualidum, b cũ ſit de re penitus ſecundum viam ordinariam impoſſibili.

Sed an qui tale emiſerit votum, abſtinendi ſcilicet à venialibus ab ijs ſaltem, quæ vitare poteſt, teneatur abſtinere ex vi voti.

Reſpondeo negatiuè, atque adeo talis venialiter peccans, non magis peccat, quam ſi votum non emiſiſſet. c Ratio quia cum votum illud abſolutè nullum ſit, vt potè de re impoſſibili, ad nihil omninò obligat.

Contrarium docuit d Angles: Probat, Vouet quis verbi gratia dare centum aureos in eleemoſynam, ſi non poſsit tot erogare, tenetur iuxta poſsibilitatem; ergò à ſimili, quamuis nequeat quis abſtinere ab omnibus venialibus, tenebitur tamen ex vi voti abſtinere à quibus poteſt.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem: Votum enim illud de eleemoſyna erat de re bona, & poſsibili, quare ex ui talis uoti tenetur quis ſaltem iuxta poſsibilitatē: at uotũ de uitandis omnibus uenialibus, cum cadat ſupra materiam, quæ ſimul ſumpta eſt impoſsibilis, minimè obligat ad aliquid ſui faciendum ex ui voti.

a Rodrig. p. 2. ſum. c. 94. concl. 4.
b Concil. Mileuit. c. 6. 7. & 8. Trid. ſeſſ. 6. can. 23.
c Valē. to. 3. diſpu. 6. q. 6. punc. 2.
d q. de voto 2. 1. diffic. 8.

Corollariū.

e Et hinc etiam intelligitur, quomodo vouens confiteri omnia venialia, non teneatur niſi de ijs, quæ tunc meminerit, hoc enim tantum poſsibile eſt, neque proinde tenebitur confiteri, quę poſtea in memoriam ſubibunt.

e Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 2.

Votum de rebus indifferentibus eſt nullum.

f Certum eſt quinto, votum de rebus omnino indifferentibus eſſe nullum. Ratio, quia uotum debet eſſe de rebus bonis, & Deo gratis, cuiuſmodi non ſunt indifferentes, g imo ſic uouens peccat uenialiter. Ratio, quia malum eſt uelle Deo per res uanas reuerentiam exhibere.

f S. Tho. 2. 2. q. 88. a. 2.
g Eman. ſan v. votum, § 1.

Limitatio.

Hoc autem intelligitur, quatenus conſideratis omnibus circumſtantijs adhuc res manent indifferentes, cum ſæpiſsimè reſpectu illarum euadant bonæ, & conſequenter uotum de illis erit obligatorium.

Submonitio.

In dubijs autem an uotum ſit de re purè indifferenti, petenda eſt diſpenſatio, cum non poſsit propria authoritate infringi.

Sylu. v. votum qu. 3. verſ. 3.

Certum eſt ſexto, uota facta in uniuerſali, quæ tamen in particulari poſſunt eſse bona, & mala, fieri non debere: facta autem intelligenda eſsē tantum reſpectu boni, cui poſsint applicari. Vnde iuramentum factum ab Herode puellæ ſaltanti, fuit imprudenter factum, & impiè adimpletum. idem dicendum de iuramento illo h Iephte, i nam quamuis aliàs hic inter iuſtos veteris legis numeretur, non tamen inde ſequitur nunquam peccaſſe, & ubi dicitur in eo loco Spiritum ſanctum fuiſſe ſuper Iephte, intelligitur ratione diuini zeli, quo Ammonitas Dei hoſtes, abortus eſt, non de iuramento.

Herodes Iephte

h Iudic. 11.
i Hebr. 11.

Vota licitè ſunt pro bonis temporalibus.

Certum eſt ſeptimo, l Vota licitè fieri pro bonis temporalibus, unde & m Iacob uouit Domino dicens, Si cuſtodierit me in uia, ſi dederit mihi panem &c. His ergo, quę certa ſunt præmiſsis.

l Gabr. 4. d. 38. ar. 1. q. 2 lra. c.
m Gen. 28.

Dubita-

Dubitatur Primo an de re, lege naturali, vel diuina aliàs, præcepta, votum fieri poſſit *a*. Reſpondeo affirmatiue, & Probatur. — *Quæſtio.1*

a S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 2.

Primo ſunt bona, & voluntaria, ergo voueri poſſunt; quod bona ſint, patet, aliàs non præciperentur; quod voluntaria, probatur: nam quamuis ex ſuppoſitione finis, nempè æternæ beatitudinis, neceſſitatem importent; prout tamen ſubijciuntur noſtræ voluntati, liberè, & ſpontaneè fiunt, cum poſſet quis nolle adſpici vltimum finē, & ideo poſſumus nos ad illa opera per votum, vinculo arctori conſtringere. — *De re alias præcepta iure diuino, vel naturali licite emitti votum. Probatur primo ratione. Quia bona, et voluntaria.*

Secundo à Simili, nam etſi obligetur homo lege naturali, & diuina ad non furandum, verbi gratia, adhuc tamen ad idem obligari potuit lege ciuili, & quos uirtutis honeſtas non mouet, pœnę ſaltem metus cohibeat. — *Secundo a ſimili. Tertio ex praxi.*

Tertio ex praxi, nam Religioſi, & ſacris ordinibus initiati, nouo voti uinculo à fornicando arcentur, à quo tamen antea, lege, diuina, & naturali prohibebantur.

b Gen. 28. Quarto ex Scriptura. Nam *b* Iacob vouit ſe Deum ueneraturum, ſi eum è malo præſeruaſſet, cum tamen prius ad Deum colēdum lege naturali & diuina obligaretur.

c parte. 2. Contrarium docuit *c* Gerſon, ita ut ſi quis uoueri rem debitam ſub præcepto, & contrarium fecerit, non peccet grauius, quā ſi uotum non emiſiſſet.

Probatur primo, quia aliàs Deo fieret iniuria plus tribuēdo propriæ voluntati, quàm eius legi.

Reſpondeo negando conſequentiam, cauſæ enim ob quas emittitur uotum de re alias præcepta, ſunt ut firmius, & uigilatius perſoluatur, ut duplici uinculo uoluntas noſtra immobiliter in bono firmetur, & ut opus reddatur magis meritorium cum per uotùm ſpectare incipiat ad eminentiorem uirtutem, nempe Religionem. — *Soluitur prima Gerſonis Ratio.*

Probatur ſecūdo, ſequeretur, quòd rem ſemel uoto promiſsā poſſent quis multoties vouere, & tunc per tranſgreſſionem, poſſent circa eundem actum plura peccata committi, ſi ergo non ualet ſecundum uotum, quia iam aderat primum, ergo, nec ualebit uotum de re, quæ ante erat ſub præcepto.

Reſpondeo negando conſequentiam, reiteratio enim voti non eſt uoti multiplicatio, ſed confirmatio, ideòque per tranſgreſſionem non multiplicantur peccata: unde & qui in duabus Religionibus profiteretur, uioiando uota, & ſi grauius peccaret: tamen non niſi unum peccatum committeret. At uero cum obligatio uoti, ſit diuerſa ab obligatione præcepti, meritò bis peccabit, qui rem ante ſub præcepto iniunctam, & deinde uoto promiſſam, non obſeruabit. — *Soluitur ſecunda obiectio.*

Probatur tertio. Lex humana nullam nouam obligationem inducit ſupra legem naturalem, & diuinam de eadem re, ergo nec uotum. — *Soluitur tertia obiectio.*

Reſpondeo maiorem tantum eſſe ueram de ijs legibus huma-

Digitized by Google

nis, quæ actum ante præceptum diuina uel naturali lege non mutant in aliam ſpeciem, ſecus quando mutant, unde actus reſtituendi lege diuina præceptus, & naturali, ſi rurſus humana præcipiatur, ad eandem iuſtitiam ſpectabit, at ſi à Prelato ſub uirtute obedientiæ iniungatur ſpectabit, ad obedientiam, ideoque noua inducitur obligatio, & per tranſgreſſionem duplex committetur peccatum ſcilicet iniuſtitiæ, & inobedientiæ, cum ergo per uotum transferatur actus præceptus à lege naturali, & diuina in aliam ſpeciem, nempè Religionis, meritò per ipſum inducitur noua obligatio.

Leges humana inducũt nouã obligatiõnẽ ſupra eã præceptũ lege diuina vel naturali quãdo illũ trãsferũt in aliã ſpeciem.

Probat quarto, authoritate D. Tho. afferentis; *a* Votum de operibus præceptorum, non habere complete rationem uoti, ſed dici communiter uotum, & eius fractionem non inducere nouum peccatum.

a 4. d. 38. q. 1. a. 4. q̄ſtiuncula prima.

Soluitur quarta obiectio.

b Reſpondeo per li complete, Diu. Thom. intelligere, quòd non ſit tantum votum, ſed etiam præceptum, ideoque appellat illud votum communiter ideſt, de materia communi votis, & præceptis. Quod verò addit fractionem voti de re præcepta, non inducere nouum peccatum verum eſt, quia ibi non eſt niſi vnicus actus, duplicem habens malitiam.

b Caiet. 2. 2. q. 88. a. 2.

Corollar.

Ex dictis ſequitur, quòd vouens dare eleemoſinam, ſi nihil aliud expreſsit, non ſatisfaciet dando illam conſtituto in extrema neceſſitate, quia votum regulariter fit de re, quę cadit ſub cõſilio eleemoſina vero danda eſt ſub præcepto, ei qui eſt in extrema neceſſitate. Eademque ratione pœnitentia iniuncta non adimpletur per ea, ad quæ quis aliàs ſub præcepto obligatur.

Quæſt. 2.

Dubitatur ſecundo. An in baptiſmo fiat propriè votum, promittendo Deo obſeruantiam præceptorum eius, & abrenuntiationem Sathanæ.

c S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. § 2.

Promiſſio quæ fit ĩ baptiſmo non eſt uotum.

c Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia neque verba in baptiſmo vſurpata, quę ſunt credo, volo, abrenuntio, votum ſignificant, neque aliquod Eccleſiaſticum ſtatutum declarauit eſſe votum, neque id poteſt colligi ex natura profeſſionis Religionis Chriſtianæ, quàm ſatis eſt credere, & ore profiteri, cum propoſito mutandi vitam, abſque voto.

Adde quod cum vouere ſit opus conſilij, & baptizari ſit opus præcepti fieri nequit, vt vnum in alio contineatur.

Demum in baptiſmo Patrinus eſt, qui promittit, cum tamen vnuſquiſque non alieno, ſed proprio voto ligari debeat.

d 4. d. 38. *e* 2. 2. q. 88. ar. 2.

Contrariũ ſentiẽtes uoti nomẽ abuſiuè vſurpãt.

Contrarium viſi ſunt docuiſſe *d* Magiſter, *e* & D. Th. Sed certe hi voti nomen impropriè, & abuſiuè vſurparunt.

f S. Bonau. 4. d. 38. ar. 1. q. 1.

Quæſt. 3.

Vota cõtra conſilia Euãgelica illicita ſunt.

Dubitatur tertio, An de rebus, quæ Euangelicis repugnant cõſilijs licite voueatur. *f* Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia votum eſt de re grata Deo, atquę ſunt contra eius conſilia, non ſunt grata Deo.

Obijcitur primo, quod licitum eſt facere, licitum eſt vouere, ſed licitum eſt facere, quod eſt oppoſitum Euangelicis conſilijs, ergo, & licitum erit vouere.

Digitized by Google

Reſpondeo maiorem eſse ſupplendam ſic, quod licitum eſt facere, vt gratum Deo licitum eſt vouere, & tunc minor erit falſa. *Soluitur prima obiectio.*

Obijcitur ſecundo. Votum de perpetuo ſeruitio impendendo hoſpitali eſt obligatorium, at hoc eſt impeditiuum ingreſſus Religionis, & conſequenter oppoſitum Euangelico conſilio.

Reſpondeo in caſu quo euaderet, impedimentum Religionis ceſſare. Adde quod non deſunt Religiones, quorum præcipuum inſtitutum hoc idem eſt. *Soluitur ſecūda exmēte propria Cautio.*

Huiuſmodi autem inualiditas votorum contra Euangelica cōſilia attendi debet ſimpliciter, & abſolutè, non in particulari, cū poſsit ob circunſtantiam cōtingere non eſſe bonum facere hic et nunc, quod in vniuerſali eſt ſub conſilio, non enim eſt bonum mutuare ei, qui vtetur ad luxuriam, *a* nec ingredi Monaſterium vbi regula non obſeruatur. *a Nau. ca. 12. n. 36.*

Hinc et ſequitur, quòd vouēs ſe nunquā ſine verbo, vel ſcripto vel prudentum cōſilio votum emiſſurum, bene vouet, *b* quia licet abſolutè, ſit conſilium Euangelicum uouere, quia tamen bonum eſt non eſt uouere præcipitanter, quod cohibetur cum fit mediante, uerbo, uel ſcriptura, uel conſilio, ideo tale votum erit obligatorium, & contrauenïendo peccabit, ſi recordetur voti prius emiſsi, & votum hoc poſterius in eo caſu, ſi ſit de re bona erit etiam ualidum. Ratio primi eſt, quia ſi non recordatur, non præſumitur habere intentionem uiolandi uotum prius emiſſum. Ratio ſecundi eſt, quia ad voti rationem ſatis eſt uelle ſe obligare, cum res, quæ promittitur bona eſt. *b Syl. V. votū 2. q. 7.* *1. Corollar.*

Demum infertur, *c* quod vouens abſolute ſe non futurum Epiſcopum, uel ſenatorem, non obligatur; cum ſtatus op poſiti ſint perfectiores; obligaretur tamen ratione circumſtantiæ nempè ſi uotum eiuſmodi factum ſit habita periculi, uel propriæ imbecillitatis ratione *d* ſemper tamen ad licitam acceptationem tutius eſset diſpenſationem uoti à ſuperiore obtinere. *c So. 10. iuſta q. 2. a. 2.* *d fauet cōſtō Greg. XIII. Aſcendente Domino.* *2. Corollar.* *Quæſt. 4.*

Dubitatur quarto. An & quale pecc. ſit emittere uotum de rebus, quę conſilijs Euangelicis repugnent. *e Sū. cor. p. 3. tr. de voto, n. 5.* *Votū cōtra Euāgelica conſilia regulariter eſt pec. ueniale mor. autem ē.*

e Reſpondeo. Regulariter eſſe ſolum ueniale, imò tanta poſſe eſse ignorantia, ut omnino non peccaretur.

Eſt autem peccat. mortal. primo, cum qui ita uouet, intendit uelle non obſeruare conſilium quando caderet ſub præcepto, ut uerbi gratia, non dare eleemoſinam etiam extremè egenti. Secundo cum fieret in contemptum diuinorum conſiliorum.

Dubitatur quinto. An poſsit fieri uotum de rebus, quæ maius bonum impediunt. *Quæſt. 5.* *f Palud. 4. d. 38. q. 1.* *Votū de bono quod nō priuat abſolute maiori bono eſt licitum.*

f Reſpondeo. De bonis quæ nō priuant abſolutè maiori bono licitè poſſe uoueri, ut de ingreſſu laxioris Religionis, &c. ſecus de ijs, quæ cum maiori bono ſunt omnino incompoſsibilia. Ratio, quia non requiritur, ut materia uoti, ſed res optima, ſed bona

præſertim ſi ex ſui natura non prohibetur commutari in melius.

Quæſt. 6.

Dubitatur ſexto. An votum de nubendo, quod eſt omnino incompatibile cum Religionis ſit ualidum.

Votũ de nubendo inualidum.

a Reſpondeo negatiuè. Ratio quia ſtatus matrimonialis reſpecto continentium b eſt deſcenſio quædam, Deus autem ſuadet hominib. aſcẽſiones, iuxta illud c Beatus vir cuius eſt auxilium ab ſte, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, non autem deſcenſiones, & præſertim quæ ex natura ſua excludunt, quod Deo eſt acceptius.

a Tab. IV. votũ in fi. b 1. Cor. 7. c Pſ. 83.

Obijcies, Iuramentum homini præſtitum de contrahendo matrimonium eſt validum, ergo & votum Deo factum.

Soluitur obiectio.

Reſpondeo negando conſequentiam, quia iuramentum fit homini, cui gratior poteſt eſſe promiſſio nuptiarum, quàm cælibatus, votum autem fit Deo, cui è contrario, &c.

Concluſio fallit reſpectu aliquarum circunſtantiarũ.

d Concluſio autem intelligitur abſolutè, nam aliquando ratione circumſtantiarum, votum de cotrahendo matrimonio eſt validum, vt ſi fiat ad vitandas infenſiſſimas fornicationis illecebras, vel ad reuocandam mulierem à peccato, vel ad bonum publicum.

d Philiur. de off. ſacerd. p. 7. lib. 3. c. 1

Contrarium docuit e Sot. nempè in nullo caſu votum de nubendo eſſe obligatorium Probat.

e 7. Iuſt. q. 1. ar. 3.

Primo. In omni euentu eſt impeditiuum maioris boni; ergo in omni euentu eſt inualidum.

Soluitur prima Soti obiectio.

Reſpondeo negãdo antecedẽs, nam verbi gratia, non potenti ſe continere. Non eſt impeditiuum, ſed quid melius, illi, vt incontinens eſt, ſic proportionaliter in alijs caſibus.

Probatur ſecundo, non obſtante tali voto, poteſt quis ingredi Religionem, ergo ſignum fuiſſe validum.

Soluitur ſecunda obiectio.

Reſpondeo, id licere, quia iam mutatur materia voti, nam ſtatim ac inducitur in animum vouentis ingredi Religionem, deſinit ſtatus matrimonialis eſse illi maius bonum ad vitandas tentationes.

Illatio

f Hinc docet Rodriguez votum emiſsum ob aliquem certũ finem poſse propria authoritate commutari, nè dum in rem Deo acceptionem, ſed æquè acceptam, ordinatam tamen ad eundem finem, quod uerum eſt, modo non ſimus in dubijs.

f Rodr. p. 7. ſum. c. 94. cõcl. 4

Quæſt. 7.

Dubitatur ſeptimo. An votum de contrahendo matrimonio ſine copulæ conſumatione ualidum ſit.

g Ricc. 4. d. 28. ar. 2. q. 4.

Votũ de matrimonio cõtrahẽdo ſi ne copula cõſummat one inualidum.

g Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia licet hoc uotum h neque Religionem impediat, cũ adhuc ſit licitum ingredi Religionem, neque impediat continentiam, cum ſupponat eſse ſeruandam: ille tamen qui matrimoniũ uouet, ex rei natura obligat ſe ad copulam, nam ſi alter coniux uelit uti iure ſuo, ipſe tenebitur reddere debitum.

h c. ex publ. co de conuerſ. coniugum. i Sot. 4 d. 29. q. 1 ar. 3. Rmau. Adrian.

Corelariũ.

i Hinc colligitur, quòd habens uotum caſtitatis, uouendo matrimoniũ etiam ſine copulę cõſumatione peccat mortaliter, ratione

Digitized by Google

a 4. d. 30. q. 2. a. 2.
b Rom. 12

ne periculi ſe exponit reddendi ditum, quidquid a Scot. doceat in contrarium.

Denique illud adnotandum, b vt quia obſequium noſtrum rationabile eſſe debet, alias non eſſet Deo acceptum, ideo, uota, quæ abſolutè, ſunt de aliquo bono, ſi tamen in particulari in manifeſtum corporis periculum uergant, non erunt obligatoria, ſemper tamen conſultius erit ea non propria, ſed ſuperioris licentia infringere.

Votum irrationabile eſt irritum Carthuſianus.

Quid verò ad hoc propoſitum circa abſtinentiam ab eſu carnium ſentiendum ſit dictum eſt ſupra.

De conditionibus requiſitis ex parte vouentis. Caput. IIII.

Prima conditio. Vt abſit dolus quod contingit primo ſimulatione.

c Lop. p. p. intr. cõſc. c. 43.

PRima conditio eſt, vt in vouendo abſit dolus qui contingit. c Primo cum deeſt intentio, & tantum verbis exterioribus votum ſimulatur, & tunc ſic vouens, licet peccet mort. cum in re graui mentiatur, votum tamẽ coram Deo eſt nullum, & ſolum in foro exteriori compelli poteſt, ad voti obſeruantiam, etiam ſi iuret ſe non habuiſſe intentionem vouendi, niſi hoc coniecturis, aut teſtibus probauerit.

d Sũ. cor. p. 3. tr. de voto, n. 4.

Quid de ſictè profitentibus in Religione.

d Qui autem fictè in Religione profeſſionem emiſit, ſecluſo ſcandalo, & in foro exteriori poteſt recedere, quòd ſi permanſerit, tenetur ſecretè profiteri, aliàs erit in ſtatu damnationis, cum nec Prælatus eius Religionis poſſit eum abſoluere à peccatis, ſed Diœceſanus, nec ſuffragium ritè conferat in electionibus, & comitijs.

2
Cõtingit dolus cũ nõ eſt animus ſeruandi.

e Nau. manu. ca. 12. nu. 38.
f Sot. 7. iuſti. q. 1. ar. 2. & alij.
g 2. 2. q. 88. a. 1.
h Syl. Val. Nau. v. s 22. q. 5.

Contingit ſecundo e dolus, quando adeſt quidem animus vouendi, ſed non adeſt animus obſeruandi, quod vouetur, & ſic vouens eſt in ſtatu peccati mortali quouſque mutet propoſitum, & votum tenet, vt in ſimili dictum eſt de iuramento, cum in vtroque obligatio ſit effectus neceſſario inſequens promiſſionem, nec ſit in noſtro arbitrio hanc ab illa præſcindere.

3
Cũ deeſt animus ſe obligandi. Sol. tur circa hoc tertium primæ obiectio.

Tertio. Contingit cum quis verè intendit vouere, & promittere, non tamen ſe obligare, f & in hoc caſu, idem, quod proximè dictum, eſt ſentiendum, &c.

Contrarium docuerunt g Caiet. & h alij. Probant primò i ex c. Humanæ aures. Sed in hoc tantum dicitur iuramentũ habere

vim ex intentatiore iurantis, ita vt ſi deſit iurandi intentio, iuramentum ſit nullum, quod idem dicendum eſt de voto aliàs ſi intentionem iurandi habuit, vel uouendi, velit, nolit, obligabitur.

Soluitur ſecunda obiectio.

Probant ſecundo, ex *a* e. literaturam; *b* ſed in hoc tantum habetur non eſſe votum vbi adeſt tantum propoſitum, ſine promiſſione.

a De voto & voti redemp.
b S.Th.2.2 q.88.ar.1.

2. Conditio vouentis deliberatio. Quanta, & qualis debeat eſſe huiuſmodi deliberatio.

Secunda *c* conditio eſt vouentis deliberatio, quę duo importat nempè diſcurſum, ſeu collationem inter multa, & determinationem ad vnum, & primum illud ad intellectum, hoc poſterius ad voluntatem ſpectat. Quanta autem, & qualis debeat eſſe huiuſmodi deliberatio.

c Ang. V. votum. 1. nu.6.

Prima conditio. Motus primo primi impediunt deliberationem. Rejicitur hic Regula Gab. & Ang.

Dicendum primo. Votum factum in motibus repentinis qui à Theologis dicuntur primò primi eſt nullum. Ratio, quia huiuſmodi motus non ſunt liberi.

Regula autem à *d* Gab. & *e* Angel. tradita ad dignoſcendum quando ita indeliberatè ſi votum emiſſum, nempè cum aliquem tranſacto periculo pænitet ſic uouiſſe, non eſt bona; tum quia humana voluntas ex ſe inconſtans eſt, & mutabilis, tùm etiam, quia illa pænitudo ſolum arguit votum non fuiſſe ex plena deliberatione ſufficientem.

d 4.d. 38. q.1.art. 2. not.2. lit. O.
e loc. cit.

Secunda conditio. Neq ſatis ē deliberatio in motu secundo.

Dicendum ſecundo. Neque votum factum in impetu, ſeu motu, qui à Theolog. dicitur primò ſecundus, eſt validum. Ratio, quia ſicut in tali motu non poteſt quis peccare niſi venialiter, ita ad nihil, quod niſi venialem obligationem inducat, ſe poterit obligare, votum autem obligat ſub mort.

Tertia conditio. Deliberatio quæ ſatis eſt ad peccādum ſatis ē ē ad votum.

Dicendum. *f* Ad votum ſatis eſt illa deliberatio, qua quis cognoſcit, & iudicat, quid ſit id quod facit, & quæ ſatis eſt ad peccandum mort. Ratio, quia in tali actus adeſt libertas contraditionis faciendi, vel non faciendi, & proinde deliberatio, quæ tunc intercedit, ſatis erit ad conſtituendum actum ſpontaneum, & moralem, ad iuramentum, ad contrahendum matrimonium, ad ſuſcipiendum baptiſmum, ad quemcumque ciuilem contractum, & denique ad merendum, & demerendum coram Deo, & conſequenter ad vouendum. Hinc.

f Palud.4. d.38.q. 1. §.2.def.

1. Corollar. Soluitur obiectio.

Infertur *g* primo. Vota facta ob metum mali repentini eſſe valida: cum enim tunc vouentes, ſint in ſana mente, certè non voueńt ſine prædicta neceſſaria deliberatione. *h* Hinc, & Populus Iſdrael ſeruauit votum, quo ſe inſtanti belli periculo adſtrinxit.

g Nau. c. 12.nu.52.
h Num. 21

Nec obſtat *i* capit Gonſaldus. *l* tantum enim ibi dicitur, quod Preſbiter, qui metu mortis ob infirmitatem imminentis, votum ſimplex emiſerat ingrediendi Monaſterium, nō debet cogi, in foro exteriori, proinde tamen non ſequitur quòd in conſcientia nō eſſet obligatus adimplere votum.

i 17.q.1.
l Turrecremata ibi.

2. Corollar.

Infertur ſecundo, *m* quod feruor ſiue ab iracundia, ſiuè à potatione cauſatus, modo, non ita rationis vſum impediat vt quis ita affectus non poſſit peccare mortaliter, non irritat votum; vnde,

m Syl. V. votum 1. q.13.

Digitized by Google

ac & ſic iurans vxorem ducere, compellitur obſeruare, & ſic occidens hominem, non excuſatur à toto, ſed à tanto vt ſcilicet mitius puniatur.

a Ant.p.2. tit.2.c.2.§ 1.not.6. *b* c. literaturam, de voto, & voti redẽ. *c* Arag.1.2 q.88. ar.1. dub.2.cõcl.3. *d* Caiet. 2.2.q.88.a.1 *e* Rodr. p. 2. ſummæ c.92. concl.4.

Hect igitist [sic] *ta delibera- tio ad uotũ eſt ſatis ſi ſit prior natura ipſo voto.*

Prædicta autem deliberatio, quæ ad voti validitatem eſt ſatis, *a* momento fieri poteſt; *b* imò ſatis eſt ſi præceſſerit votum prioritate cauſæ, ſeu naturę, vt loquuntur Philoſophi, & non temporis, non ſecus ac in quolibet alio opere meritorio, vel demeritorio.

Diſcimẽ inter uota ex longa, & repentina deliberatione

c Diſcrimen verò inter vota, quæ præuia diuturna deliberatione, & quæ repentina facta ſunt, in hoc tantum conſiſtit, quod hæc facilius, diſpenſantur, & commutantur, vt potè habentia admixtũ aliquid inuoluntarij, illa ſecus.

3. Corollar.

d Infertur, tertio, quod uouens, non ſecus ac & Iurans, ex conſuetudine, & facilitate, modo non adſit ſurreptio quædam, & motus adeo ſubitaneus, qui ſupradictam deliberationem excludat, tenetur obſeruare.

4. Corollar.

e Infertur quarto, quod aliena fraus, & propria ignorantia uotum, irritant. Ratio, quia per hæc tollitur uoluntarium requiſitum ad uotum: unde ſi chi falſo, perſuaſum ſit in aliqua Religione non haberi ciborum delectum, nec eſſe extraordinaria ieiunia, & ipſe ita deceptus illam uoueat, non obligatur, hoc tamen fallit, ſi deceptio ſit circa minutioria.

5. Corollar.

f Angl. 4. ſent. q. de voto ar.1. diffic.3.cõcl.4.

Bonũ ex cã integra, malum ex quocũque defectu.

f Denique infertur ad uotum illã ſufficere deliberationem, qua homo iudicat quid ſit id quod facit; hæc enim eſt, quæ facit actum ſimpliciter, & in ſe uoluntarium, in quo differt uotum à peccato, cum ad peccatum patrandum ſatis ſit illud uoluiſſe in ſua cauſa, vt blaphemiam in ſebriteate, & ratio diſparitatis eſt quia bonum, cuiuſmodi eſt uotum, conſurgit ex integra cauſa, peccatum uerò, ut potè malum ex quocunque defectu.

3. Conditio vt abſit coactio.

Tertia conditio ad uotum requiſita eſt, ut abſit coactio. Ratio, quia uotum debet eſſe uoluntarium, quod tollitur per uim, & metum. Vt autem planius innoteſcant, quæ circa hoc Doctores negent, uel affirment.

Metus ſentitur uel ab intrinſeco, vel ab extrinſeco.

Notandum eſt primo. Metum uel eſſe ab intrinſeco, ut qui incutitur à graui morbo ob imminens mortis periculum, uel ab extrinſeco, ut à naufragio, uel inimicorum aggreſſione.

Metus, vel cadens incõſtantẽ virũ vel in quẽcunq; aliũ

Metus cadens in conſtantem uirum cognoſcitur.

g c. ſacris de lit. quę v. & met. cau. fiunt.

Notandum ſecundo. Metu uel cadere in conſtantem, uirum, uel ẽt in quẽcunque imbecillem, metus cadens in conſtantem uirum eſt ille, qui illatus cogit aliquem eligere minus malum ad euitandum maius; ut proiectationem mercium ad euitandum naufragium, *g* mortem ad euitandum peccatum etiam ueniale, poteſtque huiuſmodi metus dignoſci.

h patet ex tit.cit.

Primo ex obiecto.

h Primo ex obiecto, ſi graue malum ſit, quòd imminet, qualia ſunt mors, grauis cruciatus, carcer diuturnus, ſeruitus, grauis infirmitas, captiuitas, amiſsio ſtatus, mel magnæ partis bonorum, metus ſtupri, uel infamiæ, quæ facilè deleri non poſſit.

Se-

2. ex parte modi.

Secundo ex parte modi, vt ſi metum incutiat armatus, vel inermis, vnus, vel plures, &c.

3. ex parte modi.

Tertio ex parte ſubiecti an ſcilicet, qui metum patitur ſit vir, vel fœmina, puer, vel ſenex, &c.

Metus autem non cadens in conſtantem virum eſt, quãdo quis maius malum, vel inconueniens admittit ad fugiendum minus malum. His prænotatis in aliquibus conueniunt omnes, in alijs autem diſſentiunt.

Votũ ex metu nõ cadẽte in cõſtãte virũ eſt obligatoriũ.

Primo votum factum ex metu non cadente in conſtantem virum, eſſe obligatorium. Ratio, quia talis metus non tollit voluntarium.

Votũ ex metu intrinſecus ſeu diuinitus illato eſt obligatorium.

Secundo *a* votum ex metu mortis intrinſecus, ſeu diuinitus illato validum eſſe. Ratio, vt ſupra, quia non tollit voluntarium, immo quis gratum habet tunc vouere, vt diuinum patrocinium mereatur.

Similiter ex metu extrinſeco proueniente ex cauſis naturalibus.

Tertio votum factum metu mortis extrinſecus quidem, ſed ex cauſis naturalibus veniente eſt obligatorium.

Et ex cauſis liberis non ad finem extorquendi votum.

Quarto votum factum ob metum ab extrinſeco etiam per cauſas liberas, vt ab homine, ſed ob alium finem, quàm ad votum extorquendum validum eſt; vt ſi quis vt captiuitatem euadat, voueret Religionem. *b* Ratio, quia in tali periculo conſtitutus, eligit votum, tanquam medium, quo Deo propitio periculum euadat.

In quo diſſidiũ inter Doctores.

Diſſentiunt autem Primo. An votum factum ex metu cadente in virum conſtantem, & ab extrinſeco incuſſo per iniuriam ab homine in illum finem, vt emittat votum, validum ſit.

Profertur opinio Soti, & aſſeclarum.

Et dicendum cum *c* Soto, & *d* alij, votum ita emiſſum eſſe nullum, & probatur authoritate *e* Alexand. Tertij irritãtis profeſſionem eius, qui illam ex metu mortis incuſſo, emiſerat.

Refellitur opinio Syl.

Vnde falluntur primo, *f* qui dicunt eſſe tantum inualidum, cum ſic uouens non habet animum vouendi, nam etiam ſi ad ſit huiuſmodi animus modò per metum fiat, adhuc eſt irritum, ut colligitur ex ſacris *g* Canon.

Refellitur opinio Ma.

Falluntur ſecundo, dicentes quod huiuſmodi uotum adhuc validum ſit, ſi cauſa ipſa iuſta ſit, ob quam metus incutitur, ut ſi verbi gratia, vir vxorem in adulterio deprehenſam Religionem vouere cogat, Semper enim votum debet eſſe voluntarium, cum tamen metus etiam ex iuſta cauſa, auferat libertatem.

Confirmatur ex Tri.

Demum hoc totum confirmatur authoritate *h* Concil. Trid. ſub excommunicatione inhibentis, ne præterquàm in caſibus in iure expreſſis cogantur fœminæ ad ingrediendum Monaſterium ibique profitendum, *i* Semperque erit earum profeſſio irrita, ſi cauſa metus à parentibus incuſſi emittatur; *l* ſecus tamen ſi inuito quidem, & cum *m* triſtitia; ſed ob alias cauſas, quàm ob metum profiterentur, vt quia verbi gratia incurreret dedecus [illegible] gre-

a ca. ſicut nobis de reg.

b Tolet. l. 4. inſtit. ſacer. c. 17.

c 7. Iuſt. q. 2. ar. 1.

d Palu. Arag. Valẽ. Lop. Nau. &c.

e c. Perlatũ, de his quæ cũ metu uel ue cauſa.

f Syl. v. metus, q. 8.

g c. notificaſti 33. q. 5. & c. cũ locum de ſpõſ. &c.

h Med. l. in ſtr. cõfeſſ. c. 14. § 6.

i Seſſ. 25. de Reg. c. 18.

l Angl. q. de vo. a. 1 d. ffic. 18.

m Su. cor. p. 3. tr. de voto, n. 4.

grediendi ad ſeculum, vel ob defectum dotis ad nuptias neceſſariè, &c.

Diſſentiunt ſecundo. Quo iure votum emiſſum ex metu cadente in conſtantem virum ſit irritum, & ad hoc.

2. Diſſidiũ inter Doct. Votũ ex metu cadẽte ĩ cõſtante virum, eſt nullum iure poſitiuo.

Dicendum cum *a* Dur. & *b* alijs tantum iure poſſeſſiuo eſſe nullum, nempe ex Eccleſiæ ſtatuto in odium, & pœnam eius, qui illud extorquet, idque optima ratione; *c* cum Deus militem ſpontaneum, & voluntarium eligat; aliàs ſi etiam iure naturæ, vt volunt. *d* alij, metus cadens in conſtantem virum, annullaret votum, & metus leuis in viro meticuloſo annullaret votum, & matrimonium, quod tamen falſum eſt. Conſequentiam probatur, quia non minus leuis metus aufert libertatem in viro meticuloſo, quàm metus grauis in viro conſtanti.

a 4. d. 29. q. 2. n. 8. *b* Maior. Pal. Ricc. Val. Henrig. ibidem &c. *c* c. Nõ eſt 11. q. 3. *d* Scot. Couar. ſpec. cõiug. &c.

Nec obſtat, quod iuramentum ex metu cadente, in virum conſtantem, cum iure naturæ validum ſit, non irritatur ab Eccleſia; quare nec votum; nam eſt differentia; quia iuramentum fit homini, vnde facilius oritur ſcandalum, ſi non ſeruetur, quàm in voto, quod fit ſoli Deo.

Soluitur obiectio ex differentia inter votũ, et iuramentũ.

Diſſentiunt tertio. An ordinatus ex metu cadente in conſtantem virum teneatur ad votum caſtitatis, & Reſpondeo cum *e* gloſ. & *f* alijs negatiuè. Ratio, quia caſtitas eſt res voti, non præcepti; votum autem tunc eſt ratum, cum eſt ſpontaneum quare Eccleſia aut eum coget denuo caſtitatis votum emittere, aut inhibebit ab ordinum exercitio, & clericali priuilegio priuabit.

3. Diſſidiũ Ordinatur ex metu cadente in cõſtantẽ virũ põt adhuc cõtrahere matrimoniũ.

e in c. Maiores §. vl. verbo cõditione de bapt. & in c. vbi ista d. 74. *f* Ang. Maior. Sot. Ricc. &c.

Contrarium docuerunt Hoſtien. *h* & Alij, volentes hunc teneri ſine culpa quidem, vt contingit in habente vxorem infirmam, ſed non ſine cauſa, cum caſtitas annexa ſit ſacris ordinibus.

Refellitur opinio Hoſ.

g c. Integritas 32. q. 1. de æta. & in ſum. tit. de æta. & qual. ord. n. 5. *h* Palud. Goff. &c.

Ad hoc tamen Reſpondetur; nam cum caſtitas ab extrinſeco, ideſt, ex vi Eccleſiaſtici ſtatuti, inſequatur ordines ſacros, nihil mirum ſi per eandem Eccleſiaſtici ſtatuti authoritatem eiuſdem obligatio relaxetur; quandocunque in ſacrorum ordinum ſuſceptione metus cadens in conſtantem virum, intercesſit.

Et ex dictis hactenus infertur primo. Quod votum factum ex metu cadente in conſtantem virum, etiam ſi poſtea iuramento confirmetur nullum eſt. Ratio, quia iuramentum inſequitur naturam eius, quæ à primordio ineſt actui, votum autem exigit liberum conſenſum, eademque ratione; *i* quia matrimonium libere eſt contrahendum, ideo quia ad illud per metum adigeretur preſtito iuramento, huiuſmodi iuramentum non obligaret.

1. Corollar.

Iuramentũ ſequitur naturã quę à primordio ĩ eſt actui.

i c. g. c. cũ locu, & c. ſig. ficatũ de eo qui dux. in matrim. *l* Rodr. p. 1. ſum. c. 95. cõcl. 5.

Infertur ſecundo. Quod cum votum ex hoc metu emiſſum irritum ſit, illud quis tranſgrediens non peccat, *l* niſi cum ab alio cogeretur in Eccleſiæ contemptum illud tranſgredi; immo in omnibus ſemper eſt preeligenda mors, quàm Deum offendere,

2. Corollar.

De

De ſubiecto voti, ſeu de iis, qui poſſunt vouere Caput. V.

Quæſt. 1. Verũ Pueꝛorum ante ſeptennĩũ, regulariter eſt irritum

DVbitatur primo. An, & quatenus Pueri vouere poſſint.

Dicedum primo. Pueri ante vſum rationis, qui regulariter contingit exacto ſeptennio, nequeunt emmitere votum ſolemne, vel ſimplex Ratio, quia in eis deficit requiſita animi deliberatio, quæ ad votum neceſſaria eſt. *a* Dixi regulariter, nam aliquando, vt citius redduntur doli capaces, & poſſunt peccare mort, ita & citius poſſunt ſe obſtringere voto ſimplici.

a Nau. ca. 12. n. 68.

Votum ſimplex antè pubertatem a parentib. irritari poſt.

Dicendum ſecundo. *b* Votum ſimplicem emiſſum ante pubertatem, quæ in pueris contingit anno quartodecimo, in fœminis vero anno duodecimo completo, quamuis in ſe obligatorium ſit; poteſt, tamen à Parentibus irritari.

b Syl. v. Relig 3. q. 2. & votum 3 q 5.

Dixi ſimplex, nam ſolemne Religionis, etiam de conſenſu Parentum emiſſum ante pubertatem; *c* eſt nullum.

Dixi ſolemne Religionis; nam Puer doli capax ſponte ſucipiẽdo ſacrum Ordinem, obſtringitur voto ſolemni caſtitatis, quamuis poſt *d* Concilium Tridentinum, nemo licitè, quamuis validè ad illum poſſit accedere ante duodecimum ætatis annum.

c Trid. *d* Seſſ. 23. de Refor. c. 12.

Votum profeſſionis ante expletũ 16. ann. inualidum.

Dicendum tertio. *e* De iure nouiſſimo, neque Puerum, neque Puellam validè poſſe profeſsionem emittere ante expletum ſexturndecimum annum, & integrum annum probationis à die ſuſcepti habitus, *f* licet de iure antiquo id licuerit pueris anno quarto decimo, & puellis, anno duodecimo completo.

e Tri. ſeſs. 25. de regular. c. 15. *f* c. non ſolũ de Reg. in 6.

Obijcitur.

Dices. Impuber, doli tamen capax, & aptus ad generandum, *g* validè contrahit matrimonium, & ſi ſponte ordinetur, adſtringitur uoto ſolemni caſtitatis, cur ergo etiam validè non poterit profiteri?

g c. de illis de ſponſ. Impub.

Soluitur prima.

Reſpondeo primo, quod ordo, & matrimoniũ ſunt ſacramẽta, quę ab Eccleſia quoad eſsẽtiam mutari nequeunt, vnde vbi adeſt debita materia, cuiuſmod in matrimonio ſunt vir, & fœmina prædictis qualitatibus affecti, & non deſunt alia neceſſaria, ſemper matrimonium erit validum, nec ab Eccleſia irritari poterit, idem quę dicendum de ordine, in Profeſsione verò cum nullũ adſit ſacramentum, poteſt Eccleſia ſolemne Religionis votum ex cauſa iuſta irritare.

Reſpon-

Reſpondetur ſecundo. Sumi diſparitatem ex eo, quod profeſſio ſit res quædam magis ardua; qui enim ſolemniter in Religione profitetur, quaſi ciuiliter mori videtur, non ſic qui ordinatur, vel matrimonium contrahit.

Soluitur ſecundo.

a Ampliatur Concluſio, ita vt votum ſolemne Religionis, quod ob defectum ætatis eſt irritum, ne voti quidem ſimplicis vim habeat, idque ne dum de iure *b* nouiſſimo, ſed etiam *c* antiquo.

a Ange. v. votū 2. §. 6.
b Trid. lo. cō cit.

Dices, profeſſio facta à viro inuita vxore tenet ſaltē in parte, *d* nam licet ea petente reſtitui debeat, ea tamen mortua contrahere nequit; ergo à ſimili defectus ætatis inualidabit votum tantum in parte id eſt quà ſolemne, non quà ſimplex.

c cis qui, & c. nō ſolū de Reg.
d c. quidā de cōuerſ. coniug.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem; Impubes enim omnino caret poteſtate profitendi, vir autem non niſi quando vergit in præiudicium coniugis, *e* ideoque illius votum omnino, huius verò, nonniſi in parte irritum eſt.

e Sot. 7. Iuſt. q. 3. a. 2
Soluitur obiectio.

Dicendum quarto. Votum reale irritari poteſt à parentibus vſque ad vigeſimumquintum annum. *f* Ratio, quia minores non dum habent bonorum diſpenſationem, quod intellige: de bonis paternis, nam ſi habeant bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, id eſt acquiſita in bello, vel in publico officio, tenentur de ijs adimpleſſe votum emiſſum.

f ff de minor. 25. an nor. perto tum.
Votum reale obligat ad 25. ann. irritari poſt à parentibus. Hoc tamen fallit aliquando.

g Ceterum per profeſſionem in Religione emiſſam etiam ante vigeſimumquintum annum *h* & etiam inuitis parentibus, *n* intelliguntur ſimul omnia bona eſſe dedicata Religioni, ita vt quod minores non poterant vouendo, vt quid principale, potuit, vt quid acceſſorium, & inſequens eorum perſonam.

g Paul 4. de 38. q. 3. ar. 1. conc. 5.
h arg. c. in præſen. de probat.
Præmonitio

Dubitatur ſecundo. De ſeruis, An, & qualiter vouere poſsint.

Quæſtio 2. Serui voueri poſſ. que domino nō præiudicāt.

i Reſpondeo tantum ijs poſſe in quibus dominio non ſunt ſubiecti, nec ei præiudicant. Atque ita caſtitatem, aut orationes aliquas, etiam inuito domino vouere poſſunt.

i arg. c. Re latū di ſeu ſen. ex c. ſequ ē ler. uum 17. q. 4. & c.

Dubitatur tertio. De coniugatis, quænam vota emittere poſſint.

Quæſtio 3

k Reſpondeo certum eſſe, quod neuter coniugum ſine libero alterius conſenſu poteſt, quidpiā vouere, quod directè, vel indirectè tendat in præiudicium ſtatus matrimonialis; & huiuſmodi vota irritari poſſunt ab eo, cui præiudicant, & hoc multo magis intelligendum de muliere quàm de viro; nam enim licèt pares ſint circa ius petendi, & reddendi debitum, in alijs tamen *n* vir eſt caput mulieris, ideoque etiam inuita vxore poterit vouere eleemoſinam, vel modicam peregrinationem, aut ieiunium, modo ex his non ſequatur inhabilitas reddendi debitum; *o* Imo poteſt vir, & ad longum tempus abeſſe, ſi ita rei familiaris adminiſtratio, vel Principis obſequium exigat.

c. manifeſtū §. ex præmiſſis 33. q. 5.
m c. Gaud. de diuort.
n 1. Cor. 7. & ca. cū cap. 33. q. 5.
o Sot. 7. Iuſt. q. 3. a. 1.
Vota ſtatu matrimoniali irritari poſſunt ab eo cui præiudicium. Vir in uxoris ſubſidio terræ ſi ſine licentia uxoris nullum.

An vero ſicut vir ſine licentia vxoris emittere poſſit votum pro ſubſidio terræ ſanctæ, ita & vxor. Reſpondeo negatiuè etiam ſi habeat bona paraphernalia, id eſt, ſibi vltra dotem

per donationem, uel legatum aut aliter relicta, etiam ſi non adſit ſuſpitio incontinentiæ.

Probatur primo. Quia *a* in capit. ex multa, ſolum ſermo eſt de uiro, *b* & in capit. quod ſuper his, licet ſermo ſit de uxore quod uadat aut per ſe, aut per alium, tamen cum ibi non exprimatur an de licentia uiri, an ſine fieri debeat, non eſt à communi hac opinione ſine textu aut ratione diſcedendum, & ex his ſoluuntur fundamenta *c* Nauarr. *d* & aliorum, contrarium ſenſerunt. Secundo Probatur ex præiudicio, quod infertur uiro.

e Rurſus uota à muliere emiſsa ante contractum matrimonium poteſt uir reuocare ſi in præiudicium ſtatus matrimonialis redundent, idemque dicendum de huiuſmodi uotis emiſsis poſt initum matrimonium de conſenſu uiri, ſi enim hæc denuo uir reuocauerit, mulier non peccat non adimplendo, quamuis peccet ipſe uir.

Vtrum autem alter coniugum poſsit uotum caſtitatis emittere.

Reſpondeo, certum eſt primo, quod cum à ſacris *f* Canonibus ante conſumatum matrimonium detur coniugatis ſpatium duorum menſium, *g* computandorum à die, quo à Iudice illis præſcribitur de deliberatione facienda, integrum eſt unicuique eorum etiam inuito altero coniuge intra hoc tempus uotum emittere caſtitatis, & pro eo ſeruando ingredi Religionẽ, *h* quod ſi Religionem ingredi nolit, tenetur redire ad coniugem, à quo ei uotum caſtitatis irritabitur. Quod ſi uotum fuerit non de caſtitate, ſed de Religione, aut de caſtitate quidem non in ſæculo, ſed in Religione ſeruanda intra hoc idem ſpatium, uotum obligat, nec poterit ab alio coniuge irritari, *i* Imò matrimonii, rati quidem, ſed non conſumati uinculum, neque ordinum ſuſceptio dirimit, ſed tantum regularis profeſsio.

Certum eſt ſecundo. Poſt conſumatum matrimonium non poſſe unum coniugem altero inuito, uouere, aut intrare Religionẽ, *l* niſi ob notoriam fornicationẽ carnalem, aut ſpiritualem facto diuortio. Ratio, eſt quia non ualet votum vnius coniugis in præiudicium alterius.

Certum eſt tertio, *m* ex cõmuniori, uotum de non petendo debito eſſe inualidum, nam licet hoc uideatur eſſe propriũ uiris, adhuc tamen præiudicat alteri cõiugi, *n* eſſet enim nimis oneroſum & inuerecũdum, ut unus ſemper debitum peteret, ex quo ſoluitur Aduerſariorum fundamentum.

o Certum eſt quarto quod ſi uir reuocet datam à ſe facultatem uxori uouendi caſtitatem, ante quàm uotum emittat, non poteſt uxor amplius illam uouere. Ratio, quia ſicut mandatum, ita etiam & facultas re integra reuocari poteſt.

Cer-

Vota quæ præiudicãt ſtatui matrimoniali ãt emiſſa ã te initũ matrimoniũ, vel poſtea q̃ dẽ ſed cõ firmata a ui ro, poſſũt ne uũ a uiro irritari.

Qõ incidẽs de uoto caſtitatis coniugatorium.

Quid ante cõſumatũ matrim.

Nec ordinis ſuſceptio dirimit matrimonium ratum.

Votum de nõ petendo debitum eſt nullum.

Facultas uouendi cõceſſa uxori, re integra, reuocari põt.

Diſsimulatio ad tempus nõ præiudicat cõiugalis.

a De uoti & voti redẽptione. *b* Eod. tit.

c Manet. c. 12. n. 62. *d* Lõp. Hoſtienſ. Panorm. *e* Baccon. 4. d. 2. q. 3. ar. 2.

f c. verum. & c. ex public. de cõuerſ. coniug. *g* Glo. ibi, in uerbo intra duo rum. *h* Henrig. 2. de matr. c. 5. §. 8. *i* In extrauag. Io. 22 tit. de voto, & uoti redempt. incipit Antiquæ, &c. *l* arg. ca. Quæſiuit, & c. Potro & c. ſignificaſti, de diuortijs. *m* S. Ang. ep. 45. & refertur. in ca. vna ſolo. 33. q. 5. *n* Angl. 9.

de uoto ſicut 7. diſt. 4. dub. 2. *o* Palud. 4. d. 32. q. 2. ar. 1. concl. 1.

a Sylu. V. votum, 5. q. 2.

Certum eſt quinto, *a* quod ſi vir non conſenſit voto, ſed tantum ad tempus diſſimulauit, tenebitur poſtea vxor viro contradicente, non ſtare voto. Ratio, quæ ſupra.

b Adria. 4. q. 14. de matri. Sot. Palud. Arag. Lop. Maior, &c.

b Certum eſt ſexto, ex communiori, & magis probabilis, quod vxor, quę ex viri cõſenſu votum continentiæ emiſit, debitum petere non poteſt, & petendo peccat, vir autem tenetur ei reddere debitum. Ratio, quia in hoc caſu redditio debiti refertur ad bonum honeſtum, ſcilicet ad fidem promiſſam in matrimo, & iuſtitiam ſeruandam, vxor autem peccat, quia facit contra virtutem Religionis.

Eadem actio reſpectu diuerſorũ finiũ põt eſſe, & non eſſe pec.

c S. Aug. de bono coniug. c. 6.

Hoc confirmari poteſt exemplis, in quibus eadem actio reſpectu diuerſorum finium ex parte vnius eſt peccaminoſa, ex parte alterius non; *c* primo petere debitum tantum ex fine delectationis eſt peccatum ueniale, reddere autem ex tali fine, nullum pecc. eſt.

Secundo. Repetitio mutui ab eo qui eſt in graui neceſſitate eſt peccat. contra charitatem, & tamen non eſt pecc. contra Iuſtitiam quare ita in propoſito, qui petit debitum peccat, qui verò reddit, non peccat.

Soluitur prima obiectio.

Obijcitur primò. Vir reddendo debitum cooperatur ſacrilegio vxoris, ergo peccat.

Reſpondetur, quod redditio debiti ex ſe non eſt mala, ſed tãtũ ex fine poteſt reddi talis; ideoque cum maritus eam ad Iuſtitiæ finem, quod bonus eſt, referat, non cooperatur ſacrilegio.

d 22. q. 61. ar. 5. ad 1.

Obijcitur ſecundo ex *d* D. Thom. aſſerente non eſſe faciendam reſtitutionem, quando apparuerit fore nociuam. At in caſu noſtro redditio debiti maritalis eſt nociua petenti, cum euadat ei ſacrilega poſt uotum continentiæ, ergo

Soluitur ſecunda obiectio.

e Sot. 4. d. 31. q. un. ar. 3.

Reſpondetur D. Th. loqui de damno temporali, unde gladius nõ eſt reſtituendus furioſo, *e* & ſic nec vir tenetur reddere debitum vxori, cum præſentiſceret ex redditione debiti corporalem illis ſalutem periclitari, non autem loquitur de damno ſpirituali, quod vnuſquiſque ex ſe poteſt ſubire.

Soluitur tertia obiectio.

f 33. q. 5. S. ex premiſſis.

Obijcitur tertio, ex cap. *f* Manifeſtum. Reſpondeo ibi tantum conſtitui, quod votum continentiæ emiſſum ex conſenſu vtriuſque coniugis non poteſt irritari nè quoad unam quidem partem, de quo infra; at in caſu noſtro quęritur, an qui conſenſit uoto alterius, poſtea eidem petenti teneatur reddere debitum, & reſponſum eſt affici.

Vir conſentiẽs voto uxoris de non petẽdo debitũ adhuc ipſe petere põt. Votum caſtitatis coniugatorũ, de communi conſenſu, eſt obligatoriũ.

g Med. lib. 1. ſum. ca. 14. §. 6. *h* c. charitatis de cõuerſ. coniug.

Certum eſt ſemptimo, *g* quòd maritus, qui conſenſit uoto cõtinentiæ ab vxore emiſſo adhuc poteſt ab ea debitum petere. *h* Ratio, quia per talem facultatem non cenſetur uoluiſſe præiudicare iuri ſuo, quod habet petendi debitum, ſed ſolum nè uxor petere poſſit maxime, cum & hoc illi ſit præiudiciale, & oneroſum, vt ſupra.

i Nau. ca. 13. n. 59.

Certum eſt octauo, *i* quod ſi ambo coniuges de communi conſenſu uotum perpetuæ caſtitatis emiſerint, non poſſunt, nec reddere, nec petere debitum abſque diſpenſatione. Ratio, quia tunc

vter-

vterque cedit iuri ſuo. Diſpenſatio autem à ſummo Pontifice petenda eſt, & hoc intelligitur de voto ſimplici, nam de ſolemni alibi, & rurſus non de ſimplici pacto inuicem inito, a tunc enim inuicem ſibi poſſent obligationem remittere, & ad matrimonij vſum redire.

a Ange. v. matr. 3. Imped. 1. § 5.

Filij qui naſcuntur poſt emiſſum continentiæ votum ſunt illegitimi.

Certum eſt porro b iuxta magis communem, quòd coniugati poſt emiſſum continentię votum ex mutuo conſenſu, nedum committunt ſacrilegium ſi illud violauerint, ſed & filij qui naſcentur erunt ſpurij. Ratio quia licet per votum non ceſſet matrimonium quoad vinculum, & eſſentiam eius, ceſſat tamen quoad vſum carnis.

b Ino. in c. Ducũ n. 4. Panor. in c. chariſſim° enim 7. de conuerſ. coniug. & c.

Quæſtio. 4 De votis Religioſorum.

Dubitatur quarto, An Religioſi aliquid ſine ſuperiorum licentia vouere poſſint.

Prima concluſio.

c Dicendum primò, Vota à Religioſis emiſſa, vt etiam à quocunque alio, de his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, ante omnem ſuperioris conſenſum valida ſunt.

c Caie. 2. 2 q. 88. ar. 8.

Secunda concluſio.

Dicendum ſecundò. d Votum Religioſorum de materia prohibita à Prælato in generali, vel in particulari, non eſt validum ante conſenſum Prælati.

d Val to. 3. diſp. 6. q. 6. pun 6. dubio 1.

Probatur primo, quia Prælatus eſt dominus, vel quaſi dominus voluntatis ſubditorum, ergo, ſi ſubditi non poſſunt vouere, in his quæ prælato ſubduntur, ſine eius uoluntate, multo minus uouere poterunt contra eius uoluntatem.

Secundo huiuſmodi ſubditorum uotum in tali materia eſt implicitè cõditionale, ideſt, ſi ſuperiori placuerit; ergo quoadúſque conditio non impletur qui uotum emiſit non obligatur, e immo in petendi ratificatione, non eſt ſatis petere facultatem uerbi gratia ieiunandi, ſed eſt ſpecificandum peti licentiam adimplendi uotum emiſſum, u. g. de ieiunio.

e Tab. v. Votum 5. ver. 4. poſt medium.

Soluitur Cani obiectio.

Nec obſtat, quod obijcit f Canus, quòd ſcilicet mulier quæ uouit continentiam, poteſt adhuc reddere debitum petenti marito, nihil manifeſtando de uoto; g quia mulier non poteſt uotum continentiæ emittere, etiam ſub conditione de non reddendo debitum, abſque conſenſu mariti, ſed ſolum de non petendo.

f Relatus a Iud. Lop. p. 1. inſtr. cõſ. c. 48.

g Sot. 7. Iuſti. q. 3. a. 1. g Val. loc. cit.

h Caterum conſenſus affirmatiuus Prælati, intelligitur dari nedum expreſſis uerbis; ſed quando certior factus de uoto ſubditi non contradicit.

h Arag. 2. 2. q. 88. a. 8

Conſenſus affirmatiuus datur cum expreſſis uerbis, tum cũ nõ cõtradicitur.

Tertia concluſio.

Dicẽdum tertio. Votum Religioſi de re quam neſciebat à Prælato prohibitam, reddi ex ſe nullum ſtatim ac ſubditus de prohibitione fit certior; idemque dicendum, ſi res, poſt uoti emiſſionem prohibeatur.

i Verum cum res uoto promiſſa tantum euadit mala quia prohibita, ideo ſi uel Prælatus, qui prohibuerat moriatur, uel ſubditus mutet domicilium, in quo non ſit talis prohibitio, tenetur ad uotum.

i Rodr. p. 2. ſum. ca. 98.

Quarta concluſio.

l Dicendum quarto. Votum Religioſorum de materia non prohibita eſt obligatorium etiam ante Prælati conſenſum, quo-

l Angl. 40 q. de uot. c. a. 7. diff. 3. concl. 2.

uſque

uſque Prælatus illud diſpenſauerit, cõmutauerit, vel irritauerit. Ratio, quia cum materia ſit in ſe licita, & non prohibita, ſub ĩtelligitur tãtum in huiuſmodi voto cõditio negatiua, ideſt, niſi Prælatus contradicat, *a* imò ſi facile adimpleri poſſit, licitum erit ſubdito illud cælare Prælato & interim adimplere.

a Sũ. cor. p. 3. tr. de voto n. 6.

Quarta conclusio.

b Dicendum quinto. Votum de tranſeundo ad regulã ſtrictiorem, obligat ante conſenſum ſuperioris, *c* & ſolum tenetur ſubditus licentiam humiliter petere.

b S. Th. 2. 2. q. 189. a. 8.
c c. licet regular.

Cęterum Abbates, & Pręlati Religionum, quia tunc exempti ſunt, ideo ceſſant quę antiquitus circa eorum vota habentur in ſacris Cano. & ſolum conſiderare debent quid liceat ſecundũ æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem.

Quæſt. 5.

Prima conclusio.

Dubitatur quinto Quid ſentiendum de votis Epiſcoporum.

Dicendum *d* primo. Epiſcopus ſine licentia Papę non poteſt emittere votum, per quod diſſoluatur vinculum matrimonij inter ipſum, & Eccleſiam ſuam.

d c. niſi cũ pridẽ de renũtiat.

Secũda conclusio.
Vota Eſpiscoporum valent in eorũ præiudicium non in eccleſiarũ damnum.

Dicendum ſecundo. Votum Epiſcopi in notabile pręiudicium ſuę Eccleſię non eſt obligatorium ſine Papæ licentia, cuiuſmodi eſſet longa peregrinatio, *e* valet autem in præiudicium vouentis, vnde tenetur illud redimere erogãdo in eleemoſinam ſumptus, qui pro viatico neceſſarij forent, & compenſando laborem itineris, ieiunio, & oratione.

e c. magnæ de voto.

Tertia conclusio.

Dicendum tertio Si quis vouit Religionem ante quam creetur Epiſcopus, *f* tenetur votũ adimplere. Ratio quia *g* tametſi ſtatus Epiſcopalis ſit perfectior ſtatu Religioſo; hic tamen eſt compoſſibilis cum illo, ſi verò tale votum Religionis poſt adeptum Epiſcopatum emiſerit, tenetur adimplere, licentiam petendo à Summo Põtifice, quo renuente; & ſic irritante votum, excuſatur.

f c. per tuas de voto, ei voti redẽ.
g S. Th. 2. 2. q. 184. a. 7.

Quęſt. 6.

Dubitatur ſexto. De clericis in dignitate conſtitutis, cuiuſmodi ſunt Parochi, Archidiaconi, Cano. &c.

h Dicendum huiuſmodi non poſſe vouere in præiudiciũ ſuarũ Eccleſiarum, longam peregrinationem, vouere autem poſſe ieiunia, eleemoſinas, & id genus, quæ nõ afferunt preiudicium *i* Vnde per ingreſſum Religionis, intra annum autem probationis non ammittunt beneficia, interim, ne dum profeſſionem emittunt; prouidendum eſt Eccleſię de aliquo Vicario; & hoc procedit etiam ſi tantum ius ad ipſa habeant, ideſt, ſi fuerint iam legitimi deſtinati, ſed non acceperint beneficiorum poſſeſſionem.

h arg. c. niſi cum pridem de renuntiat.
i c. duę 18. q. 2.

De voti vinculo Et obligatione.
Caput. VI.

Actus vouendi ex ſe ſub cõſilio tãtũ.

a S. Th. 2. 2. q. 88. a. 2

DIcendum primo. a Actus vouendi ex ſe, eſt tantum ſub conſilio. Ratio, quia eſt voluntarius. Dixi ex ſe; nam aliquando ex vi præcedentis voti poteſt eſſe ſub præcepto, vnde Ieſuitæ ex vi profeſſionis tenentur adhuc vouere ſe non procuraturos dignitatem.

Voti licitè emiſſi obſeruantia ſub præcepto.

b Vald. to. 3. tit. 9. de cler. & Relig. c 75.

b Dicendum ſecundo. Voti licitè emiſſi obſeruantia eſt ſub præcepto, eſt de fide, contra hæreticos. Patet ex c ſcript. d ſacris Canon. e & Patribus, & probatur ratione, quia ſub præcepto eſt ſeruare Deo fidelitatem, quæ præſertim in voti executione conſiſtit, unde f Aug. rectè ex fidei æthimologia docet, faciendum, & dandum eſſe, quod Deo promiſſum eſt; fides, inquiens, duabus ſuis filiabus, ſignificat vt fiat quod dicitur.

Fidei ethimologia.

c Deut 23. Eccl. 5. pſ. 75.

d c. licet de voti redẽ.

e Baſil. in q. fuſius explic. q. 14. Chriſoſt. ep. 6. ad Theodorũ lapſum

f epiſt. 19. ad Hier.

Voti obſeruantia ex ſe eſt ſub mor ex accidente. ſub ven.

Dicendum tertio. Voti obligatio ex ſe eſt ſub mort. cum ex eius inobſeruantia violetur iuſtitia ratione promiſſionis, & Religio; quia illa facta eſt Deo, ex accidente autem poteſt eſſe ſolum pec. ven. & quoad hoc.

Quæſt. 1.

Voti tranſgreſsio ex leuitate materia ueniali eſt.

Dubitatur primo. An ex leuitate materiæ voti violatio ſit ſolum pec. ven.

g Sot. 7. Iuſti q. 2. a. 1

h 2. 2. q. 89 ar. 7.

g Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia votum eſt quædam lex, quam ſibi quis ex propria voluntate imponit, ergo non debet magis obligare, quam ſi eſſet lex poſita à Deo, vel ab Eccleſia, ſed lex diuina, & Eccleſiaſtica obligans ex genere ſuo ad mort. ratione leuitatis materiæ non obligat niſi ſub veniali, ergo & votum.

Caie. aliter docet.

h Contrarium docuit Caiet. diſtinguendo, vt in tractatu de Iuramento, quod res minima, vel eſt tota materia voti, vt verbi gratia vnum Aue Maria, vel pars, hoc idem reſpectu integri Roſarij, & vult etiam obligare ſub mortal. & hoc probat à ſimili in iuramento, in quo leuitas materiæ eodem modo ſumpta non excuſat à mort.

Soluitur eius Ratio. Diſcrimẽ inter votũ, & iuramentũ.

Reſpõdeo quoadcũque ſumatur hæc materia leuis ſiue vt pars, ſiue vt totũ, quod ſemper eſt leuis, ac proinde non poterit obligare niſi ſub veniali. Ratio autem diſparitatis inter votum & iuramentum ſumitur, quod periuriũ non tã perpenditur ex grauitate vel leuitate materiæ, ſed ex iniuria, quæ fit Deo adducendo illum in teſtem mendatij: In voto autem ſolum grauitas materiæ perpenditur.

In

Inſtabis, virtus Religionis propter ſuam excellentiam non videtur poſſe violari niſi mortaliter.

Soluitur inſtantia.

Reſpondeoquod cum non omnia, quę ad Religionem ſpectant ſint ęqualis excellentię, ideo non mirum, ſi non in omnium violatione peccetur. mort.

a Vaſq. 1. 2. tom. 1. diſp. 146. ca. 2. corrol. 5.

a Cauendum autem eſt nè materia illa leuis, reiterata, & continua violatione in grauem coaleſcat, nam ſicut in furto, quod continuatis vicibus committitur, & ſi ſeorſim ſit in parua quantitate, cum tamẽ, excreſcit in notabilem, eſt pec. mor. ita, & in voto, quare vonens, verbi gratia ſingulis diebus dare in eleemoſinam vnũ obolum, tanto tempore poſſet hoc omittere, quouſque perueniendo ad notabilem quantitatem peccaret mort.

Quæſt. 2. *Ex intentione vouentis põt & in re leuiq; transgreſsio ne peccare mort.*

b 7 Iuv. q. 2. ar. 1.

c Armilla v. vo tum 15.

Dubitatur ſecundo. An ſaltem ex intentione vouentis, qui voluit etiam re leui obligare ſe ſub mortalis trãſgreſſio ſit peccatũ mort. Reſpondeo affirmatiuè *b* contra Sotum. Ratio quia, vnuſquiſque poteſt ſibi hanc legem imponere.

Quæſt. 3. *Quando voti violatio ſit ſpeciale peccatum.*

Dubitatur tertio. An fractio voti ſit ſpeciale peccatũ. *c* Reſpondeo ſi uotum ſit de bono ſupererogationis, verbi gratia, de eleemoſina, tunc eius fractio vnum eſt ſpeciale pec. ſacrilegij, ſeu infidelitatis erga Deum, ſi vero ſit de opere aliàs cadente ſub præcepto, vt de vitanda fornicatione, aut obſeruando quadrageſimali ieiunio, tunc duplex peccatum in vno actu cõmittitur, & vtrũq; neceſſario confitendum, & hoc intelligitur etiam ſi quando in genere vouerit ſe non peccaturum mort. ſecus de promiſſione quę fit in baptiſmo, vel ſacramento penitentiæ.

Quæſt. 4. *In voti affirmatiui trãſgreſsione ſemel peccatur, in negatiuè autẽ toties quoties.*

d Palud. 4 d. 15. q. 4. ar. 5.

e Lop. p. 1 inſtruct. cõſc. c. 4.

Dubitatur quarto. An toties peccetur, quoties votum frangitur *d* Reſpondeo vel totum eſt affirmatiuum, verbi gratia de ieiunando, & tunc ex vi voti tantum peccatur prima vice illud transgrediendo, niſi id alijs vicibus faceret in contemptum, *e* ſi vero ſit negatiuum, verbi gratia de non fornicando, de non bibendo, &c. toties peccat ex ui uoti, quoties illud tranſgreditur durante tẽpore obligationis uos, modo nè ex ignorantia inuincibili, & obliuione id fiat.

Quæſt. 5. *Arctius vinculũ eſt votum quam iuramentum.*

f S. Th. 2. 2 q. 89. ar. 8. Pau. inc 1. & ca. ſi vero de iure.

Dubitatur quinto. An grauius peccet frangẽs uotum, quam iuramentum. *f* Reſpondeo peccare grauius eum qui frangit uotũ. Ratio, quia votum fit Deo immediate, iuramentũ non niſi mediatè, & tantum immediatè fit homini. Secundo *g* licet iuramentum & votum pari paſſu currant, quãdo utrũq; ex aliquo diuino cauſetur, hoc tamen fit diuerſimodè; voti enim obligatio oritur ex fidelitatequam, Deo debemus, at iuramenti obligatio ex reuerẽtia quam eidem debemus, at fidelitas maior eſt, quam reuerentia, imò hæc in illa includitur.

Quod intelligi per ſe.

Hoc aũt intelligitur per ſe, & ex ſua natura, nã ſi de eadẽ re fiat nè dũ uotum, ſed etiam iuramentũ, tunc arctius erit uinculũ veriuſque ſimul, quam vnius tantum, & ſimiliter per accidens contingere poſſe vt fractio iuramenti ſit grauius pec. quã uoti, quã lo in illius tranſgreſſione cõmittitur etiam iniuſtitia, uel adeſt diſ ari tas materiæ, unde non reddẽs centum aureos ei cui debebat ex iu

ſtitia,& ſub iuramento promiſerat,grauius peccabit eo qui nodat eleemoſinam vnius aurei,ſub voto promiſſam.

Soluitur prima Ratio Med. & Io. Maj.

Contrarium docuerunt *a* Med. *b* & Io.maior. Probant primo, votum quando iuramento firmatur ,non eſt contra, ergo ſignum eſt eſſe arctius vinculum.*c* Reſpondeo id fieri non quia iuramentum ſit firmius vinculum,ſed vt per hęc duo vincula acrius inuigilent homines ad obſeruandas promiſſiones.

a lib. 5. de contin. c. 23.
b 4. d. 38. q.5.in fin.
c S.Th. 2.2 q.89. ar. 8 ad 2.

Soluitur secunda obiectio.

Probant ſecundo. Iuramentum metu factum Eccleſia non annullat,ſicut annullat,votum,ergo &c. *d* Reſpondeo id contingere,quia maius eſt periculum peierandi,quam frangendi votum, cum rarius fiat votum,quam iuramentum.

d Panor. in ca. ſi vero de iureiu.

Quæſt. 7. *Quando pænitere de voto,ſit pec.*

Dubitatur ſeptimo . *e* ſicut eſt pecc. mor. ex genere non adimplere votum,ſic etiam pecc pęnitere voti emiſſi.

e Io. Azor. Inſt. mor. lib.2.c.15. dub.vlt.

Prima conclusio.

Dicendum primo. Pænitens de uoto cum animo non adimplendi pec.mor. niſi obſtet paruitas materię Ratio quia habet voluntatem peccandi mortaliter.

Secunda conclusio.

Dicendũ ſecundo qui ſic penitet de voto ut tamẽ habeat animum adimplendi non pecc.mor. Ratio,quia uouere non eſt de neceſsitate ſalutis,imo ex aliqua circunſtantia,adeò poteſt pęnitentia illa cohoneſtari,ut nullum ſit omnino pecc.ut ſi uerbi gratia, quis pęniteret de ſolemni profeſſione,quia habet parentes extremè egentes,idem dicendũ de pænitentia uoti circa rem leuem , uel quæ cadat in impedimentum maioris boni.

Tertia conclusio.

Dicendum tertio Pænitere de opere ex uoto , quandò ex uoto factũ eſt,eſt pec.mor. Ratio, quia pęnitet de eo , quod ſtante uoti promiſſione eſt neceſsarium ad ſalutem ſecus ſi de eo pæniteret nulla facta applicatione ad uotum,tunc enim ſolum uen.pec.

f S.Th. 2.2 q 88.ar. 6.

Quarta conclusio.

f Dicendum quarto , opus factum ex uoto cum illa triſtia , & pęnitudine,dummodo adſit propoſitum adimplendi uotũ,quamuis non habeat,illam excellẽtiã meriti,quam alioqui habuiſset,ſi prima illa uoluntas,qua quis uouit adhuc uigeret , adhuc magis meritorium eſt,quàm ſi non fieret ex uoto. Ratio,quia opus ex uoto redditur actus eminentioris uirtutis nempè Religionis.

g 2. 2. q. 100.a.3 ad 5.
h Nau.manu.ca. 18. nu.6.

Dubitatur octauo. An nuda promiſſio de re bona,& licita obliget ſub mort.

i Tabie.V. Pactũ §.2.

Quæſt. 8. *Quid de nuda promiſsione.*

Prima conclusio.

Dicẽdum primo,omnis eiuſmodi promiſſio obligat ad ſui obſeruantiam,ſaltem ſub ueniali. Probatur primo , quia aliàs committitur mendaciũ. Secundo quia oppoſitum nocet tranquillitati,& bono humanæ ſocietatis. Tertio *g* ex D.Th. qui aſserit non obſeruantem promiſſionem infideliter agere.

l S.Th 2 2 q.89.ar.7.
m c. ſi publicis , & c.in malis 22.q.4.

Secunda concl.

Dicendum ſecũdo omnis ſimplex promiſſio uera, *h* ideſt facta animo ſe obligandi,deliberata i ea ſaltem deliberatione,quæ requiritur ad uotũ,uoluntaria *l* ideſt,ſine metu,& ui *m* niſi intercedat iuramentum, *n* rei licite,poſſibilis,notabilis,habita præſertim rõne perſonarũ, *o* ne dum circa præiudiciũ bonorũ,ſed ẽt famæ, quãuis,nec illa notabilis quãtitas quæ in foro ſat eſt ad pec. mor. ſit ſatis in promiſſione,ſed maior eſse debeat,& demũ ut rerũ ſtatus,

Materiæ notabilitas latius accipienda ẽ in furto . quam in promiſsione

n l.impoſſibiliũ , ff. de reg. iu.
o Lop.p.2. iſtr. cõſc. c.30. concluſ.6.

Digitized by Google

tis,& perſonarũ non ſit immutatus, ſemper huiuſmodi promiſſio obligat ex genere ſuo ſub mor. Ratio, quia aliàs magnum Reipublicæ detrimentum ſequeretur,& violaretur iuſtitia.

a 2.2.q.88. ar.5.

Contrarium docuit *a* Caiet. obligare ſcilicet, ſimplicem promiſſionem ex genere ſuo ad ven. Probat primo, quia obligatio promiſſionis ſpectat tantum ad moralem veritatem cum ergo oppoſitum eius nempè mendacium non ſit ex ſuo genere pec. mort. ideo non obſeruans promiſſionem tantum ven. peccat.

Refellitur primo Caiet. & ſoluitur prima obiectio.

Sed fallitur Caiet. etenim promiſſio debitis affecta circunſtantijs non ſolum ſpectat ad moralem veritatem, ſed etiam ad iuſtitiam commutatiuam, quod patet cum promiſſio ſit ad alterum.

Soluitur ſecunda obiectio.

b 2.2.q 88. a.3.ad 1.

Probat ſecundo Caiet. *b* ex D.Thom. dicente hominem non obligari ex qualibet promiſſione niſi ſecundum honeſtatem.

Reſpondeo his verbis non excludi obligatorium iuſtitię, ſed fori contentioſi.

Soluitur tertio obiectio.

Probat tertio, Legatum eſt quoddam promiſſionis genus,& tamen a teſtatore licitè reuocatur.

c Ad Hebr.9.

Reſpondeo, nec eſſe propriè promiſſionem, & ſi ſit, eſſe ambulatoriam, & *c* ſtabiliri per mortem teſtatoris, non autem antea.

1. Corell.

Cæterũ ex dictis infertur primo, promiſſionem nõ eſſe ſeruãdã cum vel euadit nociua illi cui facta eſt, uel certè magis nociua ei, qui fecit promiſſionẽ, quam vtilis ei cui facta eſt, exemplũ primi, vt ſi quis euadat furioſus non debeo amplius ei dare promiſſũ gladium, exemplum ſecundi, qui promiſſit in craſtinũ ſe patrocinaturum alteri coram iudice, ſi interim filij infirmitas neceſſario exigat eius præſentiam non tenetur ſtare promiſſis.

2. Corollar.

Infertur ſecundo, non eſſe ſeruandum promiſſum, cum interim euadit impoſſibile, aut periculoſum promittenti.

d Seneca l.4. de benef c.35.

e 2.Cor.1.

f l.cũ ꝓponas 2. C. de pacti. & c. peruenit. 2. de iureiuran.

3. Corollar.

d Infertur tertio, Nõ tenetur exequi promiſſionem, ſi cum hęc facta eſt, erant amici,& interim, euaſerunt inimici, uel ingratitudinis ſigna interceſſerunt, aut ſi quam ducere quando promiſit, interim fornicata ſit, vel aliquod rationabile accidit impedimentũ, *e* & ita Apoſtolus non eſt mentitus, ſi nõ iuit Corinthum iuxta promiſſionem.

4. Corollar.

Infertur quarto, non teneri ad promiſſionem, ſi is cui facta eſt, remittat obligationem *f*, vel non adimpleat conditionem propter quàm promiſſio facta fuerat.

g Angl. q. de uoto 2. 2. diff. 3. concl. 3.

g Dicendum tertio, per ſimplicem aſſertionem, non inducitur obligatio. Ratio, quia talis loquendi modus, non eſt promiſſio, ſed formula exprimendi propoſitũ animi ſui, huiuſmodi ſunt illæ locutiones, faciã, præſtabo, dicam,&c. ſunt enim potius cauſa exprimendi amoris,& animi, quam intentionem obligandi, unde niſi addat quis ſe promittere, non obligatur in conſcientia, & hoc notandum pro ſeruandis ſcrupulis,&c.

Dubitatur nono. An promiſſio purè mentalis, vel etiam exterior, ſed ita vt promittens ſit ſolus, obliget in conſcientia *Quæſt. 6.*

ſaltem ad explicandum huiuſmodi promiſſionem ei cui facta eſt in mente, & à ſimili quæri poſſet, an ſine actu exteriori per ſolam voluntatem quis rei ſuæ dominium, in alium tranferre poſſit.

Mentalis promiſſio nulla inducit obligationem.

a Reſpõdeo negatiuè. Probatur primo, quia natura'e eſt, vt homo homini proprios conceptus, verbis & ſignis externis ſignificet. Secundò promiſſio eſt actus iuſtitiæ, ergo eſt ad alterum, ergo vt obliget, neceſſe eſt, ut alius eam acceptet, acceptare autem non poterit quandiu ei non eſt manifeſta. Tertio mutando, quis internum propoſitum dandi aliquid alicui nulla huic fit iniuria. Quarto pobatur ex iure ciuili *b* ex quo habetur, quod animus in mente retentus nullam inducit obligationem, *c* Immo, quod ne donatio quidem fieri queat abſenti, ex eo quia requiritur alterius partis acceptatio, quod intellige de ſimplici donatione ſine iuris ſolemnitate ideſt, ſine teſtibus, inſtrumẽto: & quę ſuper nullo contractu fundantur.

a S. T. 2. 2. q. 88. a. 1.
b l. 1. ff de Verb. obl.
c l. Abſenti ff. de do.
d 2. 4. q. 18 ar. 1. dub. 15.

Cõtrariũ. Mag. Led.

Contrarium docuit *d* Ledeſmius, Probat primo, voces ſunt tantum ſigna conceptuum, ergo ſi per has inducitur obligatio in promiſſione, multo magis.

Soluitur prima obiectio.

Reſpondeo negando conſequentiã, propoſitio aũt poſterioriſtica, non facit ad propoſitum, cũ nulla obligatio per internos cõceptus in promiſſione inducatur, oportet autem vt proprietas inſit vtrique extremo, quando debet habere locum.

Soluitur ſecũda obiectio

Probat ſecundo. Promiſſio mentalis iuramento firmata obligat, ergo pręſupponitur validitas promiſſionis.

Soluitur tertia obiectio.

Reſpondeo negando conſequẽtiam, tota enim obligatio oritur ex iuramento.

Probat tertio. Promiſſio facta ſurdo, uel etiam abſenti, pręſente aliquo tertio obligat in conſcientia, ſed ſurdus, & abſens nõ audiunt vocem promittentis, ergo.

e Reſpondeo huiuſmodi promiſſiones, nec obligare quo adúſque, & ſurdo aliquo modo innoteſcat per ſigna, & abſens certior fiat, & vterque acceptet. Ratio, quia beneficium non confertur inuito, immo ne facta quidem præſenti, & non exprimenti conſenſum non tenet promiſſio, uidetur enim negligere cum dare, & acceptare relationem importent.

e Couar. l. var. reſol. c. 14. n. 2.

De

De impedimentis Excuſantibus à votorum impletione. Gap. VII.

a Caie. v. votũ, §. 4. b Rodr. p. 2. ſum. c. 94. cõcl. 2. c Ricar. d. 38. ar. 9. q. 3. d Nau. c. 12. nũ 78. e Philiar. de off. ſac. p. 2. l. 3. c. 15. f S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2. g Syl. v. votũ 2. q. 1.

Votũ deſinit eſſe obligatorium rationeſ materia. 1 *quia euadit illicita* 2 *Impeditiua maioris.* 3 *Indifferẽs* 4 *Impoſſibilis. et ſi ppria culpa.*

Dicendum primo. a Votum deſinit eſſe obligatorium. Primo ratione materiæ. Idque primo ſi interdum euaſerit illicita, vt ieiunium ratione ſuperuenientis imbecillitatis, b quamuis ꝗ. quia homo facile decipi poteſt in hoc iudicando, ideo conſultius erit, ſi facultas adſit, adire in eiuſmodi caſibus ſuperiorem, c Idem; dicendum ſi quis vouerit nunquam ſe petiturum voti diſpenſationem, nam ex ſuperueniente neceſſitate poteſt reddi illicitum tale votum.

d Secundo ſi materia facta ſit impeditiua maioris boni, vt peregrinatio: ingreſſus Religionis.

e Tertio, ſi facta ſit indifferens, qui enim valide vouerit non tranſire per viam ad vitandam meretricis occaſionem ea mortua, materia voti, quæ prius erat bona, euadit indifferens.

f Quarto, ſi euaſerit impoſſibilis, vt qui vouit ædificare Eccleſiam, ſi indicat in paupertatem, &c. & hoc intelligitur etiam ſi impoſſibilitas propria culpa cõtingerit, ſemper enim ad impoſſibile nemo tenetur, quamuis in hoc caſu peccauerit reddendo ſibi voti materiam impoſſibilem; g cæterum ſatis erit de culpa, commiſſa pœnitere, nec peccabit iterum non obſeruando votum, ſtante impoſſibilitate per propriã culpã prius inducta, & ſi impoſſibilitas per totam uitam perſeueret, ſemper excuſabitur, niſi forte cũ voti particulare aliquod tempus reſpexit; h nam eo tranſacto non tenetur, & rurſus aduertendũ, an tota materia voti reddatur impoſſibilis, an ſolum pars eius, alioquin uouẽs dare centũ, ſi talem poſſit dare decem, tenetur pro hac parte votum adimplere, ſed hic.

h Sot. 7. Iuſti. q. 2. a. 4.

Quæſt. 1.

Dubitatur primo. An fœmina quæ poſt virginitatis votum, fornicata eſt, vel matrimonium contraxit, adhuc ad caſtitatem teneatur, videtur enim iam accidiſſe caſus impoſſibilitatis.

i S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2.

In voto virginitatis cõſideratur tẽpus & votum. & uouẽtis intentio.

i Reſpondeo ſi conſideremus naturam voti, quæ in non operando conſiſtit, ſcilicet in negatione venereę uoluptatis ſpontaneę dicendum teneri adhuc ad caſtitatem, cum negatio non ad tempus, ſed ad ſemper obliget ex ſui natura, ſi autem conſideremus animum vouentis, tunc poteſt accidere, quòd noluerit ſe obligare, niſi ad cauendum à primo libidinis actu, & tunc non tene

tur amplius ex vi uoti ad caſtitatem. Ratio *a* quia actus agentium non operatur vltra intentionem eorum.

Corollar.

b Hinc infertur quòd ſi tantum habuit animum vouendi de primo actu uenereo, licet contrahendo matrimonium peccet, tamen poſtea licitè poterit etiam petere debitum, ſecus ſi uouit virginitatem iuxtà naturam rei pro ſempiterno, tunc quia contrahendo reddidit ſibi uotum impoſſibile pro toto, tenetur ſeruare ſaltem in parte, non petendo, etſi vir moriatur tenetur integrè ſeruare, & interdum hanc habere intentionem.

a cá. ad audientiá de decimis & l. non ois, ff. ſi cert. pet.
b Ledeſ. 2. 4. q. 55. a. 1

Quæſt. 2.

Dubitatur ſecundo. An qui ſimplex caſtitatis uotum emiſit et matrimonium contraxit teneatur ingredi Religionem antequam illud conſumet, ſuppoſito, quòd, alter coniux nequeat continere.

c Reſpondeo huiuſmodi peccaſſe mort. contrahendo, & iterum mor. peccare petendo debitum, cæterum, quia iam contraxit nec peccat reddendo debitum, nec tenetur ingredi Religionem ex eo enim quòd ius ſui corporis in coniugem transtulit, non poteſt eam priuare iure ſuo ideoque tenetur petenti reddere debitú, nec refert, quod huiuſmodi moralis impoſſibilitas ſeruádi caſtitatem ſua culpa acciderit, quia ſponte matrimonium contraxit, nam hoc ſolum facit, ut contrahendo peccauerit aliàs, vt ſupra dictum eſt ſemper impoſſibilitas ab inobſeruantia excuſat, nec rurſus redigendus eſt, in has anguſtias vt fiat Religioſus, non eſt omnium culmen profeſſionis arripere, quare hoc morale impedimentum etiam ſua culpa contractum illum in parte excuſat neq; à debiti redditione.

c Ant. de Cordu. tr. de caſ. conſciétiæ caſu. 136. pun. 2.

Quòd ſi quis tale uotum emiſit, non inueniat, Religionem, quæ illum recipiat, omninò liberatur, cum in hoc caſu uoti adimpletio non ſit poſſibilis, ac proindè poterit petere, & reddere debitum.

Sacris initiatus, poſt contractum matrimoniũ de præſenti ſuaderi, non compelli poteſt ad Religionem.

Confirmatur concluſio authoritate *d* Ioannis vigeſimi ſecundi aſſerentis eum, qui poſt contractum matrimonium de præſenti, & non conſummatum, ſacris initiatus fuerat, inducendum eſſe vt Religionem ingrediatur, quod ſi renuerit, & ſponſa inſtiterit; per Eccleſiaſticam cenſuram compellendú eſſe ad conſummandú matrimonium, ex quibus elicit gloſa, non poſſe compelli ad Religionem, ſed induci, & ſuaderi.

d Extrau. Anuiquæ concertationi titu. de uoto.

Quæſt. 3.

Concluſio unica.

Votum caſtitatis in Religione obligat poſt profeſſionem

Dubitatur tertio. Quid dicédum de fęmina, quæ uouit Religionem, & poſtea contraxit, ſed nondum conſummauit matrimonium.

Reſpondeo teneri ad uotum. *e* Ratio quia adhuc ei licitum eſt, illud adimplere, & peccabit mortaliter conſummando.

e c. ex publico de cóuerſ. coniugum.

Quæſt. 4.

Cæterum ſi conſummauerit, poterit deindè licitè petere, & reddere debitum. Ratio, quia uotum caſtitatis non obligat in Religione niſi poſt profeſſionem. Mortuo verò coniuge tenetur ingredi Religionem, ex uoto priſtino non extincto, ſed quaſi ad tempus ſopito.

Du-

a Arag. 2. 2.q.88.a.3

Quæſt. 4. *Quid de muliere, quę uotum de non nubendo uouit.*

Dubitatur quarto. Quid dicendum de fęmina, quę uouit non nubere & nupſit. a Reſpondeo peccaſſe, poſſe tamen licitè petere, & reddere debitum, tum quia iam materia voti prius emiſſi redditur omnino impoſsibilis, tum etiam quia huiuſmodi uotum non æquiualet ex ſui natura uoto caſtitatis, & multo minus perpetuè, niſi forte uouendo, hoc intendebat, & ex his.

Corollar. 1

Infertur primo. Quòd & ſi matrimonium nondum conſummatum ſit, poterit legitime conſummari, etiam petendo debitū.

2

Secundo, quòd ſi mulier fornicetur, non peccat peccato ſacrilegij.

b Sot. 7. iu ſtu. q. 2. a. 1.

3

Tertio. In huiuſmodi voto poſſe diſpenſare etiam quemlibet Confeſſarium per bullam cruciatæ. b Imo ſi fuiſſet emiſſum ad licentius meretricandum, eſſet omnino nullum.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto, An qui per ſeipſum non poteſt, teneatur per alium adimplere uotum.

c Azor. p. 1. inſti. moral. lib. 11. c. 15.

c Reſpondeo. Regulariter non teneri, cum in omni uoto ſubintelligatur conditio, ſi potero &c. Hoc uero fallit.

d Syl. v. votū 2. q. 10.
e Pan. in c. licet vniuerſis de voto, & voti redē.

Caſus in quibus ſaltem p alios uotum eſt ad implendū.

d Primo, quando habuit intentionem adimplendi ſaltem per alium. Secundo, quando ad id tacitè votum extenditur, ut de operferenda terræ ſanctę, &c. e Tertio; quando uouens pręuidit impedimentum tempore adimpletionis ſuperuenturum, uel ēt aderat tempore uoti emiſſi, & noſcebat illud perpetuo duraturum & ratio eſt quia aliàs uotum eſſet deriſorium.

f Ang. v. votū 3. §. 6. & 7.

Addunt, f Alij, quando quis fuit in mora, & ſua culpa euaſit impotens; Sed rectius in caſu dicendum non teneri, quamuis ob moram culpabiliter interiectam peccauerit.

Quæſt. 6.

Dubitatur ſexto. An uoti obligatio tranſeat ad heredes.

g Nau. c. 12 nu 46.

Concluſio 1

Dicendum primo. g Votum perſonale, adhæret perſonę uouentis, nec alium inuitum poterit obligare, patet. ex dictis etiam in materia de iuramento.

h Tabie. v. votū 3. §. 8

2

Dicendum ſecundo h Tenetur hæres ad vota realia teſtatoris Ratio, quia hæreditas tranſit cum onere ſuo.

i S. Ant. p. ... c. 2.

3

Dicendum tertio. i Votum mixtum adimplendum eſt ab hærede tantum quoad partem realem, verbi gratia, vouit quis portare calicem ad Eccleſiam, ſatiſfaciet hæres, ſi calicem per alium mittat.

l Angl. in 4 q. de voto a. 2. diffic. 14.

4

Dicendum quarto. l Quando votum eſt ita mixtum, vt expreſſe, & principaliter appareat perſonale, & ſit reale, non niſi ſecundario, & conſecutiuè, cuiuſmodi eſt peregrinatio, hæres ad nihil tenetur. Ratio, quia ad ablationem principalis aufertur, & acceſſorium.

m Pan. lo. cita.

5

Dicendum quinto. m Hæres neceſſerius non poteſt grauari vltra quintā partem hæreditatis, ſpontaneus autem, tenetur, ad omnia vota realia, & compelli poteſt etiam per excommunicationem.

De

De impedimentis ex parte intentionis vouente. Caput VIII.

1. *Regula.*

POteſt ſecundo, ceſſare voti obligatio ex parte intentionis, & tunc fit.

a Prima Regula, vota ex intentione vouentis, ſi certa ſint obligationis modum ſortiuntur. *a* Caiet. v. votũ §. 4.

Probatur primo; *b* ex ſcriptura dicentes Facies ſicut promiſiſti Domino, &c. *b* Deut. 23

Probatur ſecundo ratione; votum enim eſt voluntarium, ergo à voluntate modificabitur.

Si intentio non cõſtet, quid agendum.

c Secunda, votum ſimpliciter emiſſum, & cui ex vouentis intentione nulla eſt appoſita limitatio, piè interpretandum eſt ſecundum ſacros Canones, & ſacram doctrinam, ita vt quantum fieri poteſt omnis tranſgreſſionis occaſio euitetur; & inſpiciendum præſertim, quam nam intentionem habere potuiſſet ſi cum vouit, de aliqua rei promiſſę circumſtantia ſpecificaſſet; & demum eſt habenda ratio benignioris conſuetudinis, quę in ſingulis vrgeat locis ad rei voto promiſſæ conditionem obſeruandam. *c* Hoſt. 1. c. ex parte. cenſib.

3 *Votũ cõdõgale obligat cõdõne adimpleta.*

d Tertia, Votum conditionale non obligat, niſi adimpleta conditione, vel conditionibus, ſi vouens plures appoſuit, & habuit intentionem expreſſam ſe non obligandi niſi poſtquam omnes fuerint adimpletæ: quòd ſi neſciat de propria intentione diſcernere, tutius erit, vnâ adimpleta, votum executione demandare. *d* Arch. in c. non ſolũ 23. q. 8.

Quotuplex cõdõ irritãs votum. Condõnes, vel cõiunctiua, vel diſiũctiua. Condõ pœnalis, voto apponitur vel diſiũcte vel abſolute.

e Conditio autem appoſita poteſt votum irritare. Primo, cum repugnat rei, quę voto promittitur, vt habere proprium, & eſſe Religioſum. *f* Secundo, quando eſt impoſſibilis. *g* Tertio, quando eſt turpis. *e* Couar. 4. de matr. p. 2. c. 3. §. 1. in 18.

Rurſus, vel conditiones apomuntur coniunctiuè & tunc vt votum obliget, omnes prius ſunt adimplendę, vel diſiunctiuè, & tũc ſatis eſt aliquam earum adimplere. *f* Palu. 4. d. 38, q. 3. a. 2.

Poteſt etiam *h* conditio eſſe pœnalis, & hoc dupliciter, vel ſub conditione, vt ſi luſero faciam hoc, & tunc ludendo quis non peccat ex vi voti, ſed tantum tenetur ad pœnam; vel abſolutè vt voueo non ludere, & ſi luſero voueo talem pœnam, tunc enim, & ludendo peccat, & tenetur ſimul indictam pœnam ſubire His præaſumptis. *g* Sy. v. Relig. 3. q. 7. *h* Med. c. 2 q. 96 ar 4. dub. 3. ad

Du-

Dubitatur primo. An ſi quis propria culpa non obtineat conditionem, ſub qua votum emiſit, adhuc teneatur ad votum. Quæſt. 1.

a Azor. p. 1. inſt. mo ral. lib. 11. ca. 13. dub. vlt.

Inſpiciẽda preſertim vouentis intentio.

a Reſpondeo inſpiciendam eſſe vouentis intentionem; ſi enim pro vitando, verbi gratia, adulterio intendebat à Deo maiorẽ aliquam gratiã ordinariã obtinere, non tenetur etiam ſi ſua culpa incidat in peccatum, ſecus ſi communem tantum &c. Ratio, quia alias ei fraus patrocinaretur, & quia per ipſum ſtetit. Culpę autem nomine intelligitur voluntaria precipitatio in tale peccatum, nè voto adſtrictus maneat, non autem iniuria, obliuio, vel negligentia.

Dubitatur ſecundo. Quando votum ſit adimplendum. Quæſt. 2.

Prima cõ.

Dicendum primo. Votum emiſſum cum temporis determinatione obligare intra illud tempus. Ratio, quia votum ex vouentis intentione dependet.

b Angl. 4. q. de voto ar. 2. diff. 12.

b Dicendum ſecundo. Cum determinatio temporis ſe habet vt pars obiecti ipſius voti, tunc eo tranſacto, licet quis peccet non obſeruando, amplius tamen non obligatur, vt ſi verbi gratia, quis voueat ieiunare in vigilia aſſumptionis: Ratio, quia obiectum voti non eſt tunc ſolum ieiunium, ſed etiam deuotio talis temporis, quare eo tranſacto, votum redditur impoſſibile. 2

c Si. cor. tr. de voto nu. 11.

c Dicendum tertio. Si tempus apponatur tantum, vt determinatiuum executionis, eo elapſo, & peccat ſi quis nõ obſeruauit, & adhuc ad votum tenetur. Ratio, quia adhuc integra voti materia perſeuerat. 3

d S. th. 2. 2. q. 88. a. 3.

e Syl. v. vo tũ 2. q. 3.

d Dicendum quarto: Omne votum licitum ſtatim adimpleta conditione obligare. 4

e Dicendum quinto. Vouens abſolutè, ſine temporis præſcriptione, tenetur ſtatim ac poteſt commodè, votum adimplere. 5

Probatur primo, ex ſcriptura, cum votum, inquit, voueris, non tardabis reddere.

Probatur ſecundo, à ſimili promiſſio homini facta, & acceptata ſtatim obligat, ergo, &c.

f S. Ant. p. 2. tit. 11. §. 2.

Et hęc concluſio preſertim locum habet in f voto Religionis.

Dubitatur tertio. De Votis ſe inuicem impedientibus. Quæſt. 3.

Quid de votis inuicẽ impediẽtib.

g Io. Maior. 4. ſub. 38 q. 2.

h Syl. v. vo tũ 2. q. 17. arg. quem admodũ de iure. ir.

g Reſpondeo recurrendum eſſe ad vouentis intentionem, quam vel habuit, h vel habuiſſet, ſi de illa mutua votorum implicãtia meminiſſet, vel certo adimpleat votum primò emiſſum, niſi poſterius ſit de re Deo magis grata, quòd penſandum eſt ex motiuo maioris deuotionis, non maioris afflictionis, cum illa ad Religionem, hæc ad temperantiam ſpectet. In dubijs tamen conſulendus eſt Prę'atus, & cum alterum votorum ad præſcriptum tempus propter implicantiam adimpleri non potuit, eo elapſo, amplius non obligat.

Dubitatur quarto; An qui vouit non comedere carnes feria ſexta Quæſt. 4.

Digitized by Google

Venẽs abſtinere a carnibus die Veneris non põt tñe cõmedere eũ in eã incidit Natalis Domini

ſexta teneatur ab illis abſtinere, cum in talem diem incidit Natalis Domini.

a Reſpondeo affirmatiuè, Contra *b* Ioan. Andræam. Ratio, quia cum non conſtet de mente vouentis, interpretanda eſt de re, quę aliàs non eſt ſub præcepto, cum votum communiter ſit opus conſilij, eſt autem ſub conſilio huiuſmodi abſtinentia à carnibus feria ſexta tantum cum in ea celebratur Natalis Domini.

Confirmatur, quia ſemper *c* diſpoſitio ne ſit inutilis debet aliquid operari, ſed ſi tale votum referretur tantum ad eſum illicitum, fere nihil operaretur.

a Palu. 4. d. 38. q. 3. concl. 4.
b In c. ſi d. obſerua. ieiun.
c l. quoties de verbo. oblig.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto. An qui vouit ieiunare in vigilia alicuius ſanti, ſi illa incidat in diem Dominicum, poſſit præuenire die Sabbati.

Ieiuniũ uel exultationis uel afflictionis hoc punitur, illud nequiquã.

d Reſpondeo ſi vouens intendebat de ieiunio exultationis, quo ſe magis diſponeret ad ſpeciale gaudium, ad illud teneri etiam die Dominico, ſecus ſi de ieiunio afflictionis. *e* In dubijs verò poteſt ſe conformare conſuetudini Eccleſiaſticæ, propter quam & qui vouit ieiunare per mentem, non obligatur diebus Dominicis, niſi eo expreſsè comprehenderit.

d S. Th. 2. 2. q. 147. a. 5.
e Tabie. v. votũ 3. § 7.

Quæſt. 6.

Dubitatur ſexto. An ceſſante cauſa voti, ceſſet, & voti obligatio.

Reſpondeo, vt ſupra, Recurrendum eſſe ad vouentis intentionem, *f* & rurſus iudicandum an cauſa illa fuerit finalis, *g* nam ea ceſſante, non obligatur, ſecus ſi fuerit tantum impulſiua. *h* In dubijs autem tutior pars eſt eligenda, nempe votum obligare.

f Ange. v. votum 3. § 5.
g arg. c. cũ ceſſãte de oblig.
h arg. l. qui quid ẽ de verb. obli.

DE VOTO INGREDIENDI Religionem, & qualiter intelligendum ſit. Cap. IX.

Quæ conſiderando pro Religionis ingreſſu.

VT debitè Religionis ingreſſus, qui valdè meritorius eſt, alijs ſuaderi queat, conſiderandum eſt.

1 *Aetas ſufficiens.*

a Primo, vt adſit ſufficiens ætas, cum antè non poſſint adoleſcentes maturè de re tam graui deliberare.

2 *Ne ſit violentia, & importuna ſuaſio.*

b Secundo ne quis nimis, aut violentia inducatur, immo nè importuna quidem ſuaſione.

3 *Ne per ſymoniam.*

c Tertio nè muneribus ad ſymoniam datis, vel acceptis pro ipſo ingreſſu; licet ſi monaſterium tenue ſit pro nouitij ſuſtentatione, aliquid quaſi in eleemoſinam recipi poſſit. *d* Neque erit illicitum dare munuſcula, quibus ſuauiter vitæ religioſæ beneuolentia, apud alios concilietur.

4 *Cōſtet de religionis aſperitatibus.*

Quarto. Abſit deceptio, *e* quæ contingit cælando dura, & aſpera, quę in Religione ſunt ſuſtinenda.

5 *Ne qui in diſſolutos ordines inducatur.*

f Quinto nè quis in Religionem inducatur, in qua regularis obſeruantia, ſaltem circa eſſentialia, non vigeat.

6 *Ne paſſim a lijs ad uouendū Religionis ingreſſus ſuadeatur.*

g Sexto, nè cui paſſim ſuademus vouere ingreſſum Religionis. His præmiſsis.

Quæſtio. 1 *Vouens Religionē primario ad aliquē eius locum ſi ibi non recipiatur, eſſe libera uoto.*

Dubitatur primo. An qui vouit ingredi Religionem in certo aliquo eius monaſterio, ſi ibi non recipiatur, remaneat liber à voto.

h Reſpondeo affirmatiue ſi eius intentio fuit primariè ad talē locum. Ratio, quia ceſſante obligatione ad id quod eſt primariū, ceſſat, & ad id quod eſt ſecundarium.

Quæſt. 2.

Dubitatur ſecundo. An qui determinatè vouit intrare in aliquo Monaſterium reiectus ad tempus, teneatur iterum petere admiſſionem.

i Reſpondeo, ſi ſimpliciter ſit expulſus, ſtatim à voto liberatur. Ratio, quia cum ad contractum requiritur duorum voluntas, altero eorū ſimpliciter renuente, nulla remanet obligatio. Secus, ſi tantum ad tempus repellatur.

Quæſt. 3. *Quid de vouente Religionem in genere.*

Dubitatur tertio, de vouente Religionem in genere.

l Reſpondeo, ſi nō admittatur in ſex, vel ſeptem Religionibus, vel in tot monaſterijs vndè moraliter conijciat, quod in nullo alio

a Vide Trident. ſeſſ. 25. c. 15.
b c. Preſēs cleric. 20. q 3. & Trident. ſeſs. c. 18. de regular.
c c. quāpio 1. q. 2.
d S. Th. 2. 2 q. 100. a. 3. ad 4.
e Vide in Reg. 5. Benedicti c. 58.
f Caie. 2. 2. q. 189. a. 9.
g Nau. ca. 12. n. 46.
h Sot. 7. Iuſti. q. 2. a. 1
i Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3.
l S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2.

Digitized by Google

lio recipietur, erit liber à voto. Ratio, quia votum eſt de poſſibili morali.

Refellitur ſnīa Innoc.

Contrarium docuit *a* Innocentius volens huiuſmodi teneri ad profitendum ſaltem in manibus Epiſcopi, & domi manere.

a In c. Porrectum n. 5 de Reg.

Sed contra, primo. In voto de ingredienda Religione ſub intelligitur implicitè Religionis aſſenſus, hoc ergo deficiente, non obligabit. Secundo, qui ſpecialem vouit Religionem, ſi ab ea repudietur, non tenetur profiteri in manibus Epiſcopi; ergo, nec qui Religionem in genere, ſi à nulla acceptetur.

Nemo ex vi voti tenetur ingredi monaſteriũ in quo non ſeruentur oſſentialia.

b Immo ſi tantum poſſet recipi in Monaſterio diſſoluto circa eſſentialia, neque teneretur illud ingredi, iam enim votum ratione euentus factum eſſe illicitum.

b Rodr. p. 2. Summæ c. 95 a 3.

Equites qui tria vota profitentur, sũt Religioſi.

c Satisfieri tamen poſſet huic voto ſumendo habitum illorum Equitum, qui tria vota emittunt, nam alij qui vouent tantum coniugalem caſtitatem, dicuntur ſolum Religioſi ſecundum quid.

c Azor. p. 1. inſtit. moral. l. 13. c. 3.

Quæſt. 4.

Dubitatur quarto. Ad quid teneatur, qui certam aliquam Religionem ingredi vouit.

d S. Ant. p. 3. tit. 16. c. 2 §. 4.

Prima concluſio.

d Dicendum primo. Hunc, poſtquam pro viribus recipi poſtulauit, ſi non obtineat, poſſe licitè matrimonium contrahere, contra Paludan. volentem teneri ad aliam Religionem.

Secũda cõcluſio.

Dicendum ſecundo. *e* Vouens aliquam Religionem ſi poſtea cognoſcat in ſe impedimentum; propter quod in illa omninò non recipietur, non erit amplius voto obnoxius. Idemque dicendum ſi poſt voti emiſſionem incurrat perpetuum impedimentũ, etiam ſi ſua culpa, quamuis in hoc caſu peccauerit. Ratio, quia iam votum factum eſt illi impoſſibile, ſecus ſi impedimentum ſit ad tempus.

e Valẽ. to. 3. diſp. 6. p. 4. q. 16.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto. An vouens Religionem teneatur vbique terrarum loca ipſius luſtrare, vt in aliquo recipiatur.

f Syl. v. Religio 2. q. 16.

f Reſpondeo, recurrendum eſſe ad eius intentionem; quod ſi de hoc non cogitauit, dicendum ſatis eſſe, ſi intra ſuam prouinciam quoque, vel ſex Monaſteria adeat, vnde conijci poſſit, quod in nullo alio recipietur. Ratio, quæ ſupra dubio 3.

Votũ intelligitur de poſſibili morali.

Quæſt. 6.

Dubitatur ſexto. An cum quis vouit Religionem, & ab ea non admittitur ob defectum, verbi gratia, Grammaticæ teneatur illam addiſcere, cum nolit recipi, vt laicus, vel etiam ſi vt laicus recipiatur teneatur addiſcere aliquam artem.

Bona fides in voti emiſſione, ſuffragatur.

g Reſpondeo, ſi bona fide vouit, credens non teneri ad huiuſmodi conditionem, excuſari, & liberum eſſe à voto. Item ſi vouens ſciebant ſe omninò eſſe ineptum ad grammaticam, tenetur ingredi, vt laicus, alias votum eſſet deriſorium, ſecus ſi ignorabat propriam ineptitudinem, & eius intentio erat nõ fieri laicum. Ratio, quia votum non extenditur vltra vouentis intentionem.

g Filiarcus de offi. ſacerd. p. 2. l. 3. c. 2.

Dubi-

Digitized by Google

Dubitatur ſeptimo. An qui ſpecialem vouit Religionem, aliam poſſit ingredi. quæſt. 7.

a S.Th. 2.2 q.89. ar. 9. Dicendum *a* primo. Si ſit arctior, & præſtantior hæc, quam ingreditur, poſſe. Ratio, quia aliàs votum emiſſum eſſet impeditiuum maioris boni. *Primà conclusio.*

b Azor. p. 1. inſti. moral. lib. 11. c. 22. dub. 12. *b* Dicendum ſecundo, qui vouit ſpecialem Religionem, non poſſe propria authoritate ingredi, aliam, æquè arctam, & ſi ingrediatur, & non profeſſionem emiſit, tenetur ingredi illam quam vouit. *Secunda conclusio.*

c c. qui poſt votũ de Reg. in. 6. & S. Th. 2. 2. q. 189. ar. 8. ad 3. *c* Dicendum tertio, qui propria authoritate Religionem etiã laxiorem ingreditur, quam ſit illa, quam vouit, regulariter peccat, ſi tamen profeſſus in ea fuerit, liberatur à priori voto. Quod peccet, patet, quia minus præſtat, quàm promiſerit, quod vero profeſſio valida ſit; probatur, quia maius vinculum eſt votum ſolemne, quàm ſimplex, quod ſi ante profeſſionem recedat, obligatur ad primum votum. *Tertia conclusio.*

Dixi regulariter, cum ex indulto Apoſtolico, plerique ordines habeant, vt in eis recepti, abſoluantur à voto cuiuſcunque Religionis etiam arctioris.

Dubitatur octauo. An qui vouit Religionem, ſatisfaciat, ſi ſtatim admiſſus, abſque probatione egrediatur. quæſt. 8.

d Piſanel. v. Relig. 3. q. vlt. *d* Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia vouens obligatur ad omne id, quod eſt eſſentialiter voto annexum, cuiuſmodi in voto Religionis eſt, animus illam experiendi, ita ut ſine eo, non eſſet votum, ſed potius quid malum. *Vouẽs obligatur ad id quod eſſentialiter eſt votum annexum.*

e c. cõmiſſũ de ſpõſ. f c. debitores, de iureiur. g c. p tuas de voto & voti redẽ. Obijcitur à ſimili, *e* Primo ſatisfacit iuramento contrahendi matrimonium, qui poſtquam contraxit, ſtatim Religionem ingreditur. *f* Secundo, qui iurauit ſoluere vſuras, poteſt ſoluere, cum animo ſtatim eas repetendi. *g* Tertio, qui iurauit ingredi Religionem, poteſt ingredi, & ſtatim Epiſcopatum acceptare, ergo, & qui Religionem vouit poteſt ingredi, & ſtatim exire.

Reſpondeo. In his caſibus diſparem eſſe rationem, ſemper enim in illis fertur intentio in rem licitam, at immediatus exitus à Religione eſt res illicita. *Soluuntur obiectiones.*

Dubitatur nono. An qui vouit Religionem, poſſit ſine peccato, poſt ingreſſum reuerti ad ſæculum. quæſt. 9.

h Sot. 7. Iuſti. q. 2. a. 1 *h* Reſpondeo inſpiciendum eſſe vouenti animum, nam ſi intendebat nè dum ingredi, ſed profiteri, tenetur perſeuerare. ita ut per ipſum non ſtet, profeſſionem emittere, etiam ſi eum difficultates vrgeant, quibus aliàs, ſi non haberet tale votum, ſufficiẽter induceretur ad exeundum de Religione, hic enim videtur renunciaſſe anno probationis, qui datur in fauorem nouitij, & ſi petenda eſt diſpenſatio, nè ſit ſurreptitia inſinuandum eſt vtrumque votum, nempè de ingreſſu, & de perſeuerantia, cum ad hæc duo diuerſa ſe voto obſtrinxerit. Secus ſi in voti emiſſione nihil tale cogitauit, & bona fide, & animo experiendi ingrediatur, etiam ſi cum ingreſſus eſt firmum habuerit animum perſeue- *Vouens perſeuerare renũtiat quãtum eſt ex ſe, anno probationis.*

ſenerandi, propoſitum enim non eſt votum, *a* cum ergo hic præſumatur vouiſse Religionem ſecundum, ius commune *b* præſcribens annum probationis, poterit egredi ſine peccato. *a* Angl. q. de voto 2. 2. diffi. 6. *b* c.1. de tegular. in 6

Soluitur obiectio. Obijcies, non dicitur veniſse, qui non ſtetit, ergo, nec dicitur adimpleſse votum Religionis, qui in ea non perſeuerat.

Reſpondeo ſtetiſse in probatione.

quæſt. 11. Dubitatur vndecimo. An qui vouit Religionem, & dubius eſt an etiam vouerit profiteri, iudicandum ſit vtrumque vouiſse.

In dubijs pars tutior eligenda. *c* Reſpondeo affirmatiuè. Primo, quia aliàs tale votum ſine implicita intentione emittendi profeſsionem ſeruatis ſeruandis videtur vanum. *d* Secundo, quia in dubijs, pars tutior eſt eligenda, ac proindè tutius erit petere diſpenſationem, quæ ratione dubietatis, facilius impetrabitur. *c* Nau. to. 1. cõſ. ti. d voto cõſ. 18. in antiquis, & in nouiſs. 26 *d* c. Iuuenis de ſpõſalibus.

quæſt. 12. *Obex volũtarius non excuſat à voto, præſertim ſi ad hoc tolli poſſ.* Dubitatur duodecimo. An qui vouit Religionem, & poſtea propter patrata ſcelera, non admittitur, vel admiſsus in anno probationis expellitur, adhuc voti obligatione teneatur.

e Reſpondeo affirmatiuè, ſi data opera, & ad hunc finem illa commiſsa ſunt, ſecus ſi ex fragilitate, aut praua conſuetudine. *e* Vide ſupra ca. 7. dub. 1.

quæſt. 13. Dubitatur decimotertio. An qui poſt votum Religionis ſiue ex propria culpa, ſiue abſque aut non admittitur, aut admiſsus expellitur, teneatur in ſeculo ſeruare caſtitatem, & ſtatuta illius ordinis quantam in ſe eſt.

Non admiſſus in Religione non tenetur ex vitalis votis ad caſtitatem, & ſtatuta, etc *f* Reſpõdeo negatiuè. Primo, quia ex vi talis votis ſolũ ſequitur obligatio ad id quod eſt proprium, & primum eius obiectũ, hoc autem eſt Religio ſolum, non autem caſtitas, aut alia Religionis ſtatuta. Secundo, qui vouet ſtatum aliquem non tenetur ad leges illius, niſi cum ſtatum ipſum aſsumpſerit, cum ergo Religio ſit ſtatus quidam, nemo tenebitur ad eius leges, quouſq; per profeſſionem aſsumatur. *f* Lop p. 1. inſtr. conſc. c. 44.

Obijcies vouens dare centum in eleemoſinam, ſi totidem erogare nequeat, tenetur ſaltem ad quot poteſt, ergo à ſimili, qui non poteſt ex integro uotum religionis implere, &cæc.

Reſpondeo diſparem eſse rationem, nam uoto emiſso de erogandis centum, formaliter continetur, & decem, ideoque ſi non poteſt dare centum, tenebitur dare decem. At in uoto Religionis nonniſi ſecundario, & conditionate includuntur caſtitas, & ſtatuta, nempe adueniente profeſsione, unde ſequitur, quod ſi is qui uouit Religionem ante profeſsionem egrediatur, fornicando non committit ſacrilegium, & licite contrahit matrimonium.

Vltimo dubitatur, quid dicendum de ijs, qui tanquam incorrigibiles expelluntur.

g Dicendum primo. Expulſus tenetur pro uiribus ſe corrigere, ut iterum admittatur, ſi autem correctus non admittitur *g* Phpliar. offi. ſac. p. 2. lib. 3. c. 21.

tur, licitè remanebit in ſæculo abſolutus à Religionis obedientia.

Prima pars probatur, quia donec manet malitia, ipſe eſt cauſa excluſionis.

Secunda pars patet, nam voti adimpletio, quoad obedientiam, iam illi facta eſt impoſſibilis.

a Nau. 1 c. non dicatis 12. q. 1. nu. 34.

a Dicendum ſecundo, expulſus per definitiuam ſententiam, nec correctus quidem tenetur redire, iam enim deſinit eſſe Religionis illius ordinis, & reputatur tanquam ſeruus à Domino derelictus.

Expulſus non poſt correctionem tenetur redire ad ſuũ ordinem ſi definitiua ſententia ĩterceſſerit.

Dicendum tertio, expulſus tenetur ad caſtitatem, etiam ſi non ſit ſacris initiatus, patet ex Eccleſiaſtica conſuetudine, quę illum inhabilitat ad contrahendum, ideoque ſi fornicetur, committit ſacrilegium.

Tenetur ad caſtitatem

b Azor. p. 2. inſtitu. mor. li. 12. c. 16. dub. 9.

b Dicendum quarto, teneri ad obedientiam Epiſcopo Diœceſano præſtandum, & ad paupertatem hoc modo, vt ei tantum liceat acquirere, quæ ad victum, & veſtitum ſunt neceſſaria, non poſſit condere teſtamentum, & quodcunque acquiret, non ſecus, ac alia bona vacantia, ad Papam, vel Epiſcopum, vel Eccleſiam ſpectant.

Ad obedientiam Epiſcopo præſtandum. Et quõ ĉt ad paupertatim Non tenetur ad ſtatuta.

Dicendum quinto, ſi non ſit in ſacris, non teneri ad diuinum officium, & multo minus, ad ieiunia, aliaque ſtatuta. Ratio, quia hęc non vouit expreſsè, & ad illa non tenebatur niſi ratione Religionis à qua iam fuit expulſus.

c Arag. 2. 2. q. 88. a. 3

Quando non teneatur geſtare habitum.

c Dicendum ſexto, non teneri ad geſtandum habitum, ſi eo in expulſione fuit expoliatus, nec obligari ad aliam Religionem, etiam ſi ante ingreſſum votum Religionis emiſerit. Ratio, quia votum ſimplex, per ſolemne adimpletum, & extinctum eſt.

De varijs modis, quibus quis ab obligatione voti liberari poſsit.

Caput X.

Epichaa

PRimus dicitur *a* Epichea, ſeu interpretatio, ſecundum quam naturali ratione colligitur euidenter votum in tali caſu non obligare.

a S.Th. 2.2 q.88. ab a. 10.

Ceſſatio

Secundus *b* dicitur Ceſſatio, quæ contingit, vel quia tempus ad voti obligationem præſcriptum, iam ab ſolutum eſt, vel quia deſinit cauſa, quæ rem, aliàs indifferentem, reddiderat bonam.

b Aug. v. votum 3 & 4.

Irritatio.

c Tertius eſt, Irritatio, quę ſupponit votum iam validum, ſed a ſuperiore annullatur.

c Palud. 4. d.38. q. 4. a. 2.

Diſpenſatio Commutatio Redemptio. Qui poſſint irritare votum.

Quartus eſt Diſpenſatio, qua voti vinculum ex cauſa rationabili per ſuperiorem relaxatur.

Quintus eſt commutatio, qua eadem authoritate voti materia in aliam trāsfertur: huc redicutur, & redemptio, niſi quod iſta ſit ſpecialiter per pecuniam.

d Irritare autem poſsunt vota, quicūque in eos qui vota emiſerunt poteſtatem habent dominatiuam, & ſi quidem hæc fuerit tantum ciuillis, & profana, non extenditur niſi ad irritationem, & erit de iure naturę, *e* ſi verò ſpiritualis, qualem habent Prælati reſpectu ſubditorum, extenditur etiam ad diſpenſationem, & commutationem, & erit etiam de iure Diuino.

d Sot. 7. Iuſti. q. 3. a. 1

Et ij diſpenſare, & commutare.

e Caie. 22. q. 88. a. 8.

Dubitatur primo. Quæ nam vota Religioſorum poſſit Pręlatus irritare.

Reſpondeo omnia, *f* præter votum ingrediendi arctiorem Religionem, cum aliàs ſubditi ſæpiſsimè ab eo impedirentur.

f c. licet de Reg.

Contrarium docuerunt *g* Angles, & Caiet. *h* volentes nec vota à ſubditis emiſsa de rebus ad ſalutem neceſsarijs poſse à Prælatis irritari.

g q. de voto a 7. diffic 2.

Probant. Poteſtas irritari fundatur ſupra dominium materiæ, ſed materia præceptorum iuris naturalis, & diuini non cadit ſub Prelati dominium ergo, &c.

h loc. cit.

Soluitur obiecti. Angl. & Caiet.

Reſpondeo ad minorem materiam præceptorum non cadere ſub dominum Prælati, quatenus ad ea ſubditus ſub præcepto obligatur, ſed quatenus rurſus peculiari vinculo virtutis Religionis, ex voto procedente, ad ea ipſa obligari poteſt.

Du-

Digitized by Google

Dubitatur ſecundo. An uotum religioſi adimplendum pro tempore, quo non erit ſubditus Prælato, uerbi gratia, cum erit Epiſcopus, poſſit à prælato irritari. Quæſt. 2.

Prælatus pōt irritare uotū ſubditi ...

a Emanuel Sà in Aphoriſmis v. votū, c. 2.

a Reſpondeo affirmatiue. Ratio, quia ſatis eſt, quod cum uotum emittitur à ſubdito, eius uoluntas Prælato ſubijciatur, ubi autem ſemel fuerit irritatum, amplius non reuiuiſcit.

Dubitatur tertio. An prælatus poſſit irritare uota ſubditorum ante religionem emiſſa. Quæſt. 3.

b Gl. in c. noluit 33. q. 5.

c c. ſcripturæ, de voto, & voti redempt.

b Reſpondeo affirmatiuè. Probatur primo à ſimili: poteſt uir irritare uota uxoris ante matrimonium emiſsa, ergo & Prælatus, c Secundo, quia omnia uota perſonalia in ſolemne commutantur.

Dubitatur quarto. An uotum ſubditi ſemel ex Prælati licentia emiſsum poſſit iterum ab eo irritari. Quæſt. 4.

Dicendum primo. Integrum eſse ſuperiori reuocare ex cauſa licentiam uouendi datam ſubdito, antequam uotum emittatur, & uotum poſt reuocationem ſecutum, irritum erit.

d Naua. c. 12. nu. 73.

Prælatus pōt irritare uotū ſubditorum ē de ſui licē tia emiſ ū. peccat tamē ſi ſine cauſa Ricardus.

d Dicendum ſecundo, poſſe etiam Prælatum irritare uotum factum poſt licentiam à ſe datam, quamuis, ſi id ſine cauſa, peccet mortaliter.

e c. noluit, c. manifeſtū. 33. q. 5.

f 4. d. 38. a. 4. q. 3.

Prima pars probatur primo, quia adhuc Religioſus manet ſubditus, nec ad eum pertinet diſquirere de actibus ſui prælati. e Secundo à ſimili, quia idem poteſt maritus in uoto uxoris.

Secunda pars probatur, quia eſt Deo infidelis in re graui.

Contrarium docuit f Riccar. Nempè tantum à Summo Pontifice poſse irritari; uel à maioribus Prælatis eiuſdem Religionis. Probat quia ad ualiditatem uoti per ſubditum emiſſi, ſolum requiritur ſuperioris conſenſus, ergo eo præſtito, non poteſt amplius à ſuperiore irritari, cum iam uideatur iuri ſuo ceſsiſſe.

Reſpondeo negando conſequentiam, cum ſuperior adhuc remaneat dominus uoluntatis ſui ſubditi. *Soluitur Ricardi.*

g Armil. v. votū §. 12.

g Si autem Prælatus poſt factam uoti irritationem, pœnitentia ductus iterum facultatem faciat ſubdito, ut uotum obſeruet, ſubditus non tenetur ſtare uoto, utpotè iuridicè ſemel irritato.

Dubitatur quinto. An ſuperior ualide, & abſque peccato poſsit uotum ſubditi ſine cauſa rationabili irritare. Quæſt. 5.

h Tolet. 4. inſtr. c. 18.

i Med. p. 1 ſtr. c. 14. §. 7.

Prælatus valide authoritate circa votorum diſpenſatione imprudenter peccat ſaltem venial iter.

h Reſpondeo citra controuerſiam eſse, irritationem eſse ualidam, i ſecundum uero probabiliorem ſententiam Prælatus peccat ſaltem uenialiter, nè dum quia imprudenter utitur ſua iuriſdictione, ſed etiam quia aliqua deformitas eſt, ſine cauſa ſubditi promptitudinem impedire ad præſtandum Deo peculiare illud obſequium; ſubditus verò in tali caſu petendo à Prælato diſpenſationem peccat.

Dubitatur ſexto. An Prælatus nouitiorum uota poſſit irritare. Quæſt. 6.

Nouitiorum vota manent anno probationis ſuſpenſa.

a Reſpondeo negatiuè, *b* cum nódum plenè eorum voluntas illi ſubiaceat, quare huiuſmodi vota manent ſuſpenſa, cũ nec irritari poſſint, nec fortè commodè adimpleri, adueniente autem profeſſione, ſi perſonalia ſint in votum ſolemne commutantur.

a Lop. p. 1 inſtru. cõſc. c. 47. & b arg. c. beneficiũ de regu. in 6.

Quæſt. 7. *Quid de Vicarijs Prælatorum.*

Dubitatur ſeptimo. An Vicarij Prælatorũ irritare poſſint vota à ſubditis emiſſa. *c* Reſpondeo affirmatiuè modo non contractam authoritatem habeant. ſed generalem ad omnes cauſas.

c Azor. p. 1. inſti. mor. li. 11. c. 17. dub. 3.

Quæſti. 8. *Summus Pontifex eſt ſupremus Religioſorum Prælatus.*

Dubitatur octauo. An Summus Pontifex Religioſorum vota poſſit irritare. *d* Reſpondeo affirmatiuè, cum ſit ſupremus eorum Prælatus. habeatque in eos, & ſpiritualem, & dominatiuam poteſtatem. Laicorum vero vota tantum poteſt diſpenſare, vel commutare, cum in eos nõ habeat niſi ſpiritualem authoritatem; idemque dicendum de clericis, niſi fortè vota ab eis emiſſa ſint de rebus eccleſiaſticis, quarum plenum dominium eſt apud Papam

d Caie. 2. 2. q. 88. a. 12.

Quæſt. 9. *Quid Domini circa ſeruorum.*

Dubitatur nono. Quæ nam ſeruorum vota poſſint Domini irritare.

quæſt. 10. *Vir poteſt in vxoris vota irritare, quæ actus matrimonialis, & rei familiaris gubernationi præiudicant.*

e Reſpondeo omnia, quæ eorum dominio præiudicant, etiam ſi ante ſeruitutem emiſſa fuerint, modo nè ſerui hęc facienda promiſerint tempore, quo ſui iuris erant, nam ſi libertatem adiſpicãtur reuiuiſcent, & modo nè ſint, impuberes, tunc enim eadem eſt ratio Domini in eos, ac parentum in filios.

e Val. to. 3. diſp. 6. q. 16. pun. 6. dub. vlt.

quæſt. 11. *Vxor quæ vota mariti poſſit irritare.*

Dubitatur decimo. Quæ vota vxoris à viro poſſint irritari *f* Reſpondeo omnia, quę in eius, & rei familiaris præiuditium vergũt Ratio, quia in his tantum viro ſubdita eſt, & intelligitur concluſio etiam poſtquam à viro fuerint ratificati, cum adhuc circa eam perſeueret viri poteſtas, licet vir de quo irritando ſine cauſa, peccet patet in ſimili Dubio quarto.

f c. noluit 33. q. 5. & Doct. in c. ſcripturæ de voto.

quæſt. 12. *Hugo Panorm. Innocen. Voluntas vxoris nõ abſolutè, & quo ad omnia ſubiacet viro.*

Dubitatur vndecimo. An vxor poſſit irritare vota mariti. Reſpondeo tantum ea quę actui matrimoniali præiudicant. *g* Ratio quia in his tantum habet æqualem poteſtatem, ac maritus: in ijs autem, quæ ad domus gubernationem ſpectant, vir eſt caput mulieris.

g c. Cor. 17

queſt. 13. *Circa vota impuberum Prima concl.*

Dubitatur duodecimo. An ſi vxor aliquid poſt mariti mortem, adimplendum vouit, poſſit à marito irritari. *h* Reſpondeo negatiuè ratio patet ex ſolutione obiectionis Aduerſariorum.

h Sot. 7. Inſti. q. 3. a. 1

Contrarium docuerunt *i* Hugo, Panorm. & Innocen. Probant, quia tunc voluntas vxoris erat ſubdita viro. Reſpondeo, non quo ad omnia, ſed tantum quoad concernentia actum matrimonialem, & rei familiaris adminiſtrationem.

i in c. ſcripturæ de voto, & voti redẽ.

Dubitatur tertiodecimo, circa irritationem votorum, quę fiunt à filijs fam.

l Dicendum primo Impuberem vota, etiam perſonalia, à parentibus irritari poſſe.

l S. Th. 2. 2 q. 88. a. 9.

m Dicendũ ſecũdo. Vota perſonalia emiſſa a filijs familias poſt annos pubertatis, a parentibus irritari nequeunt, etiam ſi ſit mixta, ſed principaliter perſonalia vt votum peregrinationis ad quã ſecundario requiruntur expenſæ, modo nè valde preiudicialia

m S. Ant. p. 2. tit. 12. c. 2. §. 6.

ſint

ſint paternæ ſubſtantiæ, & domeſticę gubernationi, tunc enim aut poterunt a parentibus irritari, aut ſaltem ſuſpendi eorum executio, vſque ad filij emancipationem, ſemper tamen tutius erit diſpenſationem petere à prçlato.

a Palud. 4 d. 38. q. 7. ar. 1.
b Nau. manu c. 17. n. 141.

a Dicendum tertio. vota realia vſque vigeſimumquintum annum à parentibus, ſeu curatoribus irritari poſſunt modo ſint principaliter realia, aliàs quis per ſolemnem profeſſionem adiudicat ſecundario omnia ſua bona Religioni, *b* & modo minores non habeant bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, quorum dominium eſt penes ipſos.

Dubitatur quartodecimo. An vota emiſsa à filio tempore pubertatis, poſſit pater poſt pubertatem irritare.

c Habetur deciſio in c. mulier. 32. q. 2.

Quæſt. 14. *Quãdo parẽtes poſt elapſũ pubertatis tẽpus, minorũ vota irritare queant.*

c Reſpondeo negatiuè ſi huiuſmodi vota fuerunt à patre cognita tempore pubertatis. Ratio, quia qui tacet affirmat, ſecus ſi non fuerunt cognita, ſemper enim vota impuberum intelliguntur conditionata, ideſt ſi Pater annuerit; Debet autem Pater non eſse in mora, ſed ſtatim ac nouerit poſt pubertatem irritare, idem que dicendum eſt de curatore, cum vices parentis obeat, & in hunc modum conciliantur Doctorum ſententiæ.

Dubitatur quintodecimo. An vota perſonalia facta ab impubere animo ea adimplendi poſt pubertatem irritari poſsint à Patre, vel curatore. Quæſt. 15.

d Azor. p. 1. inſt. lib. 11. ca. 17. dub. 8.
e Syl. v. votum 4. q. 3. verſ. 5.
f Mau. manu. ca. 12. nu. 64.

Impuberũ poteſtas ſub curatoribus propter imperfectũ eorũ iudiciũ.

d Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia poteſtas impuberum eis demandatur ex eo, quod diminutum habent iudicium; at hæc ratio uiget etiam in uotis emiſſis quidem in pubertate, quamuis poſt pubertatem adimplendis.

e Hoc verò non intelligitur de aliis minoribus, qui non ſunt impuberes, licet non ſint ſui iuris, cum in eis iam ceſset prædicta ratio.

Dubitatur ultimo. An etiam mater uota impuberum poſsit irritare. *f* Reſpondeo uiuente patre non poſse, immo nec eo mortuo, niſi tutricis uice fungatur.

De Votorum diſpenſatione, ſeu abſolutione. *Gaput. XI.*

Quid diſpenſatio.

Diſpenſare, *a* eſt declarare legem communem in aliquo particulari caſu vim non habere. Poſſe autem Eccleſiam diſpenſare in votis, eſt de fide, idque recta ratio ſuadet, *b* cum aliàs Eccleſiaſticum regimen in multis perturbaretur.

a S.Th.2.2 q.88.a.10.

Soluitur obiectio in cõtrarium.

Nec obſtat, quod voti vinculum, cum ſit de iure naturali,& diuino *c* nemo poſſit tollere: Prælatus enim diſpẽſando in voto, non facit vt dum votum manet ratum, liceat ei contraire, hoc enim eſſet tollere ius naturale, & diuinum ſed ſolum tollit voti obligationem, iudicando votum non eſſe ſeruandum, etiam in caſu, quo antè diſpenſationem verè obligabat: Ius autẽ naturale, aut diuinum tantum dictat opus promiſſum exequendum durante voti vinculo, quod tamen tollitur per diſpenſationem.

b c. diſpenſationes. 1 q 7. *c* a.g ca. q inferior d maiori & obed.

Si vrgeas, hoc ipſum tollere voti obligationem eſſe tollere ius diuinum, cum obligatio reſultans ex voto de iure diuino ſit adimplenda.

Eccleſia diſpenſando, non tollit ius diuinũ ſed id quod ex parte hominis concurrit.

Reſpondeo ad voti obligationem concurrere etiam aliquid humanum, quatenus ſcilicet, vouens liberè, & deliberatè vouet, diſpenſans autem tollit hoc humanum, quod eſt ex propria vouentis voluntate emergere.

Confirmatura ſimili.

d Confirmatur à ſimili, nam quamuis obedire legi humanæ, ſit diuinum preceptum, quia tamen lex poſitiua, eſt ab homine prolata, dum ſuperior in ea diſpenſat, non dicitur cõtra ius diuinum diſpenſare, ſed ſolum tollit vim legis, ita vt lex ceſſet in illo caſu.

d S.Th.2.2 q.88.a.10. ad 2.

Reÿcitur ſnia Ricardi.

Hinc fallitur primo *e* Riccar. dicens poſſe Pontificem diſpenſare in uotis, cum ſemper intelligantur conditionata, ideſt ſi Pontifex annuerit. Tunc enim Pontifex poſſet in omnibus votis diſpenſare, etiam ſine cauſa, *f* quod falſum eſt.

e 4.d.38.a.9.q.1.

Reÿcitur ſnia Couar.

Fallitur ſecundo. Couarr. dicens Papam diſpenſarē declarando votum in eo caſu non obligare, hoc enim pertinet ad Epychæam, diſpenſatio vero ad ſpiritualem poteſtatem. His præmiſſis.

f S.Th 4 d. 38.q.1.a.4

Dubitatur primo. An Papa diſpenſare poſsit in omni voto ſolemni.

Quæſt. 1.

Re-

Digitized by Google

a Reſpondeo affirmatiuè modo adſit iuſta, & grauis cauſa.

Papa diſpenſare poteſt in omni voto ſolemni.

Probatur primo. Exemplis, fuit enim diſpenſatum *b* cum B. Laurentio Iuſtiniano, *c* cum Ramyrio II. Hiſpaniæ Rege, cum *d* Caſimiro Rege Poloniȩ, &c.

Secundo. Ratione, quia alioquin Deus non plenè prouidiſſet Eccleſiæ, ſi in caſibus publicæ vtilitatis, neceſſario requirentibus tranſitum perſonarum de Religione ad nuptias, non poſſet diſpenſare.

Contrarium docuit *e* D. Th. Probat primo, Religioſus eſt ſub Dei dominio.

Soluitur prima. Ratio in contrarii.

Reſpondeo, Papam ex voluntate, & authoritate eiuſdem met Dei, dum adeſt cauſa neceſſaria, Religioſum quaſi manumittere, ita vt deſinat eſſe Dei illo peculiari modo, quo prius, ita iam ſui iuris effectus, poſſit contrahere matrimonium.

Probat ſecundo. Papa non poteſt facere, vt quod ſemel Deo conſecratum eſt, conſecrationem amittat, eo integro manente, quod patet etiam in rebus inanimatis, vt in calice.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo, quod vt a calice poteſt auferri conſecratio, ita & à Religioſo votum ſolemne, & vt calix conſecratione amiſſa, tranſit in profanos vſus, ita & Religioſus legitime diſpenſatus, poterit tranſire ad nuptias.

Probat tertio, ex cap. *f* cum ad Monaſterium, vbi habere caſtitatem & paupertatem ita eſſe Religioni annexas, vt nec pontifex in eis diſpenſare poſſit.

Soluitur tertia.

Reſpondeo, non poſſe hoc modo diſpenſare, vt quis ſimul ſit Religioſus, & non ſit obnoxius huiuſmodi votis, bene tamen diſpenſare poteſt, vt quis omnino religioſus non ſit.

Probat quarto *g* Nihil eſt, quod caſtitati pręponderet.

Reſpondeo, verum eſſe facta comparatione inter bona externa.

Soluitur quarta.

h Immo adeo vera eſt noſtra ſententia, vt nec muortua vxore eius cum quo ſolemne votum religionis diſpenſatum fu erat, teneatur redire ad religionem, cum votum ſemel extinctum non reuiuiſcat.

quæſt. 2. *Ad votum diſpenſandum requiruntur cauſa & authoritas.*

Dubitatur ſecundo. Quæ requiruntur ad legitimè diſpenſandum in voto.

Reſpondeo. *i* Authoritatem, & cauſam.

Dubitatur tertio, penes quos ſit hæc authoritas. Reſpondeo penes habentes in ſubditos iuriſdictionem ſpiritualem, atque adeo in primis penes Summum Pontificem, qui eſt Chriſti Vicarius.

quæſt. 3. *In quibus ſolus Papa diſpenſet.*

Immo in aliquibus, *l* de iure nouiſſimo, ipſe ſolus diſpenſat, et ſunt votum ſolemne religionis, Caſtitatis perpetuæ ſacris ordinibus annexæ, votum ſimplex caſtitatis perpetuæ, peregrinationis Hieroſolimitanȩ, ad limina Apoſtolorum, & ad S. Iacobum compoſtellanum, *m* & votum conferendi bona aliena incerta in

M 4 ſub

a Gaud. quod l. 5. q. 25. vide authores apud Sayrum hicn. 17.
b in eius vita.
c Lucius Marinæus lib. 8. memorab. Hiſpan.
d chromeros 4. de orig. & geſtis. Polo.
e 22. q. 88. a. 12. ad 2. ſequitur. Sot. 7. Inſti. q. 4. a. 3
f de ſtatu Monach.
g Eccleſ. 26.
h Angl. q. de voto a. 8. difficul. 2.
i Gabr. 4. d 38. q. 1. a. 5. ſ̄ra cc.
l Xiſtus 4. in conſti. Et ſi dominici grecis de pęnit. & remiſſ.
m Ex Syl. v. votū 4. q 2. ver.

ſubſidium terrę ſanctæ. *a* Quod ſi alius à Papa, etiam prętextū confeſſionalium Xiſti IIII. auderet commutare huiuſmodi vota, eſſet excommunicatus. *a Ang. v. excom. 6. caſu 31.*

Vota ſūa ex ſui natura nō āt ex vouentis intentione perpetuo, Papę reſeruantur.

Id vero, quod dicit *b* D. Thom. omnia vota perpetua eſſe Papæ reſeruata, intelligitur de perpetuitate, quæ inſequitur votum ex ſui natura, non autem ex vouentis intentione. *b 2.2.q.88. a.12. ad 3.*

Dubitatur quarto. An Epiſcopus poſſit diſpenſare in voto non contrahendi matrimonium.

Quæſt. 4. *Votū de nō nubendo epiſcopo reſeruatur.*

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia hoc non æquiualet voto ſimplici perpetuæ caſtitatis; *c* Vnde & qui poſt tale votum fornicaretur, non committeret ſacrilegium, eademque ratione poterit Epiſcopus diſpenſare in voto caſtitatis ad tempus, vel abſtinendi à certo luxurię genere *d* Ratio, quia Papæ tantum reſeruatur votum perpetuæ caſtitatis, & abſolutè emiſſum, exceptiones autem ſunt reſtringendæ. *c Nauar. c. 12.n. 76.* *d Emanuel Sà Aphor. 48.*

Dubitatur quinto. An Epiſcopus poſſit aliquando diſpenſare in voto perpetuæ caſtitatis.

Quæſt. 5. *Quādo Epiſcopi diſpenſare in voto perpetuę caſtitatis.* *Prima concluſio.*

Dicendum primo. Qui poſt huiuſmodi votum ſimplex contrahit matrimonium peccat, etiam antequàm illud conſummet, cum matrimonium contrahatur, vt conſummetur, conſummatio autem eſt contra votum emiſſum, nec poteſt Epiſcopus ante contractum matrimonium in tali voto diſpenſare; eſt communis.

2 *e* Dicendū ſecundo. Votum caſtitatis emiſſum poſt conſummatum matrimonium, etiam ſi de licentia alterius coniugis, poteſt ab eodem irritari. *e Arag. 2. 2.q.78.a.8*

Habet & Epiſcopus authoritatem in huiuſmodi voto, ſed diuerſimodè, nam ſi ſit perpetuę caſtitatis, tantū in eo diſpenſat viuente alio coniuge, ita vt poſt eius mortem, ad caſtitatem teneatur ſi verò ſit de non petendo debito, inquantum hoc non eſt viro oneroſum, poteſt in eo ſimpliciter diſpenſare, Ratio, quia Papę ſolum reſeruatur votum perpetuæ caſtitatis. Imo in eodem diſpenſabit Confeſſarius per bullam cruciatæ.

3 *f* Dicendum tertio, quando poſt matrimonium, vterque coniux de mutuo conſenſu vouet caſtitatem, cenſentur cedere iuri ſuo, ac proinde cum intelligantur vouiſſe perpetuam caſtitatem, non niſi à Papa diſpenſari poterunt, & Epiſcopus tantū per Epychæam diſpenſabit, quando ſcilicet animaduertit vrgeri coniuges, vel paupertate, vel incontinentia, vel alia rationabili cauſa, propter quam non poſſunt accedere ad Rontificem, & talis diſpenſatio ſolum proderit quoad vſum matrimonij, nam altero eorum mortuo, qui remanet ſuperſtes, tenetur ad caſtitatem. *f Lop.p. 1. inſtr. conſc.c. 46. & 49.*

Aliquando Epiſcopus diſpenſat per Epychæam.

Idemque dicendum erit de voto ſimplici caſtitatis perpetuæ ab altero tantum coniuge emiſſo ſiue ante matrimonium, nam contrahēdo peccauit, quamuis ſi nolit ingredi Religionem poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt ei liceat etiam petere debitum, ſiue etiam poſt matrimonium ratum, & conſummatum, ſemper enim deſun

cto

cto coniuge, redit obligatio ad priſtinum votum, ſolum a Papa diſpenſabile.

Speculator, Io. And.

Contrarium docuerunt ſpeculator, & Ioann. Andr. uolentes Epiſcopum poſſe abſolutè diſpenſare in uoto perpetuæ caſtitatis.

a Qui clerici, vel vouentes.

Probant ex cap. a ueniens ubi Epiſcopis diſpenſauit, cum fœmina, quæ poſt ſponſalia audita viri ſeueritate, emiſit uotum caſtitatis, & vir cum alia contraxit.

b Ex Palu. 4. d. 38 q. 4. a. 4. concl. 5.

b Reſpondeo. Epiſcopum diſpenſaſſe, ut delegatum Alex. tertij.

quæſt. 6. Quãdo uotũ virginitatis epiſcopo reſeruatur.

Dubitatur ſexto. An uotum uirginitatis ab Epiſcopo diſpenſari poſsit.

Reſpondeo affirmatiuè, ſi vouens intendebat tantum de primo uenereo concubitu, ſecus ſi nihil tale diſtinxit, tunc enim præſumitur æquiualere uoto perpetuæ caſtitatis.

quæſt. 7. Votũ de ſuſcipiendis ſacris ordinib. non eſt Papæ reſeruatum.

Dubitatur ſeptimo. An uotum ſuſcipiendi ſacros ordines ſit Papæ reſeruatum.

c Lud. Beia p. 1. reſpoſ. caſu 28.

c Reſpondeo negatiuè, non enim in eo promittitur caſtitas præſens, ſed futura, d unde nec vouentis fornicatio erit ſacrilegium.

d Nau. manu. ca. 12. nũ. 47.

quæſt. 8. Quid in uotis disiũctiuis.

Dubitatur octauo. An uotum ſub diſiunctione, uel ſeruandi caſtitatem, uel ingrediendi Religionem, uel ſuſcipiendi ſacros ordines ſit Papæ reſeruatum.

e Azor. p. iſt. mor. li. 11. ca. 19 dub. 9.

e Reſpondeo, ſi uouens adhuc habeat animum ſuſcipiendi ſacros ordines, poſſe ab Epiſcopo diſpenſari. Ratio, quia hoc ex his tribus Epiſcopo reſeruatum eſt ſin minus à Papa petenda eſt diſpenſatio patet ex dictis.

Quæſt. 9. Epiſcopus põt diſpẽſare ex cã ĩ uoto arctioris Religionis.

Dubitatur nono. An uotum de ingredienda arctiori Religione poſsit ab Epiſcopo diſpenſari.

f Ema. Sà in Aph. v. votum c. 2

f Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia hoc non eſt diſpenſare ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, cum uouens adhuc ſit obnoxius Religioni, unde & ex cauſa rationabili poterit Epiſcopus diſpenſare etiam circa dilationem executionis.

g Ric. 4. d. 38. a. 9. q. 3

Quæſt. 10. Prima Cõcluſio.

Dubitatur decimo. An uotum de non petenda diſpenſatione, aut non niſi à Papa ſit obligatorium.

h lib. 1. inſtr. cõfeſs. c. 14 §. 6. & Alij apud Sayrũ nu. 72.

g Dicendum primo, tale uotum non obligare, cum aliquando expediat diſpenſari.

Quæſt. 11.

Dicendum ſecundo. Etiam ſi obliget non eſſe Papæ reſeruatum.

Votũ pœnale de materia Papæ reſeruata, & ſecuta cõditione põt ab Epiſcopo diſpẽſari.

Dubitatur undecimo. An uotum pœnale, de materia Papæ reſeruatum.

i 7. Iuſt. q. 2. 3. 1. ad 4. & alij apud Sayrũ nu. 71.

Reſpondeo, ſiue ante, ſiue poſt adimpletam conditionem poſſe diſpenſari ab Epiſcopo, & quidem prima pars eſt cõmunis ſententia, ſecundam uerò ſequitur h Medina, licet i Sotus probabiliter inclinet in oppoſitam. Ratio uero eſt, quia uota Papæ reſeruata, ſunt tantum abſolutè facta, & uoluntaria, & quæ procedunt ex amore, & deuotione, at uerò pœnæ apponuntur tan-

tanquam odia, & minus volita; Secus autem dicendum erit, quãdo conditio apponitur abſolutè, vt verbi gratia, ſi conualuero, & non pœnaliter, nam tunc adimpleta conditione ſolus Papa diſpenſabit.

Quæſt. 12.

Dubitatur duodecimo. An Archiepoſcopus; poſsit diſpenſare in votis ſubditorum ſui ſuffraganei.

Archiepiſcopus nõ põt diſpenſare i votis ſubditorũ ſuffraganei ſui.

a Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia eorum cura incumbit ſuffraganeo, Archiepiſcopos verò tantum in foro contentioſo eſt iudex appellationis. In actu tamen viſitationis poteſt abſoluere à fractione voti, quod certè non eſt diſpenſare, vel commutare.

Quæſt. 13.

Quid de prælatorũ authoritate, qui Epiſcopis ſunt inferiores.

Dubitatur decimotertio. An Prælati inferiores Epiſcopis, vt Abbates, comendatarij exempti poſsint ſubditorum vota diſpenſare, & commutare.

b Reſpondeo affirmatiuè, ſi habeant ad id priuilegium, vel facultatem, eiuſmodi legitimè preſcripſerint, vel iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant.

c Non poterunt autem diſpenſare in ijs, quæ *d* ex iure ſpeciali Epiſcopis conceduntur, niſi ſint quaſi Epiſcopi proprium territorium, & Diœceſim habentes, qualis eſt Abbas Caſinenſis.

Capitulũ ſede vacante ſine cedit Epiſcopo i authoritate diſpenſandi.

e Capitulum etiam, cum ſede vacante ſuccedat in iuriſdictionem Epiſcopi, poteſt nè dum in votis; ſed etiam in irregularitatibus, ex occulto delicto prouenientibus diſpenſare.

f Confeſſarij autem, nec non Parochi, vel Archidiaconi, & huiuſmodi tales, cum iuriſdictionem in foro conſcientiæ non habeant, non poterunt diſpenſare in votis, niſi fortè in ijs tantum & eo modo, quo eis legitima conſuetudo preſcripta indulſerit.

Dubitatur decimo quarto. Quid dicendum ſit de poteſtate Prælatorum regularium.

Quæſt. 14

Prelati regulares exẽpti, quid poſſint in uotis ſubditorũ.

g Reſpondeo, ſi ſint exempti poſſe ſubditorum vota irritare, & diſpenſare, & commutare. & hoc intelligitur etiam de eorum Vicarijs, qui ex iure, vel Prælatorum delegatione, eorum vice funguntur.

S. Ant.

Contrarium docuit *h* S. Anton. nempe Prælatum poſſe ſolum irritare vota ſubditi, ſed contra, *i* nam votum tranſeundi ad arctiorem, ſuperior ſolum poteſt diſpenſare, annuendo ſpontaneæ ipſius ſubditi petitioni.

l Dubitatur decimoquinto. Quid poſsint ijdem Prælati circa vota nouitiorum.

Quæſt. 15.

De nouitiorum votis.

Reſpondeo, illud idem quod ex ui priuilegiorum poſſunt circa vota laicorum.

Dubitatur decimoſexto. An Abatiſsæ idem poſsint circa uota monialium.

Quæſt. 16.

De authoritate Abatiſſarum.

m Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia fœmina, incapax eſt ſpiritualis iuriſdictionis.

Du-

a S. Ant. p. 2. ti. 11. c. 2.
b Gloſſa in Clem. 1. in ver. proprij de reb. eccl. non alien.
c Arag. 2. 2. q. 88. a. 12.
d Trid. ſeſſ. 24 de refor. c. 6.
e Ang. v. capit. q. 1.
f Summa cor. p. 3 tr. de voto n. 15.
g Gab. 4. d. 28. q. 1. a. 5. litera Ee.
h p. 2. ti. 11. c. 2. § pen.
i Sot. q. 3. a. 1.
l Azor. p. 1 inſti. mor. lib. 11. c. 19 dub. 2.
m Ledeſm 2. 3. 20. a. 4.

Dubitatur decimoſeptimo. Quam facultatem habeant Prælari, & confeſſarij Regulares, circa votorum diſpenſationem. Quæſt. 17.

a cõpẽd. priuile. v. abſolutio quoad ſæculares, 2. §. 12.

a Reſpondeo; Confeſſores ordinum mendicantium, & qui eorum priuilegijs gaudent poſſe in ſacramento pænitentiæ diſpenſare in omnibus votis, in quibus & Epiſcopi, ex cepto voto de peregrinatione vltra duas dietas, immo, & aliquæ congregationes habent ex indulto pontificio authoritatem diſpenſandi etiam in votis, propter quæ ſedes Apoſtolica conſuluda eſſet, quando, qui talia vota emiſerunt eiuſmodi congregationes ingrediuntur.

Confeſſores mẽdicãtiũ & qui eorum gaudent priuilegijs q d circa vota ſecularíũ.

Dubitatur decimooctauo. An qui poteſt in alienis, in ſuis etiam votis diſpenſare valeat. quæſt. 18. *Quid ſpralatis in proprijs votis.*

b panor. i c. Magnæ n. 2. de voto.
c palud. 4. d. 38. a. 4. conclu. 4.

b Reſpondeo, tantum Epiſcopis, & Prælatis, concedi a iure, vt ſibi eligant confeſſarios, qui ſecum diſpenſent in ijs votis, in quibus & ipſi poſſent, cum ſuis ſubditis diſpenſare, *c* & tunc cõfeſſarij ab huiuſmodi prelatis electi diſpenſant authoritate eis communicata à Summo Pontifice, mediante eorundem prælatorum electione, Papæ autem confeſſarius, cum eo diſpenſat authoritate Dei, mediante eiuſdem Papæ electione, qui ſe illi ſubijcit, vt etiam in abſolutione à peccatis.

Dubitatur decimonono. Quænam forma in diſpenſatione ſeruanda ſit. quæſt. 19. *Papa authoritas.*

d Sy. v. votũ 4. q. 8.

d Reſpondeo Papam, qui non ſubeſt iuri poſitiuo, eo ipſo, quod facit aliquid animo diſpenſandi, licet non exprimat, ſufficienter diſpenſare, ſicut & per ſimplicem ſalutationem, vel participationem, cum excommunicato intelligitur abſoluere illum ab excommunicatione, ſi id ex certa ſcientia faciat. Alij verò prælati, per ſolum effectum animo diſpenſandi ſecutum, vel ex eo, quia ſcientes, & potentes, non contradicant, non cenſentur diſpenſare, niſi forte in foro conſcientiæ, non autem contentioſo.

e Sot. 7. Iuſti. q. 2. a. 3
f S. T. 2. 2. q. 88. a. 10.

Dubitatur vigeſimo. An qui poteſt diſpenſare votum, poſſit, & commutare. *e* Reſpondeo affirmatiuè, quidquid alij titubent. ratio eſt ne dum, quia priuilegia latè interpretanda ſunt, ne dum commutatio eſt pars diſpenſationis, pars autem in toto continetur, *f* ſed etiam quia diſpenſatio eſt, quid maius, commutatio vero quid minus, vnde ſequitur, quod licet potens diſpenſare, póſſit & commutare, non tamen ex contra. quæſt. 20. *Potens diſpenſare poteſt et cõmutare.*

Dubitatur vltimo. An votum factum Deo in vtilitatem tertij poſſit ab Epiſcopo diſpenſari in præiudicium tertij. quæſt. vl.

g Ang. v. votum 3. q. 26.

g Reſpondeo affirmatiuè. Tum quia ex eo, quod factum eſt Deo votum, nullum ius eſt adhuc tertio acquiſitum: tum etiam, quia, ſi hic qui vouit Religionem ingrederetur, eſſet liber à tali voto, ergo ſignum eſt ius nondum fuiſſe acquiſitum tertio.

Per votum factum deo in vtilitatem tertij, non acquiritur ius tertio.

De Votorum commutatione, & cauſa ad diſpenſationem, & commutationem requiſita. Caput XII.

Quid redẽptio, & cõmutatio in uotis.

VT emptio, & permutatio differunt in contractibus, ita in votis redemptio, & commutatio, & illa quidem importat pecuniam, aut quid pecunia extimabile, hæc uerò quamlibet materiam, ei quæ voto promiſſa fuerat æquiualentem.

Tantũ diſpenſatio nõ aũt redemptio, uel cõmutatio uoti obligationem tollit.

a Rurſus diſpenſatio, in qua ut etiã in commutationem, regulariter neceſſaria eſt Eccleſiæ authoritas, Dei, cui votum eſt factum, uices gerentis in terris, voti obligationem omninò tollit, quod non faciunt redemptio, & commutatio, vnde vouens, ad id quod per iſtas iniungitur, eodem voti vinculo obligatur, *b* & eius executio, erit etiam latriæ actus. His præmiſſis.

a S. Th. loc. cit. & S. Bonau. 4. d. 38. 2. 2. q. 2.

Quæſt. 1.

Dubitatur primo. An quis propria authoritate, poſsit votum ſuum in melius commutare.

b Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 10.

Prima concluſio. Votum propria authoritate, quãdo in meliꝰ commutari poſſit.

c Dicendum primo. Quando uotum euidenter fit in id quod eſt Deo gratius, & ad uouentis finem accommodatius, non requiri prælatorum authoritatem.

c Angel. v. votum, 4. quæſtione 2.

Probatur primo, authoritate Gregor. primi *d* dicentis promiſſum non infringere, qui illud commutat in melius, & idem confirmatur authoritate. Alexand. III. & Innocent. III.

d c. Peruenit 2. de iureiur.

Secundo. Ratione votum ideo obligat, quia eſt promiſſio de re grata Deo, ſed qui commutat uotum in rem meliorem, offert Deo rem gratiorem, ergo ſatisfacit priori uoto.

e cx. Scripturæ de voto, & voti redẽptio.

Tertio, authoritate *f* Diu. Thom. docentis ideò neceſſariam eſſe ſuperioris authoritatem, ut definiat in perſona Dei, quid ſit Deo acceptum, ergo quoties id eſt euidens abſque formidine de oppoſito, poteſt id exequi propria authoritate.

f capit. licet de Regular.

Ad-

g Secunda, ſecundæ, quæſtione octuageſima octaua, articulo duodecimo.

Addebatur, vt hoc bonum melius, ſit etiam accommodatius ad finem ipſius vouentis, vnde licet oratio, ſit actus excellentioris virtutis, quàm ieiunium, certè ſi quis vouit ieiunium ad carnem edomandam, non poterit, nec propria, nec prælati authoritate, ſine cauſa in orationem commutare, vt patet ex dictis.

Benū melius, dentiā: ſſe accommodatius fini vouentis.

a V. votū 4 q 7.

b Bonaue. & Roſa.

Contrarium docuerunt a Syluest. b & Alij. Probant primo, ex capitu. primo de voto vbi dicitur, ex arbitrio eius, qui præſidet, pendet animaduertere qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis.

Soluitur prima obiectio.

Reſpondeo, ibi ſolum definiri, quod regulariter faciendum eſt, cum adeſt dubietas, an expediat votum commutari.

c ff. ſi certū pet. & in-ſti.q.b. modis tollitur oblig.

Probant ſecundo, ex c lege 2. vbi dicitur, quod non abſoluitur ab obligatione, qui creditori non ſoluat rem promiſſam, etiam ſi rem meliorem dederit.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo, diſparem eſſe rationem inter Deum, & hominem Deus enim ſemper acceptat, quod eſt melius, homo non item. & ratio eſt, quia poteſt aliquando contingere, vt quod eſt abſolutè melius, alteri non ſit tale.

Probant tertio. Nemo poteſt eſſe Iudex in propria cauſa, ſed commutare proprium votum ex ſe, eſt eſſe iudicem in propria cauſa, ergo, &c.

Soluitur tertia.

Reſpondeo, maiorem eſſe veram quando non conſtat commutationem fieri in melius.

d Cordu. ſum.cōſc. q.149.

e 7. Iuſt.q. 4.ar. 3.

f Arag.2.2 q.88.a.12

Dicendum ſecundo, d Ad voti commutationem, in id quod eſt æquale bonum, neceſſaria eſt prælati authoritas ratio, quia cum agitur de æqualitate, requiritur alienum iudicium ad vitandam deceptionem, quam quis facile in propria cauſa poteſt incurrere; Immo e Sot. contrariam ſententiam iudicat parum tutam.

Secunda concluſio.

f Dicendum tertio. Ad commutationem voti, in id quod eſt minus bonum, ſemper eſt neceſſaria prælati authoritas.

Tertia cõcluſio.

Probatur primo a maiori ad minus, ſi enim iſta requiritur etiam, vbi inæquale bonum facienda eſt commutatio, ergo, multo magis, vbi fieri debet in minus bonum.

Secundo, Diſpenſatio non poteſt fieri propria authoritate, ſed commutatio in minus bonum includit aliquid diſpenſationis ergo, &c. Ex dictis.

g D Th 2. 2.q 88. a. 12.

Infertur primo. g Vota etiam realia, modò per ea nondum ſit acquiſitum ius tertio, poſſe in vota Religionis propria authoritate commutari, cum per hęc homo priori vitæ moriatur, & ſe totum Deo mancipet; quare vt in re vniuerſaliſſima, Deoque gratiſſima omnia alia vota, vt minoris momenti includuntur.

1. Corolla.

Cauendum tamen eſt ne quis in præiudicium tertij Religionem

nem

nem ingrediatur, *a* vt cũ eſſe alieno grauatus, hic enim præter quam, quod ingrediendo peccat, & prælati, cum non poſſunt recipere, tenetur etiam poſt profeſſionem, omni modo poſſibili ſatisfacere, imo poteſt expelli.

Cautio.

a Xiſti. V. in extra uag. anno 1587. incipit cum de omnibus.

Infertur ſecundo. Fallere *b* Sotum dicentem votum Hieroſolimitanæ peregrinationis, non poſſe propria authoritate in Religionem commutari. *c* Papa enim ſolum conſulendus eſt in dubijs, cum ſcilicet propter circumſtantiam perſonæ ſatis inſignis, & potentis, ambigi poteſt, quid nam ſit gratius, & acceptius Deo.

2. Corolla. cõtra Sotũ

b 7. Inſt. q. 4. a. 3.

c Nau. ca. 12. nu. 78.

Dubitatur, ſecundo. Quænam vota commutare poſſint.

d Reſpondeo commutatio, in id quod non eſt euidenter melius fieri poteſt tantum ab ijs, qui ſiue ex iure, ſiue ex priuilegio, habent authoritatem diſpenſandi, & hinc eſt, quod illa, in quibus ſolus Papa diſpenſat, à ſolo Papa commutari poſſunt, *e* & qui ea commutare preſumpſerit, præterquàm quòd commutatio nulla eſt, incidit in excommunicationem.

quæſt. 2. *Potẽs diſpẽſare põt, & cõmutare.*

d Nau. lo. cit. n. 79.

e Sixtus 4. in extrau. Et ſi domi nici.

Dubitatur tertio. An facultas commutandi vota per Iubilæũ conceſſa, intelligatur tantum reſpectu eorum, quæ ante publicatum Iubilæum emiſſa fuerant, an etiam extendatur ad ea, quæ durante Iubilæo emittuntur.

quæſt. 3.

f Reſpondeo extendi ad omnia; probatur primo, *g* quia fauores ſunt ampliandi, præſertim cum iuri alieno non præiudicatur.

Facultas commutandi vota cõprahendit etiã quæ tẽpore ipſo iubilæi emittuntur.

f Viuald. add. ad Cãdel. Aur. tr. 14. n. 37

g arg. c. odia de reg. iure. in 6.

Secundo facultas abſoluendi à peccatis virtute Iubilæi extenditur etiam ad ea, quæ tempore iubilæi committuntur, ergo & facultas commutandi vota, cum nulla diſparitatis ratio appareat, quidquid *h* Sotus, & *i* alij doceant in contrarium.

h 7. Iuſt. q. 4. art. 3.

i Lop. Gor dub. Beya &c.

Hinc ſequitur, quòd ſicut qui inculpabiliter oblitus eſt alicuius peccati reſeruati tempore iubilæi, eo tranſacto ſi recordetur, poteſt à quolibet approbato ſacerdote abſolui, ita etiam commutari poteſt votum poſt iubilæum, cuius tunc non meminerat.

Corollar.

l Arag. 2. 2 q. 88. a. 12.

l Idemque dicendum ſi multa eſſent vota, quorũ explicitus, & certus numerus neſciretur, ita vt confeſſarius ſine rationabili cauſa huiuſmodi diſpenſationis cõmutationem denegare non poſſit.

Dubitatur quarto. Quænam in votorum commutatione conſideranda ſint.

Quæſt. 4. *In votis cõmutandis cõſideratur primo Æquitas.*

Reſpondeo primo. Conſiderandum, quid liceat ſecundum equitatem, nam licet commutatio in bonum æquale ſit facienda; *m* hęc tamen ęqualitas.

m Syl. v vo tũ 4. q. 8.

Primo non conſiſtit in indiuiſibili, nec ſcrupoloſè accipienda eſt, ſed ad boni viri arbitrium ceſſante fraude, & lata culpa.

Quæ adhuc magis extẽditur tempore iubilæi.

n Ema. Sa in Apho v. votũ.

n Secundo adhuc mitius accipienda eſt tempore iubilęi, ſemper enim per priuilegium aliquid licet, quod de iure communi non licebat.

Se-

Secundo conſiderandum eſt quid deceat, nè ſcilicet ex tali com mutatione ſcandalum oriatur. 2 *Decentia*

a Tertio. Quid expediat, nè dum vouenti, ſed proximo. 3 *vtilitas.*

b Quarto. Quæ ſit bullæ intentio: nam ſi ſit in ſubſidium Regis, vel terræ ſanctę, ſolum in eorum vtilitatem commutari poſſunt. 4 *Bullę intentio.*

c Quinto. Quod ex eo quod alicui conceditur facultas commu tandi votum, non cenſetur conceſſa commutandi penas incurſas ob voti violationem. 5 *Vt cōmutatio fiat reſpectu uoti, nō pænarū quę incurrētur ex eius violatione.*

Sexto. *d* Vt habeatur vouentis ratio, conſiderando ſcilicet, quæ ſit eius ætas, robur, officium, inopia, &c. 6 *Vouentis conditio.*

Septimo, expendenda eſt, & voti qualitas, vt ſi ſit, verbi gratia, peregrinationis conſiderentur expenſæ, *e* quę in eundem commorando, & redeundo eſſent neceſſarię, nec non labor itineris, ita vt pro expenſarum ratione, ſit & eleemoſinę modus, & vice laboris imponatur ieiunium, vel oratio, ſimiliter ſi ſit votum Religionis, verbi gratia. Sancti Benedicti, videat ad quæ nam ex vi talis regulę vouens eſſet obnoxius, nam huiuſmodi votum pluribus in commutatione deberet forte compenſari, quam ſi eſſet alterius, *f* & hęc adeò de neceſſitate examinanda ſunt, ut aliter confeſſarij peccent mortaliter, *g* eis tamen licitum eſt, præſertim vrgente pœnitentium multitudine, in votorum commutatione dicere, ut fiat iuxta alicuius approbati Doctoris ſententiam. 7 *Qualitas voti.* *Cautio ad cōfeſſarios*

Dubitatur quinto. An facta voti commutatione adhuc integrum ſit vouenti ea dimiſſa, primum votum implere. *Quæſt. 5. Adhuc poſt cōmutatione licitum eſt vouenti exequi primū uotū*

h Reſpondeo affirmatiuè, commutatio enim fit in fauorem vouentis, & ſemper in ea tacitè ſubintelligitur conditio, ut uel uotum, uel id in quod uotum eſt commutatum adimpleat, ac proindè per commutationem, prioris voti obligatio non eſt penitus extincta.

Dubitatur ſexto. An id in quod Papa votum ſibi reſeruatum commutauerat, poſſit rurſus ab alio quam à Papa commutari. *Quæſt. 6. Votū papę reſeruatū ſi ab eo in materiā ſibinō reſeruatā cōmutitur poteris rurſus ab alio quā à Papa commutari ex cauſa.*

i Reſpondeo affirmatiuè, modo commutatio à Papa facta fuerit in materiam ſibi non reſeruatam, & ratio eſt, quia per commutationem primam votum ſublatum eſt, & conſequenter Epiſcopus, aut alius confeſſarius virtute iubileị poterit ex cauſa iterum materiam commutatam in aliam commutare.

Confirmatur à ſimili, nam etiam peccatum excommunicatione Papali affectum deſinit eſſe Papę reſeruatum, remota excommunicatione, ergo, & variata materia, quæ Papę erat reſeruata votum amplius non eſt Papæ reſeruatum.

Obijcies, actio, & res in alterius locum ſubrogata, eiuſdem naturam ſortitur.

Reſpondeo, ex hoc tantum deduci vouentem uoti adhuc vinculo teneri ad executionem eius, in quod uotum etiam ſecunda vice commutatum eſt. *Soluitur obiectio.*

a panor. in c. magnę, n. 3. de voto. & voti redempt.
b Cord. in sū. q. 149. & 150.
c Axor. p. 1. iſt. mor. li. 11. c. 19. dub. 13.
d Ric. 4. d. 38 a. ar. 8. q. 1.
e c magnæ votis, & voti redē.
f Barthol. Med. 1. inſtruc. confeſs. c. 14. §. 7.
g Viuald. addit. ad Cāde. aur. tr. 14. n. 40
h Azor. p. 1. ſit. mor. li. 11. c. 18. dub. 10 & 12.
i gl. in c tē pora pęnitudinis 29 q. 7.

Quæſt. 7. Cõmutatio quando extinguat quando ſuſpendat votum.

Dubitatur ſeptimo, An qui non obſeruat id in quod votum eſt commutatum, obligetur ad proris voti obſeruantiam.

a Reſpodeo negatiuè, & tantum peccare ex eo, quod iniunctam commutationem non exequitur. Ratio, eſt, quia per commutationem votum extinguitur, ſemel autem extinctum, non reuiuiſcit, hoc autem intelligitur, cum commutatio fit ab homine, nam illa quæ fit à iure, eſt potius ſuſpenſio prioris voti. Ac proindè votum verbi gratia, Ieroſolimilitanæ peregrinationis, quod per ingreſſum Religionis ipſo iure ſeparatum manebat denuo obligat cum quis à Religione propria culpa expellitur.

a Sy. v. votum 4. q. 3 veri. 3.

Quæſt. 8. Cur diſpẽſatio, & commutatio fieri debeat ex cã legitima. Quod intellige reſpectu potentis iuriſdictionis, non dominatiua. Papæ diſpenſatio ſine cã inualida.

Dubitatur octauo. An ad diſpenſationem, & commutationem requiratur legitima cauſa.

b Reſpondeo affirmatiuè, modo ne commutatio fiat in id quod eſt euidendeter melius.

b S. T. 2. 2. q. 88. a. 12.

Probatur concluſio, quia aliàs iuriſdictionis poteſtas conceſſa prælatis, non eſſet ad ædificationem, ſed ad deſtructionem, ſecus ſi ſit poteſtas non ſolum iuriſdictionis, ſeu gubernatiua, ſed etiam dominatiua, hæc enim ex natura dominij petit, vt etiam ſine cauſa rationabilli, poſſit vota irritare.

Ampliatur concluſio, vt vera ſit etiam reſpectu eorum quę Papæ reſeruantur, ita vt & Papa ſine cauſa diſpenſans, peccet, & diſpenſatur non ſit tutus in conſcientia, ſi ſaltem aliqua apparens cauſa, non ſubſit: videndus eſt *c* Panorm. qui exemplificat arbitraria abſolutione a iuramento, & diſpenſatione ſuper beneficiorum pluralitatem, &c.

Idemque docet *d* Sotus, in voto perpetuæ caſtitatis. Ratio, eſt quia in ea quę ſunt de iure diuino cuiuſmodi eſt votum, &c. Papa ſine cauſa authoritatem non habet.

c In c. nõ eſt, n. 7. 8. & 9. de voto, & voti redempt.
d 4. d. 38. q. 2 art. 1.

quæſt. 9. Cauſa diſpenſationis,

Dubitatur nono. Quæ nam ſint huiuſmodi legitimæ cauſa ad voti diſpenſationem, & commutationem.

e Su. cor. tr. de voto. nu. 16.

e Reſpondeo prima eſt ex parte materiæ, quando ſcilicet voti executio euaſit illicita; vel inutilis, uel impoſſibilis, vel maioris boni impeditiua, *f* quod tamen maius bonum debet eſse publicum non priuatum.

1 Ex parte materia.

f Sot. 7. Iuſt. q. 4. a. 3.

2 Ex parte vouentis.

g Secunda ex parte vouentis, ob eius ſcilicet imbecillitatem, vel neceſſitatem, *h* vel peccandi periculum, cum valdè pronus eſt ad oppoſitum eius, quod vouit, vt probabiliter ſæpiſſimè ſi illud violaturus, vel etiam quia multoties obliuiſcetur,

g Azor. p. 1. iſt. mor. l. 11. c. 18. & 19.
h Lop. p. 1 inſt. conſ. c. 50.

Cautio ad eos qui diſpẽſant.

i Semper autem qui diſpenſaturus eſt, vbi non ita ſubſiſtentes, ſubeſse cauſas animaduertit, quo tutior ſit, partim diſpenſet, partim verò commutet.

i Caie. 2. 2. q. 88. a. 12.

Quæſt. 10

Dubitatur decimo. An cauſa legitima diſpenſationis ſit ipſa grauis difficultas, & moleſtia, quæ in voto adimplendo reperitur.

l Reſpondeo, ſi huiuſmodi moleſtia, & difficultas ſe teneat ex par-

l Philiar. de off. ſa. p. 2. l. 3. c. 4.

parte obiecti, verbi gratia, quia imprudenter quis rem ſatis oneroſam vouit, ut longum ieiunium in pane, & aqua &c, erit legitima cauſa, ſecus ſi procedat ex praua, vouentis diſpoſitione, & multo magis, cum quis ad tollendam huiuſmodi prauã diſpoſitionem uotum emiſit, verbi gratia, uouit quis abſtinere à uino ad uitandam ebrietatem, in quam frequenter incidit, etiam ſi poſtea, cum difficultate abſtineat, hæc difficultas, non eſt cauſa legitima petendę diſpenſationis, quid intellige modo adſit ſpes emendationis.

a Nau. manu. c. 12. nu. 72.

Cautio ad petentes diſpenſationem.

a Demum illud in primis obſeruandum eſt à petentibus diſpeſationem, ut ne ſit obreptitia, omnes cauſas exprimant, quę illam uideantur reddere difficiliorem.

De Blaſpemia, & eius grauitate. *Caput XIII.*

b cathec. Rom. in ſi 2. præcepti.

Blaſphemia opponitur religioni.

In quo conſiſtat.

Blaſphemia *b* opponitur Religioni, non confeſſioni fidei, & conſequenter ſpectat ad ſecundum decalogi præceptũ, non ad primum. Ratio, quia infidelitas conſiſtit tum in falſo aſſenſu interno de Deo, tum in externa falſi aſſecuratione, ex tali interno aſſenſu proueniente, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè. Blaſphemia uero conſiſtit tantum in prolatione, ſeu ſignificatione falſa de Deo, quod ut longè differt ab aſſenſu, cum poſſit quis falſum dicere, & ſignificare cum tamen ipſe nil tale ſentiat, aut aſſeueret, ita Religioni opponitur.

c Hug. de S. Vict. le. de fructu carnis, & ſpi. c. 6.

d 2.2. q. 13 ar. 1.

e Sot 1 de Iuſt. q 2. a. 3. cóc. 1.

Quid blaſphemia.

Quo intelligẽdus D. Thom.

Primus blaſphemã di modus. Tribuendo, quę Deo nõ conueniunt

2 Per maledictionem in Deum.

c Hinc definitur blaſphemia, quod ſit dictum contumelioſum in Deum, uel ſanctos

Cæterum ubi *d* D. Th. & *e* Alij blaſphemiam ad infidelitatem reducunt, intelligendi ſunt ratione ſimilitudinis, & affinitatis, quam habet cum illa.

Contingit autem blaſphemia. Primo tribuendo Deo, quæ eius bonitati repugnant, ſiue per affirmationem, ut dicendo, quod Deus ſit inuidus, crudelis, & ſcire per negationem, ut dicendo, quod non poſſit prohibere, uel iudicare aliquid, uel quod non habeat prouidentiam, &cæt. & hic blaſphemandi modus eſt hæreticalis.

Secundus. Per deteſtationem, aut conuitium, ſeu maledictionem in Deum.

Tertius affirmando, uel negando, ſeu maledicendo prædictis

Cum quis in Sanctos delinquat prad. modis, et in ſacramẽta, vel creaturas, quatenus ſa deo etc.

modis Sanctos, quatenus Dei amici ſunt, *a* aut res ſacras, vel ſacramenta, quatenus diuinitus inſtituta, vel etiam creaturas, quatenus opera manuum Dei ſunt, vel ipſum tempus, quatenus in eo diuina ſolemnia celebrantur, aut aliter ad Deum refertur.

a S. T. 2. 2. q. 13. ar. 1. ad 2.

Quartus, cum attribuitur Deo, vel Sanctis aliud verum, & honeſtum, ſed tamen irreuerenter iurando; ſecundum per corpus, vel ſanguinem Chriſti, vel Sanctorum ex ira, & indignatione, conſuetudine, per quos modos exequitur *b* Sylu.

Blaſphemia ĩ Deũ et Sanctos non damnent ſpecie ſed grauitate materia.

Poſſunt autem omnes hi modi blaſphemię contingere, & corde & ore, *c* Et rurſus blaſphemia in Deum & in Sanctos, non dant ſpetie, ſed grauitate materię. Ratio eſt, quia vtraque opponitur Relgioni, eo enim ipſo, quòd quis detrahit honori Sanctorum, detrahit etiam & Dei gloriæ, cuius munere Sancti ſuam gloriam ſunt adepti, *d* nec aliud voluit Caiet. &c.

b V. blaſphemi. q. 2.
c Azor. 1. p. inſ. mo. lib. 9. c. 28 dub. 10.
d 2. 2. q. 13 art. 1.

Caiet. hec idem docet ſed non de blaſph hereticali, ſed aliarũ que nonſunt hereticales.

Quod verò Confeſſarij teneantur inquirere, an plaphemia in Deũ, vel in Sanctos fuerit coniecta, prouenit ex notabili difficultas grauitatis, quę eſt inter ipſa, vnde & *e* Catheſchiſmus Roma. docet circumſtantias valdè aggrauantes, vel minuentes eſſe in confeſſione aperiendas, *f* & ſic in furto V. g. explicanda eſt materiæ quantitas, nedum propter reſtitutionem, ſed etiam ad axplicandam peccati grauitatem.

e Tr. de ſacra. pæni. n. 43.
f D. Bãnes 2. 2. q. 13. ar. 1.

quæſt. 1.

Blaſphemia ex ſuo genere eſt peccatum mort.

Blaſphemia nõ põt eſſe veniale ratione materia.

Dubitatur primo quale peccatum ſit blaſphemia, Reſpondeo eſſe mortale ex ſuo genere; Ratio, quia per ipſam diuinæ bonitati derogatur, quæ eſt charitatis obiectum. Immò *g* Bannes docet, blaſphemiam non poſſe eſſe peccatum veniale ratione materiæ quia ſemper grauiſſima inuenitur eſſe. nam vel blaſphematur contra Diuinum intellectum, & ſic ponitur error, & falſitas in Deo, vel contra Diuinam voluntatem, & ſic ponitur in Deo malitia, vel contra diuinam eſſentiam, & ſic ponitur malum naturale in Deo.

g Alex. 1. p 2. q. 131. m. 3. &c. Loc. cit.

Confirmatur primo.

Confirmatur. Blaſphemia magis repugnat ſecundo præcepto, quam periurium, *h* & nullum periurium aſſertorium eſt veniale ratione materiæ.

h vide ſupr. c. 4. dubio. 4.

Confirmatur ſecũdo.

Confirmatur ſecundo. Nullum homicidium poteſt eſſe veniale ratione materiæ, etiam ſi occidatur fœtus in vtero, aut impediatur conceptio; ſemper enim vita hominis etiam in potentia eſt res grauiſſima, ergo nec blaſphemia, &c.

Hoc autem intelligitur etiam de blaſphemijs contra Sanctos, modò eis irrogetur, quatenus diuinæ ſanctitatis participes ſunt, ex alio namque reſpectu, materię paruitas excuſaret à mortale, nec vt ſic peccaretur contra Religionem, *i* ſed contra præcellentem quandam obſeruantiam, quæ eis vt homines ſunt, præcis reſpectu ad Deum debetur.

i Val. to. 3. diſ. 1. q 13 pun. 2.

quæſt. 2.

Indelib. et inaduertentia quando excuſatam in blaſph.

Dubitatur ſecundo. An aliunde blaſphemia poſſit eſſe peccatum veniale.

Reſpondeo affirmatiuè, nempe in motibus primò ſecundis, in quibus nondum eſt plenum rationis iudicium, vt in ſimili dictum

eſt de

eſt de periurio. Secus autem dicendum, cum perturbatio non eſt tanta quin adhuc quis aduertat ſe blaſphemare, ex eo enim quod verborum ſenſum cognoſcit, *a* conuincitur ea cum tanta de liberatione proferre, quanta ſatis eſt ad peccandum mortaliter; neq; res ita penſanda eſt temporis diuturnitate, cum etiam momentum, pro ingeniorum qualitate, ſufficiens ſit ad meritum, & demeritum.

a Piſanella v. blaſ.

Ampliatur primo.

Ampliatur concluſio. Primo *b* vt procedat etiam ſi in conſideratio oriatur ex cauſa iniuſta, vt ludo, ebrietate, &c. Et quod in contrarium docet *c* Panorm. ſolum locū habet in foro exteriori, non autem conſcientiæ.

b N a.c.12 nu.84. *c* in c. ſtatuimus, de maledi. q. 40.

Ampliatur ſecundo.

Ampliatur ſecundo, *d* Etiam ſi inconſideratio proueniat ex praua conſuetudine, ita vt ſi aduerteret, non proferret; & quod alij *e* docent in contrarium, tantum procedit in ijs, qui non curant ſe emendare, nam tunc blaſphemia eſt volita in ſua ipſamet cauſa neglecta.

d Caiet. v. blaſph. in fine. ſūmi co. *e* Sebaſt. m. Em. Sa & Tolet.

Quæſt. 3. Imprecari proximū ex ira veniale eſt.

Dubitatur tertio. An ſit etiam peccatum mortale blaſphemare proximum.

f Reſpondeo affirmatiuè cum quis ex corde illi malum notabile imprecatur, ſecus ſi ex impetu paſſionis.

f Tolet. li. 4. c. 13.

Dubitatur quarto, An blaſphemia maius peccatum ſit cæteris præſertim periurio, & homicidio.

g Ban. 2. 2. q. 3. a. 3.

Quæſt. 4.

Dicendum primò, *g* Blaſphemia, minus peccatum eſt infidelitate. Ratio, quia hęc opponitur Fidei, illa Religioni, Fides etiam vt potè Theologica maior eſt, quam Religio, quę eſt virtus moralis. *h* quod ſi aliquando blaſphemia dicatur etiam ad infidelitatem pertinere, id accipiendum eſt propterea quod hæc etiam ſuo modo verſetur circa falſum aliquid de Deo, ſaltem ore prolatum prętерquam quod aliquando poteſt etiam ex infidelitate proficiſci.

h S. Tho. ibid.

Blaſph. minus peccatum infidelitate.

Dicendum ſecundo. *i* Odium Dei eſt grauius peccatū blaſphemia, probatur, nam eſt etiam grauius infidelitate, opponitur enim charitati, quę eſt virtus omnium maxima.

i Valē. to. 3. diſpu. 1. q. 13 pū. 2.

Odiū Dei eſt grauius blaſphemia

Dicendum tertio: Blaſphemia excedit periurium; Ratio, quia Periurus nō dicit, aut ſentit aliquid falſum ſe Deo, ſicut blaſphemus, ſed Deum tantum adhibet in teſtem falſitatis, non quaſi existimet Deum eſſe falſum teſtem, ſed tanquam ſperans quod Deus ſuper hoc non teſtificetur per aliquod euidens ſignum.

Blaſphemia grauior periurio.

Dicendum quarto. *l* Blaſphemia obiectiuè eſt etiam grauius peccatum homicidio, cum illa ſit contra Deum, hæc contra proximum, ſecus autem affirmatiuè. Ratio, quia plus nocet proximo homicidium, quam blaſphemia Deo. Simpliciter autem excedit blaſphemia cum in culpę grauitate magis attendenda ſit intentio voluntatis, quam effectus operis.

l S. Ant. p. 2. tit. 7. c. 5 §. 1. & 2.

Blaſph. excedit homicidium, non dūm obiectiue ſed ſimpliciter, non autem eff.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto. An grauius peccet Hæreticus, quàm Catholicus blaſphemando.

Blaſ. Cath. vt minus, ma[illegible] peccatū blaſp. hæretic.

Reſpondeo *m* cæteris paribus blaſphemiam hæretici, qua blaſpemia eſt, eſſe minus peccatum blaſphemia Catholici, modò

m Caieta. loc. cit.

 vt hæc

vt hęc procedit ex ſcientia, ita illa procedit ex ignorantia non affectata, licet culpabili, erit vero grauius ob circunſtantiam hereſis, & infidelitatis.

Quæſt. 6.

Vt ſe gerat confeſſarius contra blaſphemos.

Dubitatur ſexto, qualiter ſe genere debeat confeſſarius erga blaſphemos.

a Reſpondeo, eos, qui aſſueti ſunt blaſphemare, non abſoluat, ſaltem donec in parte promiſſam emen tationem præſtiterint, firmumque propoſitum ſe emendandi denuò oſtenderint, iniuncta ſalutari, debitaque pro tanto crimine pænitentia, cuius grauitatem grauius exaggerabit, ex pœna mortis, quæ ei per ſacras literas eſt inflicta, ex ingratitudine, quæ cæteris *b* creaturis Deum laudantibus in eum committitur, ex contumeliæ immanitate, quę eidem immediatè irrogatur, *c* & ex eo quod huiuſmodi peccatum eſt quaſi proprium damnatorum.

Quæſt. 7.

De iure communi blaſphemia etiã publica poteſt abſolui a priuato modo, ne ſit deducta in forum contentioſũ. Notorium iuris, vel facti, & quæ ad vtrunq; concurrant. Circumſtantiæ notorietatis facti, variè attendenda.

Dubitatur ſeptimo, An ſicut quilibet confeſſarius à priuata, ſic & à publica blaſphemia poſſit abſoluere.

d Reſpondeo de iure communi, etiam blaſphemiam publicam, modò ne in forum iudiciale Epiſcopi ſit deducta, poſſe abſolui à proprio confeſſario. Cæterùm inſpicienda ſunt iura nouiſſima, cum in pleriſque locis non ſolum hę, ſed etiam occultæ, ſaltem enormiores Epiſcopo reſeruentur.

Pro clariori autem intelligentia aduertendum. Notorium eſſe duplex nempè iuris, quando ſcilicet conſtat in actu iudicij, ad ꝙ ſufficiunt tres perſonæ, uel facti, ad quod cõcurrit triplex cõditio, videlicet, multitudo hominum audientium, ioci qualitas, & têporis & hęc non ſemper eodem modo attenduntur, nam verbi gratia decem homines in ciuitate erunt pauci, in villa erunt multi, & rurſus, ſatis intereſt an coram extraneis, vel domeſticis blaſphemetur, ſi domi, vel in platea, ſi noctu, an per diem & hęc, & ſimilia prudens confeſſarius examinet, vt videat an blaſphemia ſit publica, & conſequenter caſus ſit reſeruatus.

Quæſt. 8.

Blaſph grauitas.

Dubitatur octauo de pœnis, quibus hoc peccatum caſtigari ſolet.

Reſpõdeo blaſphemiam, vt pote peccatum grauiſſimum, ut cõſtat, tũ quia in e ſcriptouris per antiphraſim benedictionis nomine inſinuatur, tum ex ſupplicijs propter ipſum diuinitus inflictis *f* Antiocho, *g* Sennacherib, *h* Nicanori, *i* Goliç, &c. mulctatam in lege veteri capitali ſupplicio, *l* blaſphemum quippe lapidibus obruebat populi multitudo.

M ulctata pæna capitali in lege veteri, & ciuili. Pœna blaſphemantium.

m Iure etiam ciuili pęna mortis imponitur contra blaſphemos, ſicut *n* & per ſacros Canones, ſummorumq. Pontificum, *o* & Conciliorum ſtatuta grauiſſimè paſſim pro blaſphemiarũ, & blaſphemantium conditione pænæ præſcribuntur, vt pecuniaria, carceris, exilij, fuſtigationis, degradationis, inhabilitationis ad gradus, infamiæ deputationis, ad triremes, perforationis linguæ in Dominio Eccleſiæ, &c. hodie vero pro locorum conditione, & acri Iudicium arbitrio agendum eſt.

Dubitatur decimo, An blaſphemia, & verba hæreticalia per locum

a Med. lib. 1. inſt confeſs. c. 14. § 2.
b Leuit. 24.
c Vide Guglie. Pa. p. 2. de vir. & vitijs, c. 1. §. multa.
d Azor. 1. p. inſt. moral. lib. 9. c. 28. dub. 12. c. ſtatuimus, de male. & c. 2. de poen. & rem. *e* conſulẽ. Panorm. in c veſtra. n. 16. de cohabit. cle. & mulier.
f 3. Reg 21 Iob c. 1. & 2.
g 2. Mac. 9.
h 4. Re. 19.
i 2. Ma. 15.
l 1. Re. 17.
m Leu. 24.
n In auth. vt non luxurientur hoẽs cõtra nãm. §. præterea.
o c. ſtatuimus, de maled.

a Zaba. in cl. 1.§.nos igitur, i ſi. de ſum.tr. Lap.& C. in cl.vn.d vſur.
b Tiraq.tr. de pen.tē-por.cau.51 nu.2.

locum prolata, puniri debeant. a Reſpondeo affirmatiuè idque Quæſt. acrius, vel mitius pro ratione ſcandali, & perſonarum, ſicut nec omnino multa debent remanere eiuſmodi blaſphemię, etiam per lubricum prolatæ, b ſecus ſi blaſphemans omnino ſit mente priuatus, vel per ebrietatem, vel per ſomnium, &c.

cium nobis à Deo collatum. Secundo ob figuram dominicæ ſepulturæ, in qua Chriſtus perfecto redemptionis opere, die Sabbathi requieuit. Tertio ob anagogicum ſenſum, Sabbathizandum quippe nobis eſt in hac uita, *a* ideſt, ceſſandum à peccatis, vt Sabbathizemus in cœlis per diuinæ eſſentię fruitionem, quę ſuprema requies eſt.

a S. Ant. 2. tit. 14. c. 4. §. 4.
b Alex. p. 3. q. 32. n. 5.

Quare appoſitum v. Memento.

b Denique additur in pręcepto verbum Memento, vtpotè datum in diuinorum beneficiorum memoriam recolendam, &c. His præmiſis.

c c. Quod die Dñ cod. 75. & i 6. Syn. c. 8

Quæſt. 1. Cur ſolemnitas Sabbathi in diem dominicum ſit translata.

Dubitatur primo. Quare Eccleſia Sabbatum in diem Domini cum tranſtulerit.

c Reſpondeo primo, quia hoc præceptum ratione huius determinati temporis erat ceremoniale, ac proinde ceſſare debebat in morte Chriſti, ſicut, & reliqua figurarum; namque tenebrę veritatis luce aduentante faceſſunt.

d Iun. epi. ad Magnetianos Sa yrus n. 6. & 7.

d Sęcundo, ne cum Iudęis conueniret.

Tertio ob dominicam reſurrectionem, & ineffabilium ſacramentorum, rerumque pręclatiſsimarum euentum, qui incidit in hunc diem, &c.

e Sot. 2. Iuſti. q. 5. a. 2.

Quæſt. 2. Cur et aliæ ſolemnitates inſtitutæ.

Dubitatur ſecundo. Quare Eccleſia alios etiam dies Feſtos inſtituere celebrandos.

e Reſpondeo primo, quia debebant ſolemnitatibus veteris teſtamenti, aliæ proportionaliter in nouo ſubſtitui.

Reſpondeo ſecundo. Quia, & ſanctis cultus aliquis debebatur, quo & eorum exempla nobis imitanda præponerentur, & eorum imploranda ſuffragia, certis, ipſorum ſolemnijs prouocaremur, &c.

De Operibus Lege Diuina, & Eccleſiaſtica in diebus Feſtis fieri prohibitis. Caput. II.

Quare in lege vel feſtorum obſeruantia arctius cuſtodiri debebat quam in noua.

CIrca feſtorum obſeruantiam duo præcipiuntur, nempè, & intereſse ſacrificio Miſsę, de quo aliàs, & abſtinere ab operibus ſeruilibus.

a Circa quæ Notandum, quod cum Sabbathi obſeruantia fuerit in lege veteri figuralis, nil mirum ſi arctius cuſtodiri debuerit, figura, enim cum ad veritatis proteſtationem ſpectet nè in modico quidem præteriri poteſt. At verò, quia in lege noua, feſta nil præfigurant, pendentque vt plurimum ex Eccleſiæ conſtitutione, & populi conſuetudine, ideo pleraque in iſtis indulgentur, quæ olim omninò prohibebantur.

a S. Th. 2. 2. q. 122. 2. *b* Philiar. de offi. ſa. cr. lib. 3. c. 23.

Quæſt. I. *Quę opera ſeruilia diuino coniuncta cultui ſint licita dieb. feſtis*

Dubitatur primo. **An omnia opera ſeruilia prohibita ſint die feſto.**

c 2. 2. q. 122. a. 4. ver. redeundo igitur.

Dicendum primo. *b* Eſſe adhuc licita, ſi aut immediate diuino cultui ſint coniuncta, vt deferre ſacras reliquias, pulſare organa, & cæt. aut remotius quidem, vt ornare altaria, facere hoſtias, &c. Sed vel ſubſit cauſa rationabilis, ob quam præueniri, non potuerit vel vrgeat neceſſitas, vnde diutius differri nequeat, puidquid rigidius, *c* hac in re doceat Caiet. modo ſemper caueantur negligentia, & contemptus.

d Nau. manu. c. 13. nu. 4.

d Quæ verò ſatis remotè diuinum concernunt cultum, vt conficere calices, ædificare Eccleſias, &c. non licent niſi ex graui neceſſitate, idque iuxtà locorum conſuetudinem, accedente Epiſcopi, vel Parochi conſuetudine.

e Syl. v. Dominica q. 4. verſ. 1.

Opera, quę peculiari ratione ſũt animæ propria licita ſunt diebus feſtis.

Dicendum ſecundo. *e* Opera quæ peculiari ratione procedunt ab anima, vt ſtudere, conſulere, docere, exhortari, ſcribere ad ſtudium pertinentia, diſputare, ad comitia publica conuenire, &c. licitè fiunt in feſto, modò propter hæc non intermittantur diuina, quæ ſunt ſub præcepto; Cur autem ius dicere cauſas agere, & huiuſmodi alia ſint prohibita diebus feſtis, quia de iis peculiaris ratio eſt, dicetur alibi.

Dicendum tertio. Opera ſeruilia, quæ ſcilicet, ex ſe famulatu nequendam demonſtrant, & ab illis communiter ſolũ fiunt,

qui

Digitized by Google

qui alijs ſeruiunt, vt fodere, arare, &c. prohibita ſunt die feſto excuſantur tamen. 1 *vtetnae neceſſitas.*

a Tol 2. Iu Ri. q. 4. Primo, a qui neceſſaria parant ad victum diei, vt Tabernarii, Macellarij, qui vendunt panem, vinum, olera, &cæc. Non autem Piſtores, aut Molitiores, niſi ob ſuperuenientem neceſſitatem.

b Ang. v. feriæ. n. 14 Secundo, b qui hæc operantur ob ſalutis neceſſitatem, vt medici, ſanguinis emiſſores, &c. 2 *Salutis r.*

c Tab. v. feriæ, n. 15. c Tertio. Vbi hæc exigit publica neceſſitas, ſic excuſantur curſores, mi lites, ferratores equorum, nautæ, &c. 3 *Publica militar.*

d Alen. p. 3. q. 32. m. 5. a. 2. b Quarto, Excuſat, & propria, vel proximi neceſſitas, hinc qui occurrunt inundationibus, vel conflagrantionibus, qui ab imminentibus tempeſtatibus reparant fruges, & vuas, non peccant. 4 *Priuata, ſui vel proximi neceſſitas.*

e S. Ant. p. 2. ti. 9. c. 7. e Quinto licitum eſt operari ijs, quorum artes, aut continuatam requirunt operam, vt decoctio calcis, vitri, &c. aut ſummam paterentur ex intermiſſione iacturam. 5 *Artium neceſſitas.*

f Lop. p. 1. inſtr. con. ſc. c. 52. f Sexto excuſat rurſus propria neceſſitas vbi quis non niſi laborando victum ſibi, ſuæque familię parare poteſt, idque licebit propria authoritate, ſi neceſſitas ſit magna, & notoria, & ne dum ad ſubueniendum pro præſenti, ſed etiam pro ſequenti die, modo Miſsa audiatur, & ſcandalum euitetur. 6 *paupertas.* 7 *Obedientia & coactio.*

g Andr. Croquitius Cathech. 74. h phil. de off. fac. p. 2. l. 3. c. 23. g Septimo, excuſantur ſerui, vxores, & filij iuſsi, & compulſi ab ijs, ſub quorum ſunt poteſtate, paſſuri aliàs damnum, vel in perſona, uel in bonis, niſi obtemperauerint, modò ne opus ſeruile iniungatur in contemptum diei feſti, tunc enim mors potius erit præeligenda.

i Caiet. v. feſtom. h Octauo, excuſat operis modicitas, cum parum pro nihilo reputetur,

l Alex. 3. i c, licet de ferijs. i Nono excuſat, & conſuetudo ſcita, tolerata, & non reprehenſa à Prælatis, vt ſe habet de mercatu, & nundinis, &c. 8 *Operis modicitas.*

l Decimo excuſat, quando aliqua certo, breuique ſolum anni tempore contingit acquirere, vt eſt piſcatio Thimnorum, & Alecum. Ratio, quia licitum ſe a malo ſeruare indemnem, cumque huiuſmodi lucrum ſit, tranſitorium, utique damnum reputabitur illud omittere, laudabile tamen eſset, partem aliquam in elemoſinam erogare ad feſti obſeruantiam compenſandum. 9 *Conſuetudo approbata.* 10 *Damnum emergens.*

m Tolet. lib. 4. c. 24 m Dicendum quarto. Opera, corporalia quidem, ſed non proprie ſeruilia, ut ſcribere, venari, iter agere, &c. licita ſunt audita miſſa; ſacri verò canones venationem, omni tempore inhibentes, intelliguntur de oppreſsiua, & arenaria, qua nimirum in arena aliquis pugnat cum beſtijs. Quæſti. 2. *Opera per ſe pietatis, licet ſeruilia ſemper tamen ſunt licita.*

Dubitatur ſecundo. An ſicut neceſsitas, ita & pietas excuſet à peccato exercendo, opus ſeruile diebus feſtis,

n Tab. v. feriæ, n. 4. Dicendum primo. n Opera per ſe pietatis, vt ſeruire infirmis, ſepelire mortuum, ſemper ſunt licita.

Di-

Opera pietatis, accidẽtaliter, cum ſeruilia ſũt nõ licẽt die feſto abſque neceſſitate.

a Dicendum ſecundo. Opera, quæ ad pietatem ſolum acciden- taliter ordinantur, vt refectio pontium ob viatores, &c. non ſunt licita diebus fæſtis, niſi adſit ſimul neceſſitas, & damni imminen- tis euitatio.

Quæſt. 3.

Opus quod eſt licitũ die feſto ſine lucro, licitum eſt, & cum lucro.

Dubitatur tertio. An quæ die fæſto poſſunt fieri licitè ſine lu- cro, poſſint etiam & licitè fieri propter lucrum.

Reſpondeo affirmatiuè b ratio, quia ſpes, & intentio lucri non facit vt opus, quòd aliàs ex ſuo genere non eſt ſeruile, euadat ſeruile, quidquid in contrarium dicant c Panorm. & Alij.

Quæſt. 4.

Trãſcriptio ẽt pp. lucrum, licita eſt die feſto

Dubitatur quarto. An tranſcriptio propter lucrum ſit licitum die fæſto. d Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quæ ſupra, quia non eſt ex ſe opus ſeruile, & eſt licitum ſine lucro; intelligitur autem modo non prætermittatur ſacrum, &c.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto. An liceat officialibus curię tranſcribere. Reſpondeo. Nec conſulerem faciendum, nec eos, qui id fecerint peccati mort. reos decernerem.

Quæſt. 6.

Dubitatur ſexto. Quid dicendum de pictura. e Reſpondeo eſ- ſe opus ſeruile, & conſequenter non licere diebus fęſtis, f conce- dunt tamen aliqui deſignare.

Quęſt. 7.

Dubitatur ſeptmo. An Epiſcopus excommnicans eos, qui o- pus ſeruile fecerint diebus fęſtis, includat, & eos qui ex aliquo capite ex enumeratis. Dub. primo, concl. 3. excuſantur g Reſpon- deo negatiuè. In dubijs autem, vel abſtinendum erit, uel conſu- lendus erit Epiſcopus.

quæſt. 8.

Præter opera ſeruilia, prohibẽtur die feſto. Mercatus, placitum iudiciũ criminale, & ſacramẽtum publicum.

Dubitatur octauo. Quę nam alia opera, præter ſeruilia, verita ſint diebus fęſtis. h Reſpondeo prohiberi primo mercatum, quod intelligitur iuxta locorum conſuetudinem. Secundo placitum, ideſt ciuilem, & iudicialem ſtrepitum, modo nè illum vrgens ne- ceſſitas, vel pietas perſuadeant. Tertio iudicium crimina- le niſi ſceleris immanitas, & publica vtilitas con- trarium expoſcat. Quarto ſacramen- tum publicum, nempè iu- ramentum iudi- ciale, & hoc etiam fallit vbi eius dilationem neceſſitas non admit- tit.

a Ang. v. feriæ n. 32.

b Caiet. 2. 2. q. 122. a. 4. & in ſumma v. fæſtum. Sot. Nau. Med. Lop.

c In c. r. h. 4 de ferijs

d Med. 1. inſtr. conf. c. 14. §. 8. in fin.

e Ema. Sa v. Fæſtum.

f Ang. v. feriæ, n. 31. Tab. Med. Sylu.

g Nau. ca. 13. nu. 15. verſ. Admonemus

h c. de ferijs.

Quibus operibus diebus faſtis ſit inſiſten-dum. Caput III.

Quæſt. 1. Dies faſto tenemur inter eſſe ſacro. Sed ex cã excuſamur.

DVbitatur primo. Ad quæ nam opera teneamur diebus feſtiuis.

a c. Miſſas c. oẽs fideles de conſec. d. 1. *b* Pedraz. in declar. 3. præcepti ver. 2.

Reſpondeo, *a* ad celebrandam, vel audiendam miſſam.

Poſſumus tamen, & ab hac excuſari ſi adſint cauſæ rationabiles, cuiuſmodi ſunt, mortis, vel raptus periculum, ſeruitium infirmorum, conſuetudo permanendi domi ipſis virginib. donec nubant, vel viduis certo tempore poſt mariti obitum, Heri iniunctum ſeruitium, &c. de quibus latius, in materia de præceptis Eccleſiæ.

Quæſt. 2. Cultus interior nõ in ſub præcepto diebus feſtis.

Dubitatur ſecundo. An diebus fæſtis teneamur ad cultum Dei internum.

c Io Med. cod. pæn. q. 6. dub. 3

c Reſpondeo negatiuè, hæc enim obligatio, nec poteſt eſſe de iure Eccleſiaſtico, cum Eccleſia directè, non ſe extendat ad actus internos, ſolumque præcipiat, vt abſtineatur ab operibus ſeruilibus, & audiatur miſſa, ſub intelligendo, cum reuerentia; & attentione, ad hoc, vt ſit actus humanus. Nec de iure diuino, cum præceptum dilectionis Dei, non contineatur in decalogo, in quo tantum ponuntur media, non autem fi[illegible]is, cuiuſmodi eſt Dei dilectio, & ante omnia præcepta, vt eorum finis præſupponatur.

d In 3. d. 27. §. quã tum ad ſecundum litera N.

Contrarium docuit primo, *d* Scotus, volens teneri homines die fæſto exercere erga Deum actum dilectionis. Probat ſic.

Soluitur ratio Scoti

Præcipitur diebus fæſtis exhibere Deo famulatum, ſed famulatus interior eſt Deo magis gratus, quàm exterior, ergo ad illum tenemur.

Reſpondeo negando conſequentiam, finis enim non cadit ſub præcepto, vt dictum eſt, ideoque cum famulatus interior conſiſtens in Dei dilectione ſit finis, non præcipitur.

Reijcitur ſententia Alenſis.

e 3. p. q. 32 m. 5. a. 2.

Contrarium ſecundo, docuit *e* Alenſis, volens obligari homines diæ feſto ſub peculiari præcepto ad Abſtinendum à peccatis, alioquin illa, cum habeant duplicem deformitatem, non plerè explicari, niſi quis vtramque confiteatur. Sed hoc gratis dicitur, nam licet in alijs peccatis, vel ratione voti, vel Eccleſiaſtici ſtatuti &c. poſſit contingere multiplex deformitas, neceſſario confitenda, non tamen in peccatis die fæſto commiſſis.

Obij-

Obijcies *a* Diu. Thom. aſſerentem, peccatum repugnare obſeruantiæ diei feſti.

a 2. 2. q. 122 a. 4. ad. 3.

Quō intelligendus. D. Th.

Reſpondeo intelligi quãtum ad finem, non autem quantum ad ſubſtantiam præcepti.

b Verbo feriç, n. 41.

Contrarium tertio, docuit *b* Angel. volens teneri homines die feſto ad actum cõtritionis, ideo que hac ratione fieri in principio miſsæ confeſſionem.

Probat ex Leuit. vbi præcipitur in die Sabbathi animam affligere.

Reijcitur, & Ang. op.

Reſpondeo. Confeſſionem in miſſa ſolum obligare ſacerdotes celebrantes, vnde qui interſunt miſſæ poſt peractam confeſſionem ſatisfaciũnt præcepto. Authoritas verò Leuit. refertur ad feſtum expiationis, ſemel in anno celebrandum, in quo corpora ieiunio maceranda erant, cumque hoc fæſtum legale fuerit, certè nunc tempore nouæ legis non obligat.

Obſeruantia diei feſti eſt actꝰ religionis non pœnitentię.

Quod, vero ad obſeruantiam die feſti nihil faciat contritio patet, nam contritio eſt actus virtutis pęnitentiæ, & hæc iuſtitiæ: cultus autem ad diem fæſtum ſpectans eſt actus religionis.

c Opt. Say. rus hic, n. 8.

D.O. feſta ſacrificantur ẽt actib. internis, licet nõ ſub pręcepto.

c His tamen ſic ſtantibus, adhuc conſultiſſimum erit dies fæſtos ſanctificare etiam actibus internis D. O. venerando, & colendo, &c.

Dub tatur tertio. Qui ſint dies fæſti à Chriſtianis præter dominicas obſeruandi.

d Gl. pronunciã dũ & in c. cõqueſtus de ferijs.

Quæſt. 3. Circa feſtorum numerũ, & obſeruãtiæ, modum ſtãdũ ẽ ſtatutis diœceſanis & locorũ conſuetudinibus.

d Reſpondeo ſtandum eſſe conſtitutionibus diœceſanis ſingularum Regionum, & conſuetudini earundem, quando ſcilicet per integrum diem, quando tantum mane, quando ſolum in ciuitate, quando etiam extra, &c.

e S. Ant. p. 2. ti. 9. c. 7.

Quęſt. 4.

Dubitatur quarto. An cum transferuntur officia fęſtorum, transferatur, & eorundem obſeruantia. *e* Reſpondeo negatiuè.

f Nau. manu. ca. 13. n. 5.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto. An aduenę teneantur ad fæſtorum obſeruantiam, quę peculiaria ſint in aliquo loco.

g Phil. de off. ſac. p. 2. lib. 3. c. 23. not. 3.

f Reſpondeo, ſi ibidem degant teneri patet à ſimili de ieiunijs, &c. ſecus ſi indè pertrãſeant, *g* modò ne mane aduentates, ibidem per totum diem commorentur, nam tunc ſi comede poſſet, citra ſuorum negatiorum expeditionem tenerentur ad audiendam miſſam.

h Lop. p. 1 inſtr. con ſc. c. 52.

Quæſt. 6. Licet die feſto patrię alio diuertere laborandi cauſa.

Dubitatur ſexto. An licitum ſit die fæſto patrię ad alium locũ vbi non eſt dies fæſtus tranſire, ibique operibus ſeruilibus inſiſtere.

h Reſpondeo affirmatiuè, idque nè dum in vigilia, ſed etiam ipſo fæſto, modo prius audiat miſſam, nam ſicut quia vnde diſcedit celebratur fæſtum, ideo tenetur admiſſam, ita quia quo vadit fęſtum non agitur, poterit laborare, hoc autem paſſim faciendum, non eſt niſi ſuadente cauſa rationabili.

Dubitatur ſeptimo. Quan do fæſtum incipiat, & deſinat?

Re-

a Tabiena ver. feriæ, verſ. 13. — Quæſt. 7.

a Reſpondeo quoad officium incipere in veſperis, quoad eſum carnium à media nocte ad mediam noctem, ſimiliter & quo ad ceſſationem ab operibus ſeruilibus iuxta morem Romanum, ſemper tamen in hoc habenda eſt ratio conſuetudinis pro locorum varietate.

Quæſt. 8. *Circa feſta abroganda & noua inducenda poteſt multum conſuetudo.*

Dubitatur octauo, quid poſſit conſuetudo, aut Superiores Prælati circa dies feſtos.

b Sylu. ver. Dom. q. 1.

b Dicendum primo, conſuetudo ſcita, & tolerata poteſt dies feſtos abrogare, & nouos inſtituere, patet experientia; ſic enim abrogata ſunt feſta Rogationum, Innocentum, ſancti Silueſtri, &c. & probatur ratione; nam licet ſanctificatio alicuius temporis ſit de iure naturali, & *c* Diuino; determinatio verò huius, vel alterius diei eſt de iure humano, cæterum conſuetudo plurimum poteſt in omne ius humanum. Circa hanc verò conſuetudinem.

c S. Th. 2. 2 q. 122. a. 4. ad 4.

d S. Tho. loc. cit. ad prim. & cath. tra. de 3. Dec. præc. n. 6.

Conſuetudo nunquam inualeſcit circa diem dominicum ac ſolemniores dies.

Notatur primo, nunquam inualituram contra diem Dominicum, *d* nam cum de iure Diuino ſit ſanctificatio vnius diei per ſingulas hebdomadas certè in noua lege nulla aptior eligi, & inſtitui potuit; idemque dicendum de ſolemnioribus diebus, vt Natiuitatis Domini, Pentecoſtes, &c.

Feſtorũ multitudo ex conſuetudine vniuerſa cur moderanda.

Quando conſuetudo per Epiſcopi abrogat. ceſſet.

Notatur ſecundo, Vbi conſuetudo multas inuexit feſtiuitates, debere Epiſcopos aliquas ex illis abrogare, alioquin eueniet, vel quod nullus dies feſtus perfectè obſeruabitur, vel quod exactius obſeruabuntur ij, qui ex conſuetudine, quam qui ex naturali Eccleſiæ præcepto ſunt indicti.

Notatur tertiò, quod ſi non obſtante Epiſcopi abrogatione, populus adhuc perſeueret in feſtorum obſeruantia, conſuetudo præcedens remanet in ſuo robore, ſecus ſi deſiſtat, tunc enim, vt interrupta amittit vires ſuas, nedum per Epiſcopi ſtatutum; ſed & per populi receptionem, & vt denuo inualeſcat, requiruntur conſueta temporum curricula.

Sum. Ponti. & Gen. Cõc. poſſunt in tota Eccl. nouas feſtiuitates inſtituere, ac veteres abrogare.

Dicendum ſecundò, Summus Pontifex, & Concilium generale cum ſint ſupra totam Eccleſiam, poſſunt nouos feſtos in tota Eccleſia inſtituere, & ex veteribus abrogare, neque ad hoc requiritur populi conſenſus, cum præſumantur, non niſi ex graui, & matura deliberatione proceſſiſſe.

e Fed. conſil. 17.

Quid poſſint Epiſcopi circa feſtorum inſtitutione. Cautio ad Epiſcopos. Relig. etiã exempti obligantur ad feſta ab Epiſcop. indicta.

e Dicendum tertio, Epiſcopus non poteſt inſtituere nouas feſtiuitates, niſi in propria Diœceſi, idq. ex cauſa vrgentiſſima et ex cleri, populique conſenſu. Ratio primi eſt, quia eius iuriſdictio vlterius non extenditur, ratio ſecundi eſt, quia Epiſcopus non ſemper cum tanta deliberatione procedit, & feſtorum multitudo pauperibus præiudicat, quare aut vice feſtorum, quæ nouiter inſtituit, alia abrogabit, aut eorum obſeruantiam non niſi pro vna vice præcipiet, eius verò præceptum populo refragante non obligabit, ſi vero acceptetur, *f* obligat & Religioſos etiam exemptos.

f Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 12.

Dicendum quartò, Epiſcopi vt inſtituere, ſic & abrogare poſſunt feſta nedum de conſuetudine, ſed etiam de præcepto, & diſpenſare nedum cum aliquo particulari, ſed & cum toto populo

ex cau-

ex cauſa rationabili, etiam ſi ſint feſta vniuerſalis Eccleſiæ.

a Dicendum quinto. Laica poteſtas non poteſt feſtos dies inſtituere. Ratio quia actus Religionis ſpectat ad Eccleſiaſticam poteſtatem, vnde ſi Rex iubeat abſtinere ab operibus ſeruilibus certo die, vtique nemo in eodem tenebitur audire miſſam, ideoque nec valebit Principis diſpenſatio circa feſtorum obſeruantiam, licet ſubditus, qui ob pœnæ timorem laboraret, excuſaretur, cum ius humanum, cuiuſmodi eſt determinatio temporis in feſto ſeruando non obliget cum graui damno, & eodẽ, & modo excuſarentur ſerui neceſſarij, non autem voluntarij. Ratio, quia hi poſſunt alios Dominos inquirere, à quibus eis non præcipiatur feſtorum violatio.

a Sylue. v. Domin. in princ. n. 2.

Tenentur poſteri ad feſta, ad quæ eorum maiores voto, vel iuramento ſe obligarunt

Dubitatur vltimo, an teneamur ad feſta maiorum, quæ illi voto, aut iuramento receperunt.

b Reſpondeo affirmatiuè ex vi contractus & promiſſionis, quæ in vniuerſalem ſucceſſorem pertranſit, præſertim cum poſteri vnus, idemque populus cenſeantur cum ſuis maioribus.

b Barthol. Med. ca. 2. q. 90. ar. 3.

DE

DE IV. DECALOGI PRÆCEPTO,

Honora Patrem, & Matrem.

Quid hoc mandato præcipiatur, & quinam Parentis nomine intelligantur. Caput IV.

a Ariſt. 8. Ethic. c. 1. & 2. de Pl. de leg.

HActenus de præceptis, quæ Dei dilectionem concernunt, nunc quæ Proximi, *a* in quo primum locum parentes obtinẽt, vt pote particulare noſtri principiũ, vt Deus vniuerſale. Eos igitur ſpeciali virtute, pietate ſcilicet, quæ & ipſa ad iuſtitiam ſuo modo refertur, tenemur colere.

Ratio continuationis

b S. Aug. l. 83. q. 31. ex ci. libr. de inuen. vides Th. 2. 2. q. 121. 2. 1. 2. 3. & 4

b Pietatem vero definio eſſe, per quam ſanguine iunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.

Quid pietas

c 1 2. q. 2. 2. 2.

d ad Rom. 2. & Phil. 2.

Hic igitur pietatis cultus honoris nomine per hoc præceptum inſinuatur, *c* Honor autem eſt reuerentiæ proteſtatio interno, externoue actu, ob alterius præeminentiam, quæ duplex eſt, increata altera, Deo conueniens, de qua in primo præcepto, altera creata, de qua in præſenti. Rurſum honor debetur Parentibus iure naturæ, alijs vero ex charitate, huc referuntur verba Apoſtoli dum *d* monebat, honore inuicem nos præuenire.

Pietas honoris nomine inſinuata.

Honor debetur ex iure naturæ, uel ex charitate.

e 1. Corin. 4. Eccl. 44.

Rurſus cum creata præeminentia, illius increatę participatio quædam ſit, ex eiuſdem præcipuis attributis, quæ tria ſunt potentia, ſapiẽtia & bonitas, colligi poterit, & quidem potẽtia participatur à parẽtibus tum naturalibus, tum ſpiritualibus, cum ipſi vt Dei optimi inſtrumenta nobis dederint eſſe naturale, & *e* ſpirituale, ac proinde ut Deo rerum omnium primario effectori, ita & eiuſmodi progenitoribus ſuo modo cultum exhibere tenemur, ſimilique ratione honor debetur Principibus, quorum Potentia noſtrum benè eſſe temporale ſeruatur.

Attenditur ſecundo creata præeminentia penès diuinæ ſapien-

tiæ

Digitized by Google

Honor ut debeatur magiſtri, et tutoribus.

tiæ ſolutionem, & ſic debetur honor Magiſtris, & Tutoribus, ijſq; quorum conſilio inſtruimur, & erudimur.

Cęlites, probique homines honorandi.

Demum honorandi ſunt Angeli, hominesque vitę ſanctitate, & doctrinarum eruditione inſignes, cum in eis diuinæ bonitatis participatio maximè eluceat.

Parentis nomine quinã veniant.

Cur parentibus nõ expreſſe præcipiatur filiorũ dilectio.

Cæterum Parentum nomine conſanguinei omnes, coniux, & Patria ſuo modo comprehendantur, ita tamen, vt quamuis præcipuè inferiores reſpectu ſuorum Superiorum, hoc præcepto obligentur, ipſis adhuc ſuperioribus ſua quoque obligatio ab eodem præſcribi intelligatur, debent enim multa ipſo naturę iure parentes filijs, ſed de hoc nõ niſi implicitè, ſatis enim per ſe natura ipſa parentum animis pondus indidit quoad filios diligendos vehementiſſimè inclinentur, è contra, quia amor deſcendit potius, quã aſcendit, neque adeo filij ad parentes diligendos naturaliter extimulantur, ideo apponitur præmium ijs, qui id præſtiterint, nempè diuturnitas vitę, quę de temporali, & æterna intelligitur iuxta Apoſtolum dicentem. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. *a* Alex. 3. q. 33. 3. ar. 2.

Cur aliquã do qui parentes honorarunt non fuerunt longęui.

b Quod ſi aliquando qui parentes honorarunt adhuc propriè è medio ſublati ſunt, id contigit, nè vel malitia immutaret intellectum eorum, vel ne acerbioribus ſucceſſibus percellerentur, ſicut è contra, nil mirum ſi qui inobedientes extiterunt longæui ſunt, id enim eis permittitur vt proprijs, & aliorum calamitatibus magis ac magis diuexati, ab hac ipſa vita damnationis ſententiam luere aggrediantur, frequentius tamen citiſſimè abſumpti ſunt, vt contigit in *c* Abſalone, & *d* filijs Heli. *b* Sapiē. 4. Iſay. 57.

Abſalon Filij Heli.

c 2. Reg. 18 *d* 3. Reg. 4.

Quomodo, & quibus in rebus Parentes carnales honorandi ſint. Cap. V.

DEbitus honor parentibus in quatuor præcipuè conſitit reuerentia, amore, obedientia, & ſuſtentatione.

Reuerentia parẽtib. debetur actu īternu, et externu.

Reuerentia cõſiſtit, tum in actu interno, per reccognitionem ſuperioritatis, in eis, & exhibitionem reuerentialis timoris, tum externo nempè, iuxtà Eccleſiaſtico *a* in opere, ſermone, & omni patientia.

a Vide S. Ier. ep. d hon. paré.

Parẽtũ percuſſio ẽt letis, & atẽtata p. m.

Hinc ſequitur primo, peccare mortaliter qui parentes percuſſerit etiam ſi leuiter, ſemper enim materia eſt grauis, etiam, ſi ſolum manum ad percutiẽdum leuauerit, hinc inferes quanta ſit *b* parricidij immanitas.

b de cuius ſupplicio l. pen. ff. d partic. & l. 1. C. eo.

c Leui. 20. Proue. 19. 20. & 30. Nau. c. 14. nu. 12.

d Tol. li. 5. ſum. ca. 1.

Peccatur ẽt in eos iniuriando, pro uocãdo ad iram, &c.

c Secundo peccare etiam mortaliter, qui parentes uerbis contumelioſis animo deliberato, aut opprobrijs, uel conuitijs afficit aut ad iracundiam notabilem prouocat, etiam ira non ſequuta, etiam ſi non adſit plena deliberatio, & aduertentia, quæ forte in alijs præceptis excuſaret à mortali. Ratio, quia præceptum de honorandis parentibus tam euidens eſt naturæ lumine, ut ſtatim nobis eius memoria debeat decurrere, & procedit concluſio etiã ſi quis defunctis parentibus maledixerit.

Parẽtũ diſſimulatio, quãdo p. m.

d Tertio peccat mortaliter qui ita parentes contemnit ut nolit pro eorum filio haberi, & dignoſci, ſecus ſi abſit contemptus, idque faciat ad euitandum graue damnum, vel in honore, vel in bonis, vel in vita, & multo magis ſi fiat parentibus conſentientibus, ijſdẽmque paratus ſit in neceſſitatibus ſubuenire, & omne auxilium poſſibile ferre.

e Syl. v. filius. q. 24.

Accuſator aut parẽtũ teſtis, p. m. Quando id liceat.

e Quarto, Qui vel patrem alicuius criminis etiam veri accuſat, vel contra ipſum teſtificatur, quamuis poſſit eum coram Iudice conuenire, ſi iniuſtè denegetur.

f Dec. in c. 1. de off. d leg.

g Alex p. 3 q. 33 m. 4. ar. 2.

Hoc verò fallit in crimine vtriuſque læſæ maieſtatis, humanæ & diuinæ *f* in quibus etiam caſibus licet poſſit accuſare parentes, & teſtificari *g* non tamen tenetur niſi vel cum hæreſis ab eo diſſeminatur, & vergit in aliorum pernitiem, vel cum perduellio non eſt executioni demandata. Horũ omnium ratio eſt, quia & honor Patris cæleſtis præferri debet honori patris carnalis, & publica vtilitas priuatæ anteferri debet.

Secundo principaliter parentibus debetur amor ſi enim pro-

ximum amare tenemur,multo magis parentes,cum quibus vna, eademque perſona cenſemur, proinde vt nũquam licet eos odio habere,ita tenemur eiſdem ſigna oſtendere beneuolentiæ,hinc *a* peccat mortaliter,qui parentibus aliquod malum animæ,aut corporis deſiderat,& multo magis ſi mortem,vnde ſicut qui patrem ſuum occidit, tenetur hanc circunſtantiam fateri,ita & qui eos odit. *a Lopez.1 p.inſ. cõſ. c.54.*

Tertio *b* debetur obedientia,præſertim in rebus grauioribus, in quibus præſertim filij parentibus ſubſunt,hinc. *b Eph.6.*

Debetur obedientia parenti bus in ijs, quæ ad domus gubernatio nem & mo rũ inſtitu tionem In quib. non tenemur obedire pa rentibus.

c Peccant mortaliter filij. Primo non obediendo,in ijs,quę ad bonam rei familiaris adminiſtrationem ſpectant. Ratio, quia in huiuſmodi ſubſunt parẽtum imperio,& hoc procedit ſi in re graui,& ex obſtinatione, vel contemptu,non autem ſi ex incogitantia,aut ſenſualitate. *c Tabiena v.filius,n. 16.*

Secundo peccant mortaliter non obediendo in ijs,quæ ad bonos mores,& animę ſalutem ſpectant.

E cõtra non tenentur filij obedire parentibus; Primo in rebus malis,aut iniuſtis,huc enim ſunt referenda verba Domini dicentis. *d* Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me,non eſt me dignus. *d Luc. 14.*

Secundo non tenetur obedire in electione ſtatus perfectioris, verbi gratia,Clericatus,aut Regilionis, *e* vnde Diuus Hieronymus percalcatum perge patrem,&c.& *f* Dominus vbi ſupra,qui non odit patrem ſuum,&c. *e Epiſt. ad Heliod. f Luc. 14.*

Quando in materia matrimonij filij non tenentur obedire parentib. Quando tenentur obedire.

g Tertio, Nec in materia matrimonij,*h* præſertim ſi à parentibus aſperè tractarentur,iiſque tempus nuptijs deſtinatum malignè,aut certè ſatis negligenter ſinant elabi. *g S.Thad. dit.ad 3 p. q.47 ar.6. h Sot.4.d. 28.a.1.*

Item ſi cogantur nubere cum deformibus, vitioſis, infirmis mutilatis,&c.quod præcipuè locum habet infœminis ob earum imbecillitatem,& verecundiam.

Peccant verò mortaliter contrahendo contra parentum voluntatem.

i Primo ſi inde graue dedecus familiæ inureretur. *i Lud. be. reſpõ.caſ. conſc.1.p. caſu. 18.*

Secundo,ſi aliter domus ære alieno,& inimicitijs, quibus opprimitur, liberari poſſet. Decet enim vt ſicut parente hęc omnia filijs prouidere,ita vice verſa,& filij parentibus, eadem procurare teneantur.

quõ circa parentũ ſuſtentationẽ delinquant filii.

Quarto principaliter circa ſuſtentationem, incubit filijs tàm ſpirituali,quàm corporali parentum neceſſitati, quantum licuerit ſubuenire,ideoque peccant.

l Primo, ſi in mortis periculo conſtitutis non procurent Sacramenta miniſtrari. *l Nau. ca. 14.nu. 16*

Secundo,ſi eos à condendis teſtamentis, vel rerum alienarum reſtitutione impediant.

Tertio ſi nolint bona ab eiſdem malè acquiſita, domino ſuo reſtituere.

Quarto,ſi ex negligentia,vel auaritia legata adimplere diſtulerint.

Quinto,

Digitized by Google

Quinto, ſi dum infirmantur eos non viſitent, aut decentur curari non ſatagant, aut cum moriuntur, honorificè ſepeliri non procurent.

Sexto, ſi etiàm dum ſani ſunt, eorum egeſtati opem non ferant aut ſinant lucrari victum, arte illorum ſtatui indecora.

Quæres vbi contingat aliquem habere, & patrem, & filium in neceſſitate conſtitutos, cui prius ſubuenit, ſi nequeat vtrique ſimul.

a Mag. 3. d.29.

Quando patre prius, quę filio ſit ſubueniendum.

a Reſpondeo, ſi neceſſitas ſit extrema, prius patri ſubueniendum. Ratio, quia quoad ea, quę pertinent ad ipſum eſſe abſolutum, quibus ſcilicet quis indiget in extrema neceſſitate ſumma coniunctio eſt filij erga patrem, cum ab eo acceperit eſſe, vnde, *b* & Philoſophus aiebat, Filium honeſtũ ſubuenire parenti, quã ſibi ipſi, ſecus extra caſum neceſſitatis, tunc enim filius, vt potè quaſi pars quædam patris coniunctior cenſetur.

b 9. Eth. c. 2.

c Rodriq. 1.p.ca.14. conc.9. Valen. to. 3.diſpu.3. q.4. pun. &o.5.

c Si quis autem aliter in his caſibus ageret, non peccaret mortaliter, cum inter has ſupra naratas duas obligationes non ſit talis & tanta differentia, quæ ad id ſufficiat.

Cęteris paribus prius patri, quã matris ſubueniendum eſt.

Demum *d* cum pater excellentiorem principij rationem habeat reſpectu noſtri, quam mater, ideo cæteris paribus, etiam ei prius, & ante omnibus alijs ſubueniendum.

Digitized by Google

An, & quibus in caſibus occaſione Religionis prætermittenda ſint pietatis officia erga parentes.
Cap. VI.

Filij famil. inhibetur ingreſſus Religionis.

1 Cum parẽtes neceſſitate vrgentur

PRimo dicendum. Tenetur filij abſtinere ab ingreſſu Religionis, modò quinque conditiones concurrant.

a Prima, vt parentum paupertas ſit præſens, nam quæ prætcrijt, non eget remedio: futurã verò excludit *b* Apoſtolus dicens, filios non debere theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs. *c* Confirmatur, nam filius in ordine ad patrem non habet rationem principij, ſed eius, quod eſt à principio, ergò non niſi per accidens, ideſt quatenus inſtat præſens neceſſitas, tenebitur eis ſubuenire.

a Alex. 3. p. q. 33. m. 4. ar. 1.
b 2. Corint. 12.
c S. Th. 2. 2. q 101. 2. ad 2.
d Nau. ma. c. 14. n. 14.

2 Cum paupertas eorũ extrema ſit, vel grauis.

d Secunda, vt paupertas ſit extrema, aut ſaltem valdè grauis, ita vt parentes ſine filiorum ſubſidio, cum magna proprij ſtatus indecentia, verbi gratia, mendicando, aut alij ſeruiendo, vitam tranſigere cogerentur; quod procedit nedum ſi filius habeat tantum propoſitum, ſed etiam ſi ſe voto ad ingrediendum religionẽ obſtrinxerit. Et quidem quantum ad nudum propoſitum, patet, nam ſuccurrere parentibus ad extremam redactis inopiam eſt opus præcepti; ingredi autem religionem eſt opus conſilii, quod dimittendum eſt dum repugnat operi ſub præcepto iniuncto; ſi vero Filius eiuſmodi neceſſitate vrgente vouit ingreſſum, iam votum eſt inualidum, alioquin eſſet vinculum iniquitatis, & demum ſi poſt emiſſum votum hęc eadem neceſſitas ſuperuenerit, non obligatur, cum iã vouentis conditio mutata ſit. Ex dictis colligitur.

Infertur primo.

Primo, ſi parentes habeant vnde viuant etiam ſi tenuiſsimè, & non ita honorificè vt prius, poſſe filios ingredi Religionem. Ratio quia iam talis neceſsitas cenſetur modica, & pauciſſimi momenti.

2 Secundo, Idem licere, etiam ſi parentes mendicare, aut alijs ſeruire cogerentur, modò non ſit viri nobiles, aut valdè honorati. Ratio, quia attenta eorum mediocri conditione, hæc non eſſet magna indecentia.

3 Tertio, propter nullam aliam parentum neceſsitatem poſſe filios ſub peccato mortali retardari ab ingreſſu Religionis, etiam ſi remanendo in ſæculo, in maiori ſplendore, & honore familiam conſeruaretur.

Tertia

a Tertia conditio, vt filij remanendo in ſeculo, poſſint illico parentum neceſsitati ſubuenire, idque non poſsint in religione, cum tamen oppoſitum plerumque contingat.

Quarta, ne adſint alij, qui hoc idem poſsint, & velint, qua ratione b Chriſtus prohibuit inueni ad patrem redire, cum adhuc alij ſupereſſent, à quibus ſuſtentaretur.

c Quinta. Ne filio remanenti in ſeculo, probabile periculum ſalutis immineat, quod religionem ingrediendo, tuto euadat. Ratio, quia ex charitate ordinata, tenetur quis magis propriæ ſaluti ſpirituali conſulere, quam corporali parentum.

Contrarium huius conditionis docuit d Ioann. Maior, volens.

Primo, non eſſe poſsibilem caſum, quo quis abſtinere nequeat à mortali niſi Religionem ingrediendo, ſed in hoc apertiſsimè ex omnium conſenſu, & experimento decipitur.

Dicit ſecundò ad ſalutem ſatis eſſe Chriſtianam Religionem. At certè quis non videt frequenter ex circumſtantijs loci, temporis, perſonarum, &c. eſſe alicui mortaliter impoſsibile, aut ſaltem difficillimum, viuere in ſeculo ſine pecca. morta. quod ei in Religione euadet prorſus facillimum?

Addit tertio, quod ſi aliquando mortaliter peccet, nihil referre, cum in promptu habeat pęnitentię ſacramentum.

Sed hoc ne dum non eſt theologicum, ſed ne vix Chriſtianum, ſemper enim grauiſsimè delinquitur, uel peccando mortaliter, uel ſe exponendo periculo mortaliter peccandi etiam cauſa ſpei veniæ per pęnitentiæ ſacramentum. Deinde quis certò ſibi pollicebitur pęnitentię donum, & multo minus, vt perfectè pęniteat: & denique ſi peccandum ſit, minus malum erit peccare potius propter inordinatum Dei amorem, relinquẽdo parentes, quàm propter inordinatum parentum amorem, relinquere Deũ & Religionem.

Dicit quarto, conceſſio caſu D. Th. licere ingredi religionem. Sed iam vidimus debere concedi.

Dicendum ſecundo. Scandalum parentum non obligat filios, vt abſtineant ab ingreſsu religionis, ſed aliquando, tantum ad illum differendum.

Cum autem huiuſmodi ſcandalum, non poſſit eſſe niſi paſsiuũ, ideſt, acceptum, non datum, bona quippè opera ſuapte natura, ædificationem, non ſcandalum afferre poſſunt, ideo.

Notandum primo. Scandalum paſsiuum oriri poſſe, vel ex malitia, ſicut contingebat Iudæis circa opera Chriſti, vel ex infirmitate, & ignorantia, ut contingit puſillis.

e Notandum ſecundo. Opera, quæ ſunt alijs occaſio ſcandali paſsiui, vel eſſe nobis neceſſaria ad ſalutem, vel vtilia, & aliquando etiam per accidens neceſſaria, ut executio eius quod voto, vel iuramento promiſſum eſt. His præaſumptis ſit.

a S. Ant. p. 3. tit. 16. c. 2.
b Grill. in c. 9. lucæ.
c S. Th. 2. 2. q. 101. a. 4. ad 1.
d in 4. d. 38 q. 13. ad 6.
e Leg. S. Th. 4. d. 38 q. 2. a. 4. q. la. 2. &c.

Tertia cõd. vt filij, & non in religione ſubuenire poſſit.
4 Nè ab alijs.
5 Ne remanẽti in ſeculo, periculũ ſalutis immineat.
Refellitur Io. Maior.
Secũda cõcl. Parentum ſcandalum vix alĩ quãdo retardabit ab ingreſſu religionis.
Scãdalum, vel ex malitia, vel ex imbecillitate.
Opera vel ſunt de neceſſitate ſalutis, vel tantum vtilia.

Opera ad ſalutē ſimpliciter neceſſaria propter nullū ſcandalum, differenda vel omittenda.

Prima conc uſio. Bonum de neceſſitate ſalutis, propter nullum ſcandalum eſt omittendum, vel differendum. Ratio, quia ex charitate ordinata tenemur magis diligere nos, ipſos, quam alios, cuius oppoſitum contingeret peccando nos mortaliter, omiſſione operis neceſſarij, ne proximus ex eo ſcandalizetur.

Opera conſilij nō omittēda ob ſcādalū paſſiuū ex malitia ſumptum. Secus ſi ſcādalū ſit ex imbecillitate, pōt enim differi. Modo ne periculū ſalutis immineat.

Secunda concluſio. Non ſunt omittenda opera ſupererogationis, & conſilij, propter ſcandalum paſſiuum ex malitia prouenięns, probatur exemplo Chriſti dicentis, *a* ſinite eos, cæci ſunt &cæt. *a Matth.15*

Tertia concluſio. Differenda ſunt hæc eadem opera propter ſcandalum ex ignorantiæ radice prouenięns, quouſque proximus inſtruatur; quod ſi deinde adhuc in ſuo ſcandalo perſeueret, non tenemur amplius differre. Ratio, qui iam ſcandalum incipit eſſe ex malitia.

Quarta concluſio. Imminente propriæ ſalutis periculo, debemus ſtatim adimplere opera conſilij. Ratio, quia tunc incipiunt eſſe ſub præcepto; quod ampliatur etiam ſi non periculum, ſed tantum difficultatem, circa illud idem opus ex dilatione ſibi timeat imminere, & hæc quidem procedunt in communi reſpectu cuiuſcunque operis boni, ſpecialiter autem circa religionis ingreſſum.

Durandus.

b Durandus docet huiuſmodi parentum ſcandalum ferè ſemper eſſe paſſiuum ex malitia, ac proinde contemnendum; iuxta ea quæ S. Hieron. ad Heliod. ſcripſit, per calcatum perge patrem, &cæt. *b 4. d. 38. q. 2. ar. d.*

Ioannes Maior.

c Ioannes Maior addit non eſſe credendum parentum comminationibus, quin ſæpius contingere, vt præſens illorum triſtitia, breui in gaudium conuertatur. *c Ibid. q. 25.*

S. Ant.

d S. Ant. ait non debere filios impediri à religionis ingreſſu, etiam ſi parentes vſque ad mortem corporis, vel animæ ſcandalizentur, differendum tamen eſſe, ſi ex huiuſmodi dilatione, ſcandalum veriſimiliter auferendum ſperetur. *d p.2.ti7.c.4.§.5.*

Caſus ī quibus religionis ingreſſus eſt, aut omittendus, aut differendus.

Dicendum tertio, in pleriſque caſibus bonum eſt, aut omnino abſtinere, aut aliquandiu differre ingreſſum Religionis.

Primo, cum parentum neceſſitas eſt ſaltem valdè grauis.

Secundo, cum ſororum pudicitia periclitari poſſit.

Tertio, cum domus ære alieno vrgetur.

Quid conſiderādum a Prælatis in ſuſceptione filiorum familias.

Quarto, cum valdè notabilis familiæ deterioratio ſequeretur, quæ omnia matura prudentiæ lance penſanda ſunt, & præſertim an ex permanenta in ſeculo euidens animæ periculum immineat.

Incumbit etiam prelatis cogitare.

Primo ſæpius filios familias in huiuſmodi caſibus admiſſos, deferuente progreſſu temporis deuotione, ſub parentum pretextu perturbaturos religionem.

Se-

Secũdo inſpiciat bonum commune, & an ex talium receptione murmuri in populo contra Monaſterium oriri poſſit.

Tertio conſiderent ingredientium feruorem, & qualis ſit in talibus circumſtantijs eorum vocatio.

Dicendum quarto. Probabile eſt filios familias, iam profeſſos poſſe egredi à Religione, ad ſubleuandam extremam parentum neceſſitatem. *quæſt. 4. Probabile è profeſſis teneri ad parentum ſubuentionem per ingreſſũ religionis.*

Dixi probabile, ob contrariam *a* Diu. Thom. *b* aliorumque ſententiam, qui docent, quod ſicut deportati, quia ciuiliter cenſentur mortui, non tenentur ob hunc eundem finem redire ad patriam, ita nec religioſi profeſſi, qui iam mundo mortui ſunt, & Chriſto conſepulti.

a 2.2.q.101 a.4. ad 4. *b* Alẽ. Tab. Phil. &c. apud Sayrũ nu. 13.

c Nonnulli verò hoc ita diſtinguunt, vt egrediendi obligatio ſequatur, cum neceſſitas, quæ parentes diuexat, aderat etiam antequàm profiterentur. Ratio, quia tunc profeſſio culpabiliter facta eſt, & non de obligat à debito ſubueniendi parentibus extrema neceſsitate laborantibus, ſecus ſi poſt emiſſam profeſsionem ſuperuenerit Ratio, quia iam legitimè voto obſtringitur, & vinculum longè arctius eſt, quo Deo, quàm quo hominibus tenemur obnoxij, cum illud ſit primæ, hoc vero ſecundæ tabulæ.

c Ange.v. religioſus. §.31.

Confirmatur primo, ex regula iuris præſcribente, *d* non eſſe ad humanos vſus amplius transferendum, quod ſemel Deo iuſtè dicatum eſt, quod intellige quandiu id cõtra Dei, & miniſtrorũ eius voluntatem contingat.

d in c. ſemel dereg. in 6.

Confirmatur ſecundo, *e* quia cum legitimè profeſſus amittat proprium velle, conſequenter redditur impotens ad ſubueniendum parentum neceſsitati.

e c. ſtatuimus 19. q. vl. & c. nõ dicatis. q. 12.

f Alij è contra, nulla adhibita diſtinctione volunt ſemper obligari, dum parentes in extrema neceſsitate constituti ſunt.

f Io. Maior 4.d. 38. q. 16. Henr. &c.

Cæterum ne huic ſententiæ mordicus, quàm par eſt ſubſcribatur, afferemus eius fundamenta, ſimulque ſatisfaciemus. Probant, ergo. *Argumẽtã obligãtium ſuper filios ad egreſſũ pro parentũ ſubuẽtione*

Primo, *g* Authoritate Chriſti increpantis Phariſæos eo quod docerent filios offerre Deo, quæ parentum neceſsitati debebantur.

g Matt. 15.

h Reſpondeo primo. Ibi Chriſtum argumentari ad hominem. *Ad primũ.*

h Lir. ibid.

Secundo tantum damnare Phariſæos in eo, quod quæ neceſſaria erant parentibus, illi detrahebant, vt Deo offerrent, non autem in eo, quod ſemel Deo oblata non repetebant, vt parentibus extremè egentibus ſubuenirent, ex quo id tantum poſſet deduci, quod dum parentes ſunt in extrema neceſsitate, non liceat filijs ingredi Religionem, non autem quod ſemel Deo conſecrati, teneantur diuino ſeruitio ſe ſubtrahere, vt parentibus ſubueniant.

i Tertio reſpondetur, præceptum de honorandis parentibus

i Abulen. loc. cit.

eſſe affirmatiuum, ac proinde non obligare niſi pro loco, tempore, ac ſtatu perſonarum; vnde ſicut vxoratus, vel clericus, vel ad inſulam deportatus cenſetur ſufficienter parentibus ſubuenire, ſi eis, quæ poterint ſubminiſtrent, vſque eo, quod proprium relinquant ſtatum, ſic & Religioſus, &c.

Probant ſecundo, tenetur religioſus, etiam inuito prælato, ſubuenire proximo, ſi ſtans in oſtio monaſterij poſsit illum exiſtentem in via ab imminenti mortis periculo liberare, ergo multo magis parentes, &c.

Ad ſecũdũ

Reſpondeo negando conſequentiam, & ratio diſparitatis eſt, quia in huiuſmodi liberatione non intercedit mutatio ſtatus.

Ad tertiũ.

Probant tertio, *a* vota non debent eſſe impeditiua operum iuſtitiæ, cuiuſmodi eſt parentum ſubuentio in extrema neceſsitate, in qua ſicut pro quolibet, licet furari, ita multo magis licebit pro parentibus, actualem obedientiam Prælato ſubtrahere.

a Caiet. 2. 2. q. 101. a. 4.

Reſpondeo negando aſſumptum, iuſtitia enim ſupponit debitum, quod omninò ex profeſsione ſublatum eſt, cum per ipſam homo ſe in alterius tranſtulerit poteſtatem, unde ſicut qui bona ſua pauperibus erogauit, non poteſt repetere etiam ſi in extremam incidat paupertatem, ſic religioſus, &c. quare ſubueniet parentibus alijs modis, verbi gratia eleemoſinam à deuotis amicis pro eis petendo, lucrando manibus, vel ingenio, &c, ſalua ſemper obedientia, & religioſi ſtatus integritate, & decore.

Quæ obſeruanda cũ religioſus ad parẽtes ſubleuandos egreditur.

Quia tamen iam diximus hanc ſententiam, egrediendi pro parentum ſubuentione probabilem eſſe, ideo vt hoc licitè fiat, curandum.

1 Petat licentiam.

Primo, vt petatur licentia à Prelato. Ratio eſt multiplex, & quia religioſus non eſt ſui iuris, & quia aliquando neceſsitas tanta non eſt, quanta fingitur, & quia adhuc in ſua religione poſſet parentibus opem ferre, & quia redeundo ad ſeculum propriæ ſalutis periculo ſe exponeret, & quia ordini ſuo, Chriſtianæque Reipublicæ adeò eſſet vtilis, vt poſt habenda videretur in tali caſu parentum ſubuentio.

2 Aliquãdo, & non obtenta.

b Secundo, ſi prudentum iudicio liquido conſtet, parentes extrema neceſsitate vrgeri, nullumque prætaxatis impedimentis obſtiterit, licebit Religioſo, petita, quamuis non obtenta licentia, egredi. Ratio eſt, quia vinculum obedientiæ cedit obligationi naturalis, diuinique præcepti, & iniuſto ſuperioris mandato non eſt parendum.

b Lop. p. inſtr. confeſſ. c. 54.

3 Modo nec in religione poſsit etiã ſubuenire.

Neque huic dicto reluctatur D. Th. vbi enim ait ingrediẽdum ſalua obedientia, intelligi debet reſpectu ſtatutorum ſui ordinis, ad quæ pro viribus, etiam in ſeculo obligatur.

Tertio, modo non poſsit in religione perſiſtens, vijs decentibus ſubuenire.

4 Vt parentũ neceſſitas verè extrema ſit.

Quarto, vt parentum neceſsitas verè extrema ſit, nam quamuis eorundem grauis neceſsitas, ſufficiens cauſa ſit pro impetranda

da à ſede Apoſtolica, egrediendi facultate, legitimèque impediat a Religionis ingreſſus, egreſſus tamen poſt emiſſa vota nunquam erit licitus niſi in extrema parentum neceſſitate.

a Nau. cõſil. 11. ſen. 14. & cõſ. 54. & 55.

5 *Et egreſſus habitum geſtet.*

a Quinto, vt qui egreditur habitum geſtet, quod ſi hoc parentum ſubuentionem impediret, a petenda erit licentia à ſummo Pontifice.

b Val. to. 3 diſp. 7. q. 1 pũcto. 2.

6 *Nõ moretur prætextu.*

b Sexto, vt qui egreditur, nec remoretur ſubuentionem, nec ea aſsecuta, in ſeculo permaneat, ſed quàm primum moraliter fieri poteſt ad ſuum ordinem regrediatur.

7 *Vt requiſitus a prælato. ſubuentionẽ eius vite promittente redeat.*

Septimo, vt requiſitus a ſuo Prælato, ſit paratus redire, præſertim, cum is ſe offert eius parentibus ſubuenire, Parentum autem nomine, non niſi Pater, & Mater intelliguntur.

6. *concluſ. Ingreſſus religionis ſpe prælaturæ nõ omittendus. Quæ ſunt diuinæ vocationis ſigna præcipue.*

Dicendum ſexto, qui ſentit ſe a Deo vocari, non debet abſtinere ab ingreſſu religionis ſpe cuiuſcunque prelaturę, & qui aliter conſulunt, vix excuſantur a mortali. Nec ſatis eſt fieri prætextu iuuandæ Eccleſię Dei, tum quia Eccleſiæ aliquando poteſt eſſe vtilior bonus Religioſus, quam bonus prelatus tũ etiam quia poſtquam quis fuerit bonus Religioſus, aptior erit ad prælaturã, quam ante.

c Alẽ p. 3. q. 33. m. 4. ar. 2.

c Diuinæ verò vocationis ſigna, præcæteris tria ſunt. Iucunditas mentis ex perfectione religionis conſiderata, propoſitum cauendi occaſiones paccati, & deſiderium proficiendi in melius.

De peccatis parentum, & filiorum, viri & vxoris, ſuperiorum, & inferiorum contra hoc præceptum. Caput VII.

Vt peccēt parentes in ordine ad filios.

PEccant *a* primo parentes ſi filijs circa ſpiritualia non prouideant, nempè vt bonis artibus inſtruantur fidem catholicam addiſcant, prauorum euitent conſortia, Eccleſiæ, quantum in ipſis eſt, præcepta cuſtodiant, Denique timorem ſemper pr̨e oculis habeant.

a Tol. lib. 5. c. 1.

b Secundo, ſi abſque cauſa rationabili eos à progreſſu in bono reuocent, irritando, verbi gratia, eorum uota, præſertim quæ ſemel rata eſſe voluerunt, impediēdo ab ingreſſu religionis &c.

b Lop. p. 1 inſtr. conſc. c. 54.

Tertio, ſi abſque cauſa, inuitos adigant ad nuptias.

Quarto, ſi extra caſus a iure permiſſos, dolis, minisuè filias cogant ad ingreſſum Monaſterij, vel habitus ſuſceptionem, vel profeſſionem emittendam, *c* in quo per Tridentinum incurritur etiā excommunicatio, ſicut e contra ibidem excommunicantur, qui ſine cauſa, virginum, aliarumuè mulierum voluntatem voti emittendi, quoquo modo impedierint.

c Seſſ. 25. de reg. ca. 12.

Quinto, ſi patiantur filias, ob malum finem habere amatores, tactuſque impudicos cum earum deſignatis viris permiſerint, etiam ſi ſponſalia iam præceſſerint, *d* in oſculis tamen honeſtiſque complexibus poterunt conuiuere.

d S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 4.

Sexto, ſi notabiliter negligant prouidere, quæ ſpectant ad corporalem filiorum indigentiam. Item ſi *e* eos citrà neceſſitatem pauperum hoſphitalibus exponant, *e* in quo caſu tenetur etiam ad reſtitutionem, cum illa ad pauperes tantum alendos ſint inſtituta.

e l. necare ff. de libe. agnoſc.

f Septimo, peccat mater uenialiter ſi filium alteri nutriendum abſque neceſſitate committat.

f c. ad eius d. 5.

Vt vir erga vxorem.

Maritus autem in ordine, ad uxorem peccat. Primo circa ſpiritualia, ſi abſque cauſa eam impediat a diuinorum præceptorū impletione, *g* & etiam rerum ex deuotione aſſumptarum, præſertim vbi agnoſcat illas vxoris ſaluti multum expedire.

g Phil. de off. ſacer. p. 2. lib. 4. c. 19.

Secundo, *h* ſi eam atrociter percutiat, alioquin ſi leuiter, & monitione præmiſſa, non peccat.

h Sot. 5. de iuſti. q. 2. ar. 1.

Tertio, *i* ſi verbis afficiat infamatorijs, aut iniurias eiuſmodi irroget, vnde probabile periculum infamiæ immineat, etiam ſi ei animus infamandi defuerit.

i Rodr. p. 1. ſummæ c. 15. con. 1. 1.

Quar-

Digitized by Google

Quarto, ſi cum ea habitare recuſet, aut per lõgum tempus abſque cauſa legitima ſe abſentet, *a* quin ubi ſpes ad patriam redeũdi ſublata eſt, tenetur vxoré, ſi poteſt, ad ſe ex loco vbi relicta fuerat reuocare.

a Tolet. li. 5 c. 2.

Vt vxor erga uirum.

Quinto peccat vxor ſi notabiliter, & ex contemptu ſe inobedientem viro exhibuerit, in ijs, quæ ad bonos mores, domuſque, & familiæ gubernationem ſpectant, *b* hor ſi enim reſpectu, eſt caput mulieris, ipſe uir.

b c. eſt ordo, c. hæc imago, c. ſatis, c. cũ caput ca. cum mulier 33. q. 5.

Sexto ſi ſciens, aut ſcire debens maritum prouocet ad iram, & blaſpemiam.

c Septimo, ſi maritum aliò migrantem ſequi nolit, modo nec oppoſitum pactum præceſſerit, quod adhuc vim nõ habebit, ſi ſuſta diſcendẽdi neceſſitas ſuperuenerit, nec vir ſit uagabũdus, præſertim ſi tempore contractus matrimonij, hunc ille uagandi moré non habuerit, aut ſaltem habere neſcierit, alioquin ſi conſcia contraxit, tenebitur ſequi. Et hoc rurſus intelligendum vt nec eam cauſa legitima remoretur, nec ſine mortis periculo vagari poſſit.

c Io. Bened ſum. de pec. li. 2. c. 3. §. 1. nu. 36.

d Octauo, pecat vterque coniux, ſi abſque graui cauſa alter de alterius incontinentia ſuſpicetur, ſibique debitũ reddere negent

d Barto. Med. lib. 1 inſtr. cõf. c. 15. §. 14

Vt peccent vterque cõ

Rurſus peccant domini in ordine ad ſeruos *e* Primo ſi notabiliter ſint negligentes circa eorum conſcientias.

e 1. Tim. 5.

Vt peccent Domini reſpectu ſeruorum.

f Secundo, ſi non curent eos inſtrui in doctrina Chriſtiana præſertim ſi ſint neophiti.

f Sot. rele. de r. g. m. 2. q. 3.

Tertio, ſi eos prohibeat matrimonium contrahere, maxime ſi ſciant eos incontinentes.

g Quarto ſi notabiliter negligant corrigere manifeſta eorũ peccata, aut ſi incorrigibiles ſint, eos e domo non expellant, niſi forte iudicent deteriores euaſuros, aut imminere grauius ſcãdalũ.

g S. Ant p. 2. tit. 5. ca. 9. § 4

Quinto, ſi habeant ſeruum hereticum quem retinere nõ licet, niſi adſit intentio, & ſpes, eum paulatim ad fidem Catholicam reducendi.

Serui e contra peccant, ſi ſint dominis inobedientes, id quod generaliter intelligendum eſt de omnibus inferioribus reſpectu ſuorum ſuperiorum.

Vt ſerui erga Dominos.

Que

ex cauſa rationabili, etiam ſi ſint feſta vniuerſalis Eccleſiæ.

a Dicendum quinto. Laica poteſtas non poteſt feſtos dies inſtituere. Ratio quia actus Religionis ſpectat ad Eccleſiaſticam poteſtatem, vnde ſi Rex iubeat abſtinere ab operibus ſeruilibus certo die, vtique nemo in eodem tenebitur audire miſſam, ideoque nec valebit Principis diſpenſatio circa feſtorum obſeruantiam, licet ſubditus, qui ob pœnæ timorem laboraret, excuſaretur, cum ius humanum, cuiuſmodi eſt determinatio temporis in feſto ſeruando non obliget cum graui damno, & eodē, & modo excuſarentur ſerui neceſſarij, non autem voluntarij. Ratio, quia hi poſſunt alios Dominos inquirere, à quibus eis non præcipiatur feſtorum violatio. (a Sylue. v. Domin. in princ. n. 2.)

Tenentur poſteri ad feſta, ad quæ eorum maiores voto, vel iuramento ſe obligarunt

Dubitatur vltimo, an teneamur ad feſta maiorum, quæ illi voto, aut iuramento receperunt.

b Reſpondeo affirmatiuè ex vi contractus & promiſſionis, quæ in vniuerſalem ſucceſſorem pertranſit, præſertim cum poſteri vnus, idemque populus cenſeantur cum ſuis maioribus. (b Barthol. med. ca. 2. q. 90. ar. 3.)

DE

DE IV. DECALOGI PRÆCEPTO,

Honora Patrem, & Matrem.

Quid hoc mandato præcipiatur, & quinam Parentis nomine intelligantur. Caput IV.

a Ariſt. 8. Ethic. c. 1. & 2. de Pl. de leg.

HActenus de præceptis, quæ Dei dilectionem concernunt, nunc quæ Proximi, *a* in quo primum locum parentes obtinēt, vt pote particulare noſtri principiū, vt Deus vniuerſale. Eos igitur ſpeciali virtute, pietate ſcilicet, quæ & ipſa ad iuſtitiam ſuo modo refertur, tenemur colere. *Ratio continuationis*

b S. Aug. l. 83. q. 31. ex ci. libr. de inuen. vides Th. 2. 2. q. 121. a. 1. 2. 3. & 4

b Pietatem vero definio eſſe, per quam ſanguine iunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. *Quid pietas*

c 1. 2. q. 2. a. 2.
d ad Rom. 2. & Phil. 2.

Hic igitur pietatis cultus honoris nomine per hoc præceptum inſinuatur, *c* Honor autem eſt reuerentiæ proteſtatio interno, externoue actu, ob alterius præeminentiam, quæ duplex eſt, increata altera, Deo conueniens, de qua in primo præcepto, altera creata, de qua in preſenti. Rurſum honor debetur Parentibus iure naturæ, alijs vero ex charitate, huc referuntur verba Apoſtoli dum *d* monebat, honore inuicem nos præuenire. *Pietas honoris nomine inſinuata.* *Honor debetur ex iure naturæ uel ex charitate.*

e 1. Corin. 4. Eccl. 44.

Rurſus cum creata præeminentia, illius increatę participatio quædam ſit, ex eiuſdem præcipuis attributis, quæ tria ſunt potentia. ſapiētia & bonitas, colligi poterit, & quidem potētia participatur à parētibus tum naturalibus, tum ſpiritualibus, cum ipſi vt Dei optimi inſtrumenta nobis dederint eſſe naturale, & *e* ſpirituale, ac proinde ut Deo rerum omnium primario effectori, ita & eiuſmodi progenitoribus ſuo modo cultum exhibere tenemur, ſimilique ratione honor debetur Principibus, quorum Potentia noſtrum benè eſſe temporale ſeruatur.

Attenditur ſecundo creata præeminentia penès diuinæ ſapien-

tiæ

Digitized by Google

Quomodo, & quibus in rebus Parentes carnales honorandi ſint. Cap. V.

DEbitus honor parentibus in quatuor præcipuè conſiſtit reuerentia, amore, obedientia, & ſuſtentatione.

Reuerentia parētib. debetur actu interno, et externo.

Reuerentia cõſiſtit, tum in actu interno, per reccognitionem ſuperioritatis, in eis, & exhibitionem reuerentialis timoris, tum externo nempè, iuxtà Eccleſiaſtico *a* in opere, ſermone, & omni patientia.

a Vide S. Hier. ep. de hon. paré. *b* de cuius ſupplicio l. pen. ff. de partic. & l. 1. C. eo.

Parētū percuſſio ēſt leuis, & attētata p. m.

Hinc ſequitur primo, peccare mortaliter qui parentes percuſſerit etiam ſi leuiter, ſemper enim materia eſt grauis, etiam, ſi ſolùm manum ad percutiēdum leuauerit, hinc inferes quanta ſit *b* parricidij immanitas.

c Leui. 20. Proue. 19. 20. & 30. Nau. c. 14. nu. 12. *d* Tol. li. 5. ſum. ca. 1.

Peccatur ētiam eos iniuriando, prouocādo ad iram, &c.

c Secundo peccare etiam mortaliter, qui parentes uerbis contumelioſis animo deliberato, aut opprobrijs, uel conuitijs afficit aut ad iracundiam notabilem prouocat, etiam ira non ſequuta, etiam ſi non adſit plena deliberatio, & aduertentia, quæ forte in alijs præceptis excuſaret à mortali. Ratio, quia præceptum de honorandis parentibus tám euidens eſt naturæ lumine, ut ſtatim nobis eius memoria debeat decurrere, & procedit concluſio etiā ſi quis defunctis parentibus maledixerit.

Parētū diſſimulatio, quãndo p. m.

d Tertio peccat mortaliter qui ita parentes contemnit ut nolit pro eorum filio haberi, & dignoſci, ſecus ſi abſit contemptus, idque faciat ad euitandum graue damnum, vel in honore, vel in bonis, vel in vita, & multo magis ſi fiat parentibus conſentientibus, ijſdèmque paratus ſit in neceſſitatibus ſubuenire, & omne auxilium poſſibile ferre.

e Syl. v. filius. q. 24.

Accuſatio aut parētū teſtis p. m. Quando id liceat.

e Quarto, Qui vel patrem alicuius criminis etiam veri accuſat, vel contra ipſum teſtificatur, quamuis poſſit eum coram Iudice conuenire, ſi iniuſtè denegetur.

f Dec. in c. 1. de off. de leg. *g* Alex. p. 3 q. 33 m. 4 ar. 4.

Hoc verò fallit in crimine vtriuſque læſæ maieſtatis, humanæ & diuinæ *f* in quibus etiam caſibus licet poſſit accuſare parentes, & teſtificari, *g* non tamen tenetur niſi vel cum hæreſis ab eo diſſeminatur, & vergit in aliorum pernitiem, vel cum perduellio non eſt executioni demandāta. Horum omnium ratio eſt, quia & honor Patris cæleſtis preferri debet honori patris carnalis, & publica vtilitas priuatæ anteferri debet.

Secundo principaliter parentibus debetur amor ſi enim pro-

ximum amare tenemur,multo magis parentes,cum quibus vna, eademque perſona cenſemur. proinde vt nũquam licet eos odio habere,ita tenemur eiſdem ſigna oſtendere beneuolentiæ,hinc *a* peccat mortaliter,qui parentibus aliquod malum animæ,aut corporis deſiderat,& multo magis ſi mortem,vnde ſicut qui patrem ſuum occidit, tenetur hanc circumſtantiam fateri,ita & qui eos odit.

a Lopez.1 p.inſ. cõſ. c.54.

Tertio *b* debetur obedientia,preſertim in rebus grauioribus, in quibus præſertim filij parentibus ſubſunt,hinc.

b Eph.6.

Debetur obedientia parentibus in ijs, quæ ad domus gubernationem & morũ inſtitutionem. In quib. non tenemur obedire parentibus.

c Peccant mortaliter filij. Primo non obediendo,in ijs,quę ad bonam rei familiaris adminiſtrationem ſpectant. Ratio, quia in huiuſmodi ſubſunt parẽtum imperio,& hoc procedit ſi in re graui,& ex obſtinatione, vel contemptu,non autem ſi ex incogitantia,aut ſenſualitate.

c Tabiena v.filius,n. 16.

Secundo peccant mortaliter non obediendo in ijs,quæ ad bonos mores,& animę ſalutem ſpectant.

E cõtra non tenentur filijs obedire parentibus; Primo in rebus malis,aut iniuſtis,huc enim ſunt referenda verba Domini dicentis. *d* Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me,non eſt me dignus.

d Luc. 14.

Secundo non tenetur obedire in electione ſtatus perfectioris, verbi gratia,Clericatus,aut Regilionis, *e* vnde Diuus Hieronymus percalcatum perge patrem,&c.& *f* Dominus vbi ſupra,qui non odit patrem ſuum,&c.

e Epiſt. ad Heliod. *f* Luc. 14.

Quando in materia matrimonij filij non tenentur obedire parentib. Quando tenentur obedire.

g Tertio,Nec in materia matrimonij,*h* preſertim ſi à parentibus aſperè tractarentur,ijſque tempus nuptijs deſtinatum malignè,aut certè ſatis negligenter ſinant elabi.

g S.Th.addit.ad 3 p. q.47 ar.6.

Item ſi cogantur nubere cum deformibus, vitioſis, infirmis mutilatis,&c.quod præcipuè locum habet infœminis ob earum imbecillitatem,& verecundiam.

h Sot.4.d. 28.a.1.

Peccant verò mortaliter contrahendo contra parentum voluntatem.

i Primo ſi inde graue dedecus familiæ inureretur.

Secundo,ſi aliter domus ære alieno,& inimicitijs, quibus opprimitur, liberari poſſet. Decet enim vt ſicut parente hęc omnia filijs prouidere,ita vice verſa,& filij parentibus, eadem procurare teneantur.

i Lud. de. reſpõ.caſ. conſc.1.p. caſu.18.

quõ circa parentũ ſuſtentationẽ delinquant filij.

Quarto principaliter circa ſuſtentationem, incubit filijs tàm ſpirituali,quàm corporali parentum neceſſitati, quantum licuerit ſubuenire,ideoque peccant.

l Primo, ſi in mortis periculo conſtitutis non procurent Sacramenta miniſtrari.

l Nau. ca. 14.nu.16

Secundo,ſi eos à condendis teſtamentis, vel rerum alienarum reſtitutione impediant.

Tertio ſi nolint bona ab eiſdem malè acquiſita, domino ſuo reſtituere.

Quarto,ſi ex negligentia,vel auaritia legata adimplere diſtulerint.

Quinto,

Quinto, ſi dum infirmantur eos non viſitent, aut decentur curari non ſatagant, aut cum moriuntur, honorificè ſepeliri non procurent.

Sexto, ſi etiam dum ſani ſunt, eorum egeſtati opem non ferant aut ſinant lucrari victum, arte illorum ſtatui indecora.

Quæres vbi contingat aliquem habere, & patrem, & filium in neceſſitate conſtitutos, cui prius ſubuenit, ſi nequeat vtrique ſimul.

a Mag. 3. d. 29.

Quando patre prius, quę filio ſit ſubueniendum.

a Reſpondeo, ſi neceſſitas ſit extrema, prius patri ſubueniendum. Ratio, quia quoad ea, quę pertinent ad ipſum eſſe abſolutum, quibus ſcilicet quis indiget in extrema neceſſitate ſumma coniunctio eſt filij erga patrem, cum ab eo acceperit eſſe, vnde, *b* & Philoſophus aiebat, Filium honeſtũ ſubuenire parenti, quã ſibi ipſi, ſecus extra caſum neceſſitatis, tunc enim filius, vt potè quaſi pars quædam patris coniunctior cenſetur.

b 9. Eth. c. 2.

c Rodriq. 1. p. ca. 14. conc. 9. Valen. to. 3. diſpu. 3. q. 4. puncto. 5.

c Si quis autem aliter in his caſibus ageret, non peccaret mortaliter, cum inter has ſupra naratas duas obligationes non ſit talis & tanta differentia, quæ ad id ſufficiat.

Cęteris paribus prius patri, quã matri ſubueniendum eſt.

Demum *d* cum pater excellentiorem principij rationem habeat reſpectu noſtri, quam mater, ideo cæteris paribus, etiam ei prius, & ante omnibus alijs ſubueniendum.

An, & quibus in caſibus occaſione Religionis prætermittenda ſint pietatis officia erga parentes.
Cap. VI.

Filij famil. inhibetur i greſſus Religionis.

1 *Cum parẽtes neceſſitate vrgentur*

PRimo dicendum. Tenetur filij abſtinere ab ingreſſu Religionis, modò quinque conditiones concurrant.

a Prima, vt parentum paupertas ſit præſens, nam quæ præterijt, non eget remedio futurã verò excludit *b* Apoſtolus dicens, filios non debere theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs. *c* Confirmatur, nam filius in ordine ad patrem non habet rationem principij, ſed eius, quod eſt à principio, ergò non niſi per accidens, ideſt quatenus inſtat præſens neceſſitas, tenebitur eis ſubuenire.

a Alex. 3. p. q. 33. m. 4. ar. 1.
b 2. Corint. 12.
c S. Th. 2. 2 q 101. 4. 2 ad 2.
d Nau. ma. c. 14. n. 14.

2 *Cum paupertas eorũ extrema ſit, vel grauiſ.*

d Secunda, vt paupertas ſit extrema, aut ſaltem valdè grauis, ita vt parentes ſine filiorum ſubſidio, cum magna proprij ſtatus indecentia, verbi gratia, mendicando, aut alij ſeruiendo, vitam tranſigere cogerentur; quod procedit nedum ſi filius habeat tantum propoſitum, ſed etiam ſi ſe voto ad ingrediendum religionẽ obſtrinxerit. Et quidem quantum ad nudum propoſitum, patet, nam ſuccurrere parentibus ad extremam redactis inopiam eſt opus præcepti; ingredi autem religionem eſt opus conſilii, quod dimittendum eſt dum repugnat operi ſub præcepto iniuncto; ſi vero Filius eiuſmodi neceſſitate vrgente vouit ingreſſum, iam votum eſt inualidum, alioquin eſſet vinculum iniquitatis, & demum ſi poſt emiſſum votum hęc eadem neceſſitas ſuperuenerit, non obligatur, cum iã vouentis conditio mutata ſit. Ex dictis colligitur.

Infertur primo.

Primo, ſi parentes habeant vnde viuant etiam ſi tenuiſsimè, & non ita honorificè vt prius, poſſe filios ingredi Religionem. Ratio quia iam talis neceſsitas cenſetur modica, & pauciſſimi momenti.

2 Secundo, Idem licere, etiam ſi parentes mendicare, aut alijs ſeruire cogerentur, modò non ſit viri nobiles, aut valdè honorati. Ratio, quia attenta eorum mediocri conditione, hæc non eſſet magna indecentia.

3 Tertio, propter nullam aliam parentum neceſsitatem poſſe filios ſub peccato mortali retardari ab ingreſſu Religionis, etiam ſi remanendo in ſæculo, in maiori ſplendore, & honore familiam conſeruaret.

Tertia

a S. Ant. p. 3. tit. 16. c. 2.
b Grill. in c. 9. lucæ.
c S. Th. 2. 2. q. 101. a. 4. ad 1.
d in 4. d. 38 q. 13. ad 6.

Tertia cõd. vt illico, & non in religione ſubueniri poſſit.

a Tertia conditio, vt filij remanendo in ſeculo, poſsint illico parentum neceſsitati ſubuenire, idque non poſsint in religione, cum tamen oppoſitum plerumque contingat.

4 Nè ab aliis

Quarta, ne adſint alij, qui hoc idem poſsint, & velint, qua ratione *b* Chriſtus prohibuit iuueni ad patrem redire, cum adhuc alij ſupereſsent, à quibus ſuſtentaretur.

5 Ne remanẽti in ſeculo, periculũ ſalutis immineat.

c Quinta. Ne filio remanenti in ſeculo, probabile periculum ſalutis immineat, quod religionem ingrediendo, tuto euadat. Ratio, quia ex charitate ordinata, tenetur quis magis propriæ ſaluti ſpirituali conſulere, quam corporali parentum.

Refellitur Io. Maior.

Contrarium huius conditionis docuit *d* Ioann. Maior, volens.

Primo, non eſſe poſsibilem caſum, quo quis abſtinere nequeat à mortali niſi Religionem ingrediendo, ſed in hoc apertiſsimè ex omnium conſenſu, & experimento decipitur.

Dicit ſecundò ad ſalutem ſatis eſſe Chriſtianam Religionem. At certè quis non videt frequenter ex circumſtantijs loci, temporis, perſonarum, &c. eſſe alicui mortaliter impoſsibile, aut ſaltem difficillimum, viuere in ſeculo ſine pecca. morta. quod ei in Religione euadet prorſus facillimum?

Addit tertio, quod ſi aliquando mortaliter peccet, nihil referre, cum in promptu habeat pęnitentię ſacramentum.

Sed hoc ne dum non eſt theologicum, ſed ne vix Chriſtianum, ſemper enim grauiſsimè delinquitur, uel peccando mortaliter, uel ſe exponendo periculo mortaliter peccandi etiam cauſa ſpei veniæ per pęnitentiæ ſacramentum. Deinde quis certò ſibi pollicebitur pœnitentię donum, & multo minus, vt perfectè pęniteat: & den que ſi peccandum ſit, minus malum erit peccare potius propter inordinatum Dei amorem, relinquẽdo parentes, quàm propter inordinatum parentum amorem, relinquere Deũ & Religionem.

Secũd. cõd. Parentum ſcandalum vix aliquã do retardabit ab ingreſſu religionis.

Dicit quarto, conceſſo caſu D. Th. licere ingredi religionem. Sed iam vidimus debere concedi.

Dicendum ſecundo. Scandalum parentum non obligat filios, vt abſtineant ab ingreſſu religionis, ſed aliquando, tantum ad illum differendum.

Scãdalum, vel ex malitia, vel ex imbecillitate.

Cum autem huiuſmodi ſcandalum, non poſſit eſſe niſi paſsiuũ, ideſt, acceptum, non datum, bona quippè opera ſuapte natura, ædificationem, non ſcandalum afferre poſſunt, ideo.

Notandum primo. Scandalum paſsiuum oriri poſſe, vel ex malitia, ſicut contingebat Iudæis circa opera Chriſti, vel ex infirmitate, & ignorantia, ut contingit puſillis.

e Leg. S. Th. 4. d. 38 q. 2. a. 4. q. 1a. 2. &c.

Opera vel ſunt de neceſsitate ſalutis, vel tantum utilia.

e Notandum ſecundo. Opera, quæ ſunt alijs occaſio ſcandali paſsiui, vel eſſe nobis neceſſaria ad ſalutem, vel vtilia, & aliquando etiam per accidens neceſſaria, ut executio eius quod voto, vel iuramento promiſſum eſt. His præaſumptis ſit.

Digitized by Google

Opera ad ſalutē ſimpliciter neceſſaria propter nullū ſcandalum, differenda vel omittenda.

Prima conc uſio. Bonum de neceſſitate ſalutis, propter nullum ſcandalum eſt omittendum, vel differendum. Ratio, quia ex charitate ordi nata tenemur magis diligere nos, ipſos, quam alios, cuius oppoſitum contingeret peccando nos mortaliter, omiſſione operis neceſſarij, ne proximus ex eo ſcandalizetur.

Opera conſilij nō omittēda ob ſcādalū paſſiuū malitioſum.

Secunda concluſio. Non ſunt omittenda opera ſupererogationis, & conſilij, propter ſcandalum paſſiuum ex malitia proueniens, probatur exemplo Chriſti dicentis, *a* ſinite eos, cæci ſunt &cæt. *a Math. 15*

Secus ſi ſcādalū ſit ex imbecillitate, pōt enim differri.

Tertia concluſio. Differenda ſunt hæc eadem opera propter ſcandalum ex ignorantiæ radice proueniens, quouſque proximus inſtruatur, quod ſi deinde adhuc in ſuo ſcandalo perſeueret, non tenemur amplius differre. Ratio, qui iam ſcandalum incipit eſſe ex malitia.

Modo ne periculū ſalutis immineat.

Quarta concluſio. Imminente propriæ ſalutis periculo, debemus ſtatim adimplere opera conſilij. Ratio, quia tunc incipiunt eſſe ſub præcepto; quod ampliatur etiam ſi non periculum, ſed tantum difficultatem, circa illud idem opus ex dilatione ſibi timeat imminere, & hæc quidem procedunt in communi reſpectu cu iuſcunque operis boni, ſpecialiter autem circa religionis ingreſſum.

Durandus.

b Durandus docet huiuſmodi parentum ſcandalum ferè ſemper eſſe paſſiuum ex malitia, ac proinde contemnendum, iuxta ea quæ S. Hieron. ad Heliod. ſcripſit, per calcatum perge patrem, &cæt. *b 4. d. 38. q. 2. ar. d.*

Ioannes Maior. *c Ibid. q. 25.*

c Ioannes Maior addit non eſſe credendum parentum comminationibus, quin ſæptius contingere, vt præſens illorum triſtitia, breui in gaudium conuertatur.

S. Ant. *d p. 2. ti. 7. c. 4. §. 5.*

d S. Ant. ait non debere filios impediri à religionis ingreſſu, etiam ſi parentes vſque ad mortem corporis, vel animæ ſcandalizentur, differendum tamen eſſe, ſi ex huiuſmodi dilatione, ſcandalum veriſimiliter auferendum ſperetur.

Caſus ī quibus religionis ingreſſus eſt, aut omittendus, aut diferendus.

Dicendum tertio, in pleriſque caſibus bonum eſt, aut omnino abſtinere, aut aliquandiu differre ingreſſum Religionis.

Primo, cum parentum neceſſitas eſt ſaltem valdè grauis.

Secundo, cum ſororum pudicitia periclitari poſſit.

Tertio, cum domus ære alieno vrgetur.

Quid conſiderādum a Prælatis in ſuſceptione filiorum familias.

Quarto, cum valdè notabilis familiæ deterioratio ſequetur, quæ omnia matura prudentiæ lance penſanda ſunt, & præſertim an ex permanenta in ſeculo euidens animæ periculum immineat.

Incumbit etiam prelatis cogitare.

Primo ſæpius filios familias in huiuſmodi caſibus admiſſos, de feruente progreſſu temporis deuotione, ſub parentum pretextu perturbaturos religionem.

Digitized by Google

Secũdo inſpiciãt bonum commune, & an ex talium receptione murmuri in populo contra Monaſterium oriri poſſit.

Tertio conſiderent ingredientium feruorem, & qualis ſit in talibus circumſtantijs eorum vocatio.

Dicendum quarto. Probabile eſt filios familias, iam profeſſos poſſe egredi à Religione, ad ſubleuandam extremam parentum neceſſitatem.

quæſt. 4. Probabile ē profeſſos teneri ad parentum ſubuentionem per ingreſſū religionis.

Dixi probabile, ob contrariam *a* Diu. Thom. *b* aliorumque ſententiam, qui docent, quod ſicut deportati, quia ciuiliter cenſetur mortui, non tenetur ob hunc eundem finem redire ad patriam, ita nec religioſi profeſſi, qui iam mundo mortui ſunt, & Chriſto conſepulti.

a 2.2.q.101 a.4.ad 4. *b* Alē Tab. Phil. &c. apud Sayrũ nu. 13. *c* Ange.v. religioſus. §.31.

c Nonnulli verò hoc ita diſtinguunt, vt egrediendi obligatio ſequatur, cum neceſſitas, quæ parentes diuexat, aderat etiam antequàm profiterentur. Ratio, quia tunc profeſſio culpabiliter facta eſt, & non de obligat à debito ſubueniendi parentibus extrema neceſsitate laborantibus, ſecus ſi poſt emiſſam profeſsionem ſuperuenerit Ratio, quia iam legitimè voto obſtringitur, & vinculum longè arctius eſt, quo Deo, quàm quo hominibus tenemur obnoxij, cum illud ſit primæ, hoc vero ſecundæ tabulæ.

d in c. ſemel dereg. in 6.

Confirmatur primo, ex regula iuris præſcribente, *d* non eſſe ad humanos vſus amplius transferendum, quod ſemel Deo iuſtè dicatum eſt, quod intellige quandiu id cõtra Dei, & miniſtrorũ eius voluntatem contingat.

e c. ſtatuimus 19. q. vl. & c. nõ dicatis. q. 12.

Confirmatur ſecundo, *e* quia cum legitimè profeſſus amittat proprium velle, conſequenter redditur impotens ad ſubueniendum parentum neceſsitati.

f 10. Maior 4.d. 38. q. 16. Henr. &c.

f Alij è contra, nulla adhibita diſtinctione volunt ſemper obligari, dum parentes in extrema neceſsitate conſtituti ſunt.

Cęterum ne huic ſententiæ mordicus, quàm par eſt ſubſcribatur, afferemus eius fundamenta, ſimulque ſatisfaciemus. Probant, ergo.

g Matt. 15.

Argumēta obligationis ſuper filios ad egreſſū pro parentibus ſubuentione. Ad primũ.

Primo, *g* Authoritate Chriſti increpantis Phariſæos eo quod docerent filios offerre Deo, quæ parentum neceſsitati debebantur.

h Lir. ibid.

h Reſpondeo primo. Ibi Chriſtum argumentari ad hominem.

Secundo tantum damnare Phariſæos in eo, quod quæ neceſſaria erant parentibus, illi detrahebant, vt Deo offertent, non autem in eo, quod ſemel Deo oblata non repetebant, vt parentibus extremè egentibus ſubuenirent, ex quo id tantum poſſet deduci, quod dum parentes ſunt in extrema neceſsitate, non liceat filijs ingredi Religionem, non autem quòd ſemel Deo conſecrati, teneantur diuino ſeruitio ſe ſubtrahere, vt parentibus ſubueniant.

i Abulen. loc. cit.

i Tertio reſpondetur, præceptum de honorandis parentibus

eſſe affirmatiuum, ac proinde non obligare niſi pro loco, tempore, ac ſtatu perſonarum; vnde ſicut vxoratus; vel clericus; vel ad inſulam deportatus cenſetur ſufficienter parentibus ſubuenire, ſi eis, quæ poterint ſubminiſtrent, vſque eo, quod proprium relinquant ſtatum, ſic & Religioſus, &c.

Probant ſecundo, tenetur religioſus, etiam inuito prelato, ſubuenire proximo, ſi ſtans in oſtio monaſterij poſsit illum exiſtentem in via ab imminenti mortis periculo liberare, ergo multo magis parentes, &c.

Ad ſecũdũ

Reſpondeo negando conſequentiam, & ratio diſparitatis eſt, quia in huiuſmodi liberatione non intercedit mutatio ſtatus. a Caiet. 2. 2. q. 101. a. 4.

Ad tertiũ.

Probant tertio, a vota non debent eſſe impeditiua operum iuſtitiæ, cuiuſmodi eſt parentum ſubuentio in extrema neceſsitate, in qua ſicut pro quolibet, licet furari, ita multo magis licebit pro parentibus, actualem obedientiam Prælato ſubtrahere.

Reſpondeo negando aſſumptum, iuſtitia enim ſupponit debitum, quod omnino ex profeſsione ſublatum eſt, cum per ipſam homo ſe in alterius tranſtulerit poteſtatem, unde ſicut qui bona ſua pauperibus erogauit non poteſt repetere etiam ſi in extremam incidat paupertatem, ſic religioſus, &c. quare ſubueniet parentibus alijs modis, verbi gratia eleemoſinam à deuotis amicis pro eis petendo, lucrando manibus, vel ingenio, &c, ſalua ſemper obedientia, & religioſi ſtatus integritate, & decore.

Quę obſeruanda cũ religioſus ad parẽtes ſubleuandos egreditur.

Quia tamen iam diximus hanc ſententiam, egrediendi pro parentum ſubuentione probabilem eſſe, ideo vt hoc licitè ſiat, curandum.

1 *Petat licentiam.*

Primo, vt petatur licentia à Prelato. Ratio eſt multiplex, & quia religioſus non eſt ſui iuris, & quia aliquando neceſsitas tanta non eſt, quanta fingitur, & quia adhuc in ſua religione poſſet parentibus opem ferre, & quia redeundo ad ſeculum propriæ ſalutis periculo ſe exponeret, & quia ordini ſuo, Chriſtianæque Reipublicæ adeò eſſet vtilis, vt poſt habenda videretur in tali caſu parentum ſubuentio.

2 *Aliquãdo, & non obtenta.*

b Secundo, ſi prudentum iudicio liquido conſtet, parentes extrema neceſsitate vrgeri, nullumque prætaxatis impedimentis obſtiterit, licebit Religioſo, petita, quamuis non obtenta licentia, egredi. Ratio eſt, quia vinculum obedientiæ cedit obligationi naturalis, diuinique præcepti, & iniuſto ſuperioris mandato non eſt parendum. b Lop. p. inſtr. confeſſ. c. 54.

3 *Modo ne in religione poſsit etiã ſubuenire.*

Neque huic dicto reluctatur D. Th. vbi enim ait ingrediẽdum ſalua obedientia, intelligi debet reſpectu ſtatutorum ſui ordinis, ad quæ pro viribus, etiam in ſeculo obligatur.

Tertio, modo non poſsit in religione perſiſtens, vijs decentibus ſubuenire.

4 *Vt parentũ neceſsitas uerè extrema ſit.*

Quarto, vt parentum neceſsitas verè extrema ſit, nam quamuis eorundem grauis neceſsitas, ſufficiens cauſa ſit pro impetranda

da à ſede Apoſtolica, egrediendi facultate, legitimèque impediat a Religionis ingreſſus, egreſſus tamen poſt emiſſa vota nunquam erit licitus niſi in extrema parentum, neceſſitate.

a Nau. cõſil. 11. ſen. 14. & cõſ. 54. & 55.

5 *Et egreſſus habitum geſtet.*

a Quinto, vt qui egreditur habitum geſtet, quod ſi hoc parentum ſubuentionem impediret, a petenda erit licentia à ſummo Pontifice.

b Val. to. 3 diſp. 7. q. 4 pũcto 2.

6 *Nē moram prætexat.*

b Sexto, vt qui egreditur, nec remoretur ſubuentionem, nec ea aſsecuta, in ſeculo permaneat, ſed quàm primum moraliter fieri poteſt ad ſuum ordinem regrediatur.

7 *Vt requiſitus a prælato, ſubuentionē eius vitę promittente redeat.*

Septimo, vt requiſitus a ſuo Prælato, ſit paratus redire, præſertim, cum is ſe offerret eius parentibus ſubuenire, Parentum autem nomine, non niſi Pater, & Mater intelliguntur.

6. *concluſ. Ingreſſus religionis ſpe prælaturæ nõ omittendus. Quæ ſint diuinæ vocationis ſigna præcipua.*

Dicendum ſexto, qui ſentit ſe a Deo vocari, non debet abſtinere ab ingreſſu religionis ſpe cuiuſcunque prælaturę, & qui aliter conſulunt, vix excuſantur a mortali. Nec ſatis eſt fieri prætextu iuuandæ Eccleſię Dei, tum quia Eccleſiæ aliquando poteſt eſſe vtilior bonus Religioſus, quam bonus prelatus tũ etiam quia poſtquam quis fuerit bonus Religioſus, aptior erit ad prælaturã, quam ante.

c Ale p. 3. q. 33. m. 4. ar. 2.

c Diuinæ verò vocationis ſigna, præcæteris tria ſunt. Iucunditas mentis ex perfectione religionis conſiderata, propoſitum cauendi occaſiones peccati, & deſiderium proficiendi in melius.

De peccatis parentum, & filiorum, viri & vxoris, ſuperiorum, & inferiorum contra hoc præceptum. Caput VII.

Vt peccēt parentes in ordine ad filios.

Peccant *a* primo parentes ſi filijs circa ſpiritualia non prouideant, nempè vt bonis artibus inſtruantur fidem catholicam addiſcant, prauorum euitent conſortia, Eccleſiæ, quantum in ipſis eſt, præcepta cuſtodiant, Denique timorem ſemper pre oculis habeant.

a Tol. lib. 5. c. 1.

b Secundo, ſi abſque cauſa rationabili eos à progreſſu in bono reuocent, irritando, verbi gratia, eorum vota, præſertim quæ ſemel rata eſſe voluerunt, impediēdo ab ingreſſu religionis &c.

b Lop. p. 1 inſtr. conſc. c. 54.

Tertio, ſi abſque cauſa, inuitos adigant ad nuptias.

Quarto, ſi extra caſus a iure permiſſos, dolis, minisuè filias cogant ad ingreſſum Monaſterij, vel habitus ſuſceptionem, vel profeſſionem emittendam *e* in quo per Tridentinum incurritur etiā excommunicatio, ſicut e contra ibidem excommunicantur, qui ſine cauſa, virginum, aliarumuè mulierum voluntatem voti emittendi, quoquo modo impedierint.

c Seſſ. 25. de reg. ca. 12.

Quinto, ſi patiantur filias, ob malum finem habere amatores, tactuſque impudicos cum earum deſignatis viris permiſerint, etiam ſi ſponſalia iam præceſſerint, *d* in oſculis tamen honeſtiſque complexibus poterunt conuiuere.

d S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 4.

Sexto, ſi notabiliter negligant prouidere, quæ ſpectant ad corporalem filiorum indigentiam. Item ſi eos citrà neceſſitatem pauperum hoſphitalibus exponant, *e* in quo caſu tenetur etiam ad reſtitutionem, cum illa ad pauperes tantum alendos ſint inſtituta.

e l. necare ff. de libe. agnoſc.

f Septimo, peccat mater uenialiter ſi filium alteri nutriendum abſque neceſſitate committat.

f c. ad eius d. 5.

Vt vir erga vxorem.

Maritus autem in ordine, ad uxorem peccat. Primo circa ſpirituaiia, ſi abſque cauſa eam impediat a diuinorum præceptorū impletione, *g* & etiam rerum ex deuotione aſſumptarum, præſertim vbi agnoſcat illas vxoris ſaluti multum expedire.

g Phil. de off. ſacer. p. 2. lib. 4. c. 19.

Secundo, *h* ſi eam atrociter percutiat, alioquin ſi leuiter, & monitione præmiſſa, non peccat.

h Sot. 5. de iuſti. q. 2. ar. 1.

Tertio, *i* ſi verbis afficiat infamatorijs, aut iniurias eiuſmodi irroget, vnde probabile periculum infamiæ immineat, etiam ſi ei animus infamandi defuerit.

i Rodr. p. 1. ſummæ c. 15. con. l. 1.

Quar-

Quarto, ſi cum ea habitare recuſet, aut per lõgum tempus abſque cauſa legitima ſe abſentet, *a* quin ubi ſpes ad patriam redeũdi ſublata eſt, tenetur vxorẽ, ſi poteſt, ad ſe ex loco vbi relicta fuerat reuocare.

Vt vxor erga maritum.

Quinto peccat vxor ſi notabiliter, & ex contemptu ſe inobedientem viro exhibuerit, in ijs, quæ ad bonos mores, domuſque, & familiæ gubernationem ſpectant, *b* hor ſi enim reſpectu, eſt caput mulieris, ipſe uir.

Sexto ſi ſciens, aut ſcire debens maritum prouocet ad iram, & blaſpemiam.

c Septimo, ſi maritum aliò migrantem ſequi nolit, modo nec oppoſitum pactum præceſſerit, quod adhuc vim nõ habebit, ſi ſta diſcendẽdi neceſſitas ſuperuenerit, nec vir ſit uagabũdus, præſertim ſi tempore contractus matrimonij, hunc ille uagandi morẽ non habuerit, aut ſaltem habere neſcierit, alioquin ſi conſcia contraxit, tenebitur ſequi. Et hoc rurſus intelligendum vt nec eam cauſa legitima remoretur, nec ſine mortis periculo vagari poſſit.

Vt peccent vterque cõ[iux]

d Octauo, pecat vterque coniux, ſi abſque graui cauſa alter de alterius incontinentia ſuſpicetur, ſibique debitũ reddere negent.

Vt peccent Domini reſpectu ſeruorum.

Rurſus peccant domini in ordine ad ſeruos *e* Primo ſi notabiliter ſint negligentes circa eorum conſcientias.

f Secundo, ſi non curent eos inſtrui in doctrina Chriſtiana præſertim ſi ſint neophiti.

Tertio, ſi eos prohibeat matrimonium contrahere, maxime ſi ſciant eos incontinentes.

g Quarto ſi notabiliter negligant corrigere manifeſta eorũ peccata, aut ſi incorrigibiles ſint, eos e domo non expellant, niſi fortè iudicent deteriores euaſuros, aut imminere grauius ſcãdalũ.

Quinto, ſi habeant ſeruum hereticum quem retinere nõ licet, niſi adſit intentio, & ſpes, eum paulatim ad fidem Catholicam reducendi.

Vt ſerui erga Dominos.

Serui e contra peccant, ſi ſint dominis inobedientes, id quod generaliter intelligendum
eſt de omnibus inferio-
ribus
reſpectu ſuorum ſuperio
rum.

a Tolet. li. 5 c. 2.
b c. eſt ordo, c. hæc imago, c. ſatis, c. cũ caput ca. cum mulier 33. q. 5.
c Io. Bened ſum. de pec. li. 2. c. 3. §. 1. nu 36.
d Barto. Med. lib. 1 inſtr. cõf. c. 15. §. 14
e 1. Tim. 5.
f Sot. rele. de r. g. m. 2. q. 3.
g S. Ant p. 2. tit. 5. ca. 9. § 4

Que

a 2.2.q.122 a.4.ad.3.

Obijcies *a* Diu. Thom. aſſerentem, peccatum repugnare obſeruantiæ diei feſti.

Quō intelligendus. D. Th.

Reſpondeo intelligi quātum ad finem, non autem quantum ad ſubſtantiam præcepti.

b Verbo ſæ rię, n. 41.

Contrarium tertio, docuit *b* Angel. volens teneri homines die feſto ad actum cōtritionis, ideo que hac ratione fieri in principio miſsæ confeſſionem.

Probat ex Leuit. vbi præcipitur in die Sabbathi animam affligere.

Reijcitur, & Ang op.

Reſpondeo. Confeſſionem in miſſa ſolum obligare ſacerdotes celebrantes, vnde qui interſunt miſſæ poſt peractam confeſſionem ſatisfaciūnt præcepto. Authoritas verò Leuit. refertur ad feſtum expiationis, ſemel in anno celebrandum, in quo corpora ieiunio maceranda erant, cumque hoc fæſtum legale fuerit, certè nunc tempore nouæ legis non obligat.

Obſeruantia diei feſti eſt act⁹ religionis non pænitentię.

Quod vero ad obſeruantiam die feſti nihil faciat contritio patet, nam contritio eſt actus virtutis pęnitentiæ, & hæc iuſtitiæ: cultus autem ad diem fæſtum ſpectans eſt actus religionis.

c opt. Sayrus hic, n. 8.

D. O feſta ſacrificantur ēt actis internis, licet nō ſub præcepto.

c His tamen ſic ſtantibus, adhuc conſultiſſimum erit dies fæſtos ſanctificare etiam actibus internis D. O. venerando, & colendo, &c.

Dubitatur tertio. Qui ſint dies fæſti à Chriſtianis præter dominicas obſeruandi.

Quæſt. 3.

d Gl. pronunciā dū & in c. cōqueſtus de ferijs.

Circa feſtorum numerū, & obſeruātiæ, modum ſtādū ē ſtatutis dœceſanis & locorū conſuetudinibus.

d Reſpondeo ſtandum eſſe conſtitutionibus diœceſanis ſingularum Regionum, & conſuetudini earundem, quando ſcilicet per integrum diem, quando tantum mane, quando ſolum in ciuitate, quando etiam extra, &c.

e S. Ant. p. 2. ti. 9. c. 7.

Quæſt. 4.

Dubitatur quarto. An cum transferuntur officia fęſtorum, transferatur, & eorundem obſeruantia. *e* Reſpondeo negatiuè.

f Nau. manu. ca. 13. n. 5.

Quæſt. 5.

Dubitatur quinto. An aduenę teneantur ad fæſtorum obſeruantiam, quę peculiaria ſint in aliquo loco.

g Phil. de off. ſac. p. 2. lib. 3. c. 23. not. 3.

f Reſpondeo, ſi ibidem degant teneri patet à ſimili de ieiunijs, &c. ſecus ſi indè pertrāſeant, *g* modò ne mane aduentates, ibidem per totum diem commorentur, nam tunc ſi comede poſſet, citra ſuorum negatiorum expeditionem tenerentur ad audiendam miſſam.

h Lop. p. 1 inſtr. conſc. c. 52.

Quæſt. 6.

Licet die fęſto patrię alio diuertere laborandi cauſa.

Dubitatur ſexto. An licitum ſit die fæſto patrię ad alium locū vbi non eſt dies fæſtus traſineare, ibique operibus ſeruilibus inſiſtere.

h Reſpondeo affirmatiuè, idque nè dum in vigilia, ſed etiam ipſo fæſto, modo prius audiat miſſam, nam ſicut quia vnde diſcedit celebratur fæſtum, ideo tenetur admiſſam, ita quia quo vadit fęſtum non agitur, poterit laborare, hoc autem paſſim faciendum, non eſt niſi ſuadente cauſa rationabili.

Dubitatur ſeptimo. Quān do fæſtum incipiat, & deſinat?

Re-

Quæſt. 7.

a Tabiena ver. feriæ, verſ. 13.

a Reſpondeo quoad officium incipere in veſperis, quoad eſum carnium à media nocte ad mediam noctem, ſimiliter & quo ad ceſſationem ab operibus ſeruilibus iuxta morem Romanum, ſemper tamen in hoc habenda eſt ratio conſuetudinis pro locorum varietate.

Quæſt. 8. *Circa feſta abroganda & noua inducenda poteſt multum conſuetudo.*

Dubitatur octauo, quid poſſit conſuetudo, aut Superiores Prælati circa dies feſtos.

b Sylu. ver. Dom. q. 1.

b Dicendum primo, conſuetudo ſcita, & tolerata poteſt dies feſtos abrogare, & nouos inſtituere, patet exper. ſic enim abrogata ſunt feſta Rogationum, Innocentum, ſancti Siluestri, &c. & probatur ratione; nam licet ſanſtificatio alicuius temporis ſit de iure naturali, & *c* Diuino; determinatio verò huius, vel alterius diei eſt de iure humano, cęterum conſuetudo plurimum poteſt in omne ius humanum. Circa hanc verò conſuetudinem.

c S. Th. 2. 2 q. 122. a. 4. ad 4.

d S. Tho. loc. cit. ad prim. & Cath. tra. de 3. Dec. præc. n. 6.

Conſuetudo nunquam inualeſcit circa diem dominicum ac ſolemniores dies.

Notatur primo, nunquam inualituram contra diem Dominicum, *d* nam cum de iure Diuino ſit ſanctificatio vnius diei per ſingulas hebdomadas certè in noua lege nulla aptior eligi, & inſtitui potuit; idemque dicendum de ſolemnioribus diebus, vt Natiuitatis Domini, Pentecoſtes, &c.

Feſtorũ multitudo ex conſuetudine vniuerſa cur moderanda.

Notatur ſecundo, Vbi conſuetudo multas inuexit feſtiuitates, debere Epiſcopos aliquas ex illis abrogare, alioquin eueniet, vel quod nullus dies feſtus perfectè obſeruabitur, vel quod exactius obſeruabuntur ij, qui ex conſuetudine, quam qui ex naturali Eccleſiæ pręcepto ſunt indicti.

Quando conſuetudo per Epiſcopi abrogat. ceſſet.

Notatur tertiò, quod ſi non obſtante Epiſcopi abrogatione, populus adhuc perſeueret in feſtorum obſeruantia, conſuetudo præcedens remanet in ſuo robore, ſecus ſi deſiſtat, tunc enim, vt interrupta amittit vires ſuas, nedum per Epiſcopi ſtatutum; ſed & per populi receptionem, & vt denuo inualeſcat, requiruntur conſueta temporum curricula.

Sum. Pont. & Gen. Cõc. poſſunt in tota Eccl. nouas feſtiuitates inſtituere, ac veteres abrogare.

Dicendum ſecundò, Summus Pontifex, & Concilium generale cum ſint ſupra totam Eccleſiam, poſſunt nouos feſtos in tota Eccleſia inſtituere, & ex veteribus abrogare, neque ad hoc requiritur populi conſenſus, cum pręſumantur, non niſi ex graui, & matura deliberatione proceſſiſſe.

e Fed. con ſil. 17.

Quid poſſint Epiſcopi circa feſtorum inſtitutione. Cautio ad Epiſcopos. Relig. eſt etiã exempti obligantur ad feſta ab Epiſcop. indicta.

e Dicendum tertio, Epiſcopus non poteſt inſtituere nouas feſtiuitates, niſi in propria Dioeceſi, idq. ex cauſa vrgentiſſima et ex cleri, populique conſenſu. Ratio primi eſt, quia eius iuriſdictio vlterius non extenditur, ratio ſecundi eſt, quia Epiſcopus non ſemper cum tanta deliberatione procedit, & feſtorum multitudo pauperibus præiudicat, quare aut vice feſtorum, quæ nouiter inſtituit, alia abrogabit, aut eorum obſeruantiam non niſi pro vna vice pręcipiet, eius verò pręceptum populo refragante non obligabit, ſi vero acceptetur, *f* obligat & Religioſos etiam exemptos.

f Trid. ſeſ. 25. de reg. c. 12.

Dicendum quartò, Epiſcopi vt inſtituere, ſic & abrogare poſſunt feſta nedum de conſuetudine, ſed etiam de præcepto, & diſpenſare nedum cum aliquo particulari, ſed & cum toto populo

ex cau-

ex cauſa rationabili,etiam ſi ſint feſta vniuerſalis Eccleſiæ.

a Dicendum quinto. Laica poteſtas non poteſt feſtos dies inſti tuere. Ratio quia actus Religionis ſpectat ad Eccleſiaſticam pote ſtatem,vnde ſi Rex iubeat abſtinere ab operibus ſeruilibus certo die,vtique nemo in eodem tenebitur audire miſſam,ideoque nec valebit Principis diſpenſatio circa feſtorum obſeruantiam, licet ſubditus,qui ob pænæ timorem laboraret, excuſaretur,cum ius humanum, cuiuſmodi eſt determinatio temporis in feſto ſeruan do non obliget cum graui damno,& eodē,& modo excuſarentur ſerui neceſſarij,non autem voluntarij. Ratio,quia hi poſſunt alios Dominos inquirere, à quibus eis non præcipiatur feſtorum violatio.

a Sylue. v. Domin. in princ. n. 2.

Tenentur poſteri ad feſta, ad quæ eorum maiores voto, vel iuramento ſe obligarunt

Dubitatur vltimo,an teneamur ad feſta maiorum, quæ illi voto,aut iuramento receperint.

b Reſpondeo affirmatiuè ex vi contractus & promiſſionis, quæ in vniuerſalem ſucceſſorem pertranſit; præſertim cum poſteri vnus, idemque populus cenſeantur cum ſuis maioribus.

b Barthol. Med. ca. 2. q. 90. ar. 3.

DE

DE IV. DECALOGI PRÆCEPTO,

Honora Patrem, & Matrem.

Quid hoc mandato præcipiatur, & quinam Parentis nomine intelligantur. Caput IV.

a Ariſt. 8. Ethic. c. 1. & 2. de Pl. de leg.

Ratio continuationis

HActenus de præceptis, quæ Dei dilectionem concernunt, nunc quæ Proximi, *a* in quo primum locum parentes obtinẽt, vt pote particulare noſtri principiũ, vt Deus vniuerſale. Eos igitur ſpeciali virtute, pietate ſcilicet, quæ & ipſa ad iuſtitiam ſuo modo refertur, tenemur colere.

b S. Aug. l. 83. q. 31. ex ci. libr. de inuen. vides Th. 2. 2. q. 121. a. 1. 2. 3. & 4.

c 2. 2. q. 2. a. 2.

d ad Rom. 2. & Phil. 2.

Quid pietas

b Pietatem vero definio eſſe, per quam ſanguine iunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.

Pietas honoris nomine inſinuata.

Hic igitur pietatis cultus honoris nomine per hoc præceptum inſinuatur, *c* Honor autem eſt reuerentiæ proteſtatio interno, externoue actu, ob alterius præeminentiam, quæ duplex eſt, increata altera, Deo conueniens, de qua in primo præcepto, altera creata, de qua in preſenti. Rurſum honor debetur Parentibus iure naturæ, alijs vero ex charitate, [illegible] referuntur verba Apoſtoli dum *d* monebat, honore inuicem nos præuenire.

Honor debetur ex iure naturæ, vel ex charitate.

e 1. Corin. 4. Eccl. 44.

Rurſus cum creata præeminentia, illius increatę participatio quædam ſit, ex eiuſdem præcipuis attributis, quæ tria ſunt potentia. ſapiẽtia & bonitas, colligi poterit, & quidem potẽtia participatur à parẽtibus tum naturalibus, tum ſpiritualibus, cum ipſi vt Dei optimi inſtrumenta nobis dederint eſſe naturale, & *e* ſpiritua le, ac proinde ut Deo rerum omnium primario effectori, ita & eiuſmodi progenitoribus ſuo modo cultum exhibere tenemur, ſimilique ratione honor debetur Principibus, quorum Potentia noſtrum benè eſſe temporale ſeruatur.

Attenditur ſecundo creata præeminentia penès diuinæ ſapien

tiæ

Digitized by Google

Quomodo, & quibus in rebus Parentes carnales honorandi ſint. Cap. V.

DEbitus honor parentibus in quatuor præcipuè conſiſtit reuerentia, amore, obedientia, & ſuſtentatione.

Reuerentia cōſiſtit, tum in actu interno, per reccognitionem ſuperioritatis, in eis, & exhibitionem reuerentialis timoris, tum externo nempè, iuxtà Eccleſiaſtico *a* in opere, ſermone, & omni patientia.

Reuerentia parētib. debetur actu i ternu, et externu.

a Vide S. uer. ep d hon. paré.

Hinc ſequitur primo, peccare mortaliter qui parentes percuſſerit etiam ſi leuiter, ſemper enim materia eſt grauis, etiam, ſi ſolum manum ad percutiēdum leuauerit, hinc inferes quanta ſit *b* parricidij immanitas.

Parētū percuſsio ēt leuis, & auēt tata p.m.

b de cuius ſupplicio l. pen. ff. d partic. & l. 1. C. eo.

c Secundo peccare etiam mortaliter, qui parentes uerbis contumelioſis animo deliberato, aut opprobrijs, uel conuitijs afficit aut ad iracundiam notabilem prouocat, etiam ira non ſequuta, etiam ſi non adſit plena deliberatio, & aduertentia, quæ forte in alijs præceptis excuſaret à mortali. Ratio, quia pręceptum de honorandis parentibus tam euidens eſt naturæ lumine, ut ſtatim nobis eius memoria debeat decurrere, & procedit concluſio etiā ſi quis defunctis parentibus maledixerit.

Peccatur ēt m tot in iuriando, pro uerādo ad iram, &c.

c Leui. 20. Proue. 19. 20. & 30. Nau. c. 14. nu. 12.

d Tol. li. 5. ſum. ca. 1.

d Tertio peccat mortaliter qui ita parentes contemnit ut nolit pro eorum filio haberi, & dignoſci, ſecus ſi abſit contemptus, idque faciat ad eui tandum graue damnum, vel in honore, vel in bonis, vel in vita, & multo magis ſi fiat parentibus conſentientibus, iiſdemque paratus ſit in neceſſitatibus ſubuenire, & omne auxilium poſſibile ferre.

Parētū diſſimulatio, quādo p. m.

e Siyl v. filius. q 24.

e Quarto, Qui vel patrem alicuius criminis etiam veri accuſat, vel contra ipſum teſtificatur, quamuis poſſit eum coram Iudice conuenire, ſi iniuſtè denegetur.

Accuſatio aut parētū teſtis p.m. Quando id liceat.

Hoc verò fallit in crimine vtriuſque læſæ maieſtatis, humanæ & diuinæ *f* in quibus etiam caſibus licet poſſit accuſare parentes, & teſtificari, *g* non tamen tenetur niſi vel cum hæreſis ab eo diſſeminatur, & vergit in aliorum pernitiem, vel cum perduellio non eſt executioni demandata. Hororum omnium ratio eſt, quia & honor Patris cæleſtis præferri debet honori patris carnalis, & publica vtilitas priuatæ anteferri debet.

f Dec. in c. 1. de off. d leg.

g Alex p. 3 q 33 nu. 4 ar. 4.

Secundo principaliter parentibus debetur amor ſi enim pro-

ximum amare tenemur, multo magis parentes, cum quibus vna, eademque perſona cenſemur, proinde vt nũquam liceat eos odio habere, ita tenemur eiſdem ſigna oſtendere beneuolentiæ, hinc *a* peccat mortaliter, qui parentibus aliquod malum animæ, aut corporis deſiderat, & multo magis ſi mortem, vnde ſicut qui patrem ſuum occidit, tenetur hanc circunſtantiam fateri, ita & qui eos odit.

a Lopez. 1 p. inſ. cõſ. c. 54.

Tertio *b* debetur obedientia, præſertim in rebus grauioribus, in quibus præſertim filij parentibus ſubſunt, hinc.

b Eph. 6.

Debetur obedientia parentibus in ijs, quæ ad domus gubernationem & morũ inſtitutionem. In quib. non tenemur obedire parentibus.

c Peccant mortaliter filij. Primo non obediendo, in ijs, quę ad bonam rei familiaris adminiſtrationem ſpectant. Ratio, quia in huiuſmodi ſubſunt parẽtum imperio, & hoc procedit ſi in re graui, & ex obſtinatione, vel contemptu, non autem ſi ex incogitantia, aut ſenſualitate.

c Tabiena v. filius, n. 16.

Secundo peccant mortaliter non obediendo in ijs, quæ ad bonos mores, & animę ſalutem ſpectant.

E cõtra non tenentur filijs obedire parentibus; Primo in rebus malis, aut iniuſtis, huc enim ſunt referenda verba Domini dicentis. *d* Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus.

d Luc. 14.

Secundo non tenetur obedire in electione ſtatus perfectioris, verbi gratia, Clericatus, aut Regilionis, *e* vnde Diuus Hieronymus percalcatum perge patrem, &c. & *f* Dominus vbi ſupra, qui non odit patrem ſuum, &c.

e Epiſt. ad Heliod. *f* Luc. 14.

Quando in materia matrimonij filij non teneantur obedire parentib. Quando teneantur obedire.

g Tertio, Nec in materia matrimonij, *h* præſertim ſi à parentibus aſperè tractarentur, ijſque tempus nuptijs deſtinatum maligně, aut certè ſatis negligenter ſinant elabi.

g S. Thad. dit. ad 3 p. q. 47 ar. 6.

Item ſi cogantur nubere cum deformibus, vitioſis, infirmis mutilatis, &c. quod præcipuè locum habet in fœminis ob earum imbecillitatem, & verecundiam.

h Sot. 4. d. 28. a. 1.

Peccant verò mortaliter contrahendo contra parentum voluntatem.

i Primo ſi inde graue dedecus familiæ inureretur.

i Lud. Be. reſpõ. caſ. conſc. 1. p. caſu. 18.

Secundo, ſi aliter domus ære alieno, & inimicitijs, quibus opprimitur, liberari poſſet. Decet enim vt ſicut parente hęc omnia filijs prouidere, ita vice verſa, & filij parentibus, eadem procurare teneantur.

Quo circa parentũ ſuſtentationẽ delinquant filii.

Quarto principaliter circa ſuſtentationem, incubit filiis tàm ſpirituali, quàm corporali parentum neceſſitati, quantum licuerit ſubuenire, ideoque peccant.

l Primo, ſi in mortis periculo conſtitutis non procurent Sacramenta miniſtrari.

l Nau. ca. 14. nu. 16

Secundo, ſi eos à condendis teſtamentis, vel rerum alienarum reſtitutione impediant.

Tertio ſi nolint bona ab eiſdem malè acquiſita, domino ſuo reſtituere.

Quarto, ſi ex negligentia, vel auaritia legata adimplere diſtulerint.

Digitized by Google

Quinto, ſi dum infirmantur eos non viſitent, aut decentur curari non ſatagant, aut cum moriuntur, honorificè ſepeliri non procurent.

Sexto, ſi etiam dum ſani ſunt, eorum egeſtati opem non ferant aut ſinant lucrari victum, arte illorum ſtatui indecora.

Quæres vbi contingat aliquem habere, & patrem, & filium in neceſſitate conſtitutos, cui prius ſubuenit, ſi nequeat vtrique ſimul.

a Mag. 3. d. 29.

Quando patre prius, quę filio ſit ſubueniendum.

a Reſpondeo, ſi neceſſitas ſit extrema, prius patri ſubueniendum. Ratio, quia quoad ea, quę pertinent ad ipſum eſſe abſolutum, quibus ſcilicet quis indiget in extrema neceſſitate ſumma coniunctio eſt filij erga patrem, cum ab eò acceperit eſſe, vnde, *b* & Philoſophus aiebat, Filium hȏneſtũ ſubuenire parenti, quã ſibi ipſi, ſecus extra caſum neceſſitatis, tunc enim filius, vt potè quaſi pars quædam patris coniunctior cenſetur.

b 9. Eth. c. 2.

c Rodriq. 1. p. ca. 14. conc. 9. Valen. to. 3. diſpu. 3. q. 4. punc. to. 5.

c Si quis autem aliter in his caſibus ageret, non peccaret mortaliter, cum inter has ſupra naratas duas obligationes non ſit talis & tanta differentia, quæ ad id ſufficiat.

Cęteris paribus prius patri, quã matris ſubueniendum eſt.

Demum *d* cum pater excellentiorem principij rationem habeat reſpectu noſtri, quam mater, ideo cæteris paribus, etiam ei prius, & ante omnibus alijs ſubueniendum.

a S. Ant. p. 3. tit. 16. c. 2.

b Grill. in c. 9. lucæ.

c S. Th. 2. 2. q. 101. a. 4. ad 1.

d in 4. d. 38 q. 13. ad 6.

Tertia cōd. vt illico, & non in religione ſubuenîri poſſit.

a Tertia conditio, vt filij remanendo in ſeculo, poſsint illico parentum neceſsitati ſubuenire, idque non poſsint in religione, cum tamen oppoſitum plerumque contingat.

4 Nè ab aliis

Quarta, ne adſint alij, qui hoc idem poſsint, & velint, qua ratione b Chriſtus prohibuit iuueni ad patrem redire, cum adhuc alij ſupereſsent, à quibus ſuſtentaretur.

5 Ne remanēti in ſeculo, periculū ſalutis immineat.

c Quinta. Ne filio remanenti in ſeculo, probabile periculum ſalutis immineat, quod religionem ingrediendo, tuto euadat. Ratio, quia ex charitate ordinata, tenetur quis magis propriæ ſaluti ſpirituali conſulere, quam corporali parentum.

Refellitur Io. Maior.

Contrarium huius conditionis docuit d Ioann. Maior, volens.

Primo, non eſſe poſsibilem caſum, quo quis abſtinere nequeat à mortali niſi Religionem ingrediendo, ſed in hoc apertiſsimè ex omnium conſenſu, & experimento decipitur.

Dicit ſecundò ad ſalutem ſatis eſſe Chriſtianam Religionem. At certè quis non videt frequenter ex circumſtantijs loci, temporis, perſonarum, &c. eſſe alicui mortaliter impoſsibile, aut ſaltem difficillimum, viuere in ſeculo ſine pecca. morta. quod ei in Religione euadet prorſus facillimum?

Addit tertio, quod ſi aliquando mortaliter peccet, nihil referre, cum in promptu habeat pęnitentię ſacramentum.

Sed hoc ne dum non eſt theologicum, ſed ne vix Chriſtianum, ſemper enim grauiſsimè delinquitur, uel peccando mortaliter, uel ſe exponendo periculo mortaliter peccandi etiam cauſa ſpei veniæ per pęnitentiæ ſacramentum. Deinde quis certò ſibi pollicebitur pœnitentię donum, & multo minus, vt perfectè pęniteat: & denique ſi peccandum ſit, minus malum erit peccare potius propter inordinatum Dei amorem, relinquēdo parentes, quàm propter inordinatum parentum amorem, relinquere Deū & Religionem.

Secūda cōd. Parentum ſcandalum vix aliquādo retardabit ab ingreſſu religionis.

Dicit quarto, conceſſio caſu D. Th. licere ingredi religionem. Sed iam vidimus debere concedi.

Dicendum ſecundo. Scandalum parentum non obligat filios, vt abſtineant ab ingreſsu religionis, ſed aliquando, tantum ad illum differendum.

Scādalum, vel ex malitia, vel ex imbecillitate.

Cum autem huiuſmodi ſcandalum, non poſſit eſſe niſi paſsiuū, id eſt, acceptum, non datum, bona quippè opera ſuapte natura, ædificationem, non ſcandalum afferre poſſunt, ideo.

Notandum primo. Scandalum paſsiuum oriri poſſe, vel ex malitia, ſicut contingebat Iudæis circa opera Chriſti, vel ex infirmitate, & ignorantia, ut contingit puſillis.

e Leg. S. Th. 4. d. 38 q. 2. a. 4. q. 1a. 2. &c.

Opera vel ſunt de neceſſitate ſalutis, vel tantum utilia.

e Notandum ſecundo. Opera, quæ ſunt alijs occaſio ſcandali paſsiui, vel eſſe nobis neceſſaria ad ſalutem, vel vtilia, & aliquando etiam per accidens neceſſaria, ut executio eius quod voto, vel iuramento promiſsum eſt. His præaſumptis ſit.

Opera ad ſalutē ſimpliciter neceſſaria propter nullū ſcandalum, differenda vel omittenda.

Prima concluſio. Bonum de neceſſitate ſalutis, propter nullum ſcandalum eſt omittendum, vel differendum. Ratio, quia ex charitate ordinata tenemur magis diligere nos, ipſos, quam alios, cuius oppoſitum contingeret peccando nos mortaliter, omiſſione operis neceſſarij, ne proximus ex eo ſcandalizetur.

Opera conſilij nō omittēda ob ſcādalū paſſiuū ex malitia ſum. Secus ſi ſcādalū ſit ex imbecillitate. pōt enim differi.

Secunda concluſio. Non ſunt omittenda opera ſupererogationis, & conſilij, propter ſcandalum paſſiuum ex malitia prouenienſ, probatur exemplo Chriſti dicentis, *a* ſinite eos, cæci ſunt &cæt. *a Matth. 15*

Tertia concluſio. Differenda ſunt hæc eadem opera propter ſcandalum ex ignorantiæ radice prouenienſ, quouſque proximus inſtruatur; quod ſi deinde adhuc in ſuo ſcandalo perſeueret, non tenemur amplius differre. Ratio, qui iam ſcandalum incipit eſſe ex malitia.

Modo ne periculū ſalutis immineat.

Quarta concluſio. Imminente propriæ ſalutis periculo, debemus ſtatim adimplere opera conſilij. Ratio, quia tunc incipiunt eſſe ſub præcepto; quod ampliatur etiam ſi non periculum, ſed tantum difficultatem, circa illud idem opus ex dilatione ſibi timeat imminere, & hæc quidem procedunt in communi reſpectu cuiuſcunque operis boni, ſpecialiter autem circa religionis ingreſſum.

Durandus.

b Durandus docet huiuſmodi parentum ſcandalum ferè ſemper eſſe paſſiuum ex malitia, ac proinde contemnendum, iuxta ea quæ S. Hieron. ad Heliod. ſcripſit, per calcatum perge patrem, &cæt. *b 4. d. 38. q. 2. ar. d.*

Ioannes Maior.

c Ioannes Maior addit non eſſe credendum parentum comminationibus, quin ſæpiùs contingere, vt præſens illorum triſtitia, breui in gaudium conuertatur. *c Ibid. q. 25.*

S. Ant.

d S. Ant. ait non debere filios impediri à religionis ingreſſu, etiam ſi parentes vſque ad mortem corporis, vel animæ ſcandalizentur, differendum tamen eſſe, ſi ex huiuſmodi dilatione, ſcandalum veriſimiliter auferendum ſperetur. *d p. 2. ti. 7. c. 4. §. 5.*

Caſus ī quibus religionis ingreſſ⁹ eſt, aut omittendus, aut differendus.

Dicendum tertio, in pleriſque caſibus bonum eſt, aut omnino abſtinere, aut aliquandiu differre ingreſſum Religionis.

Primo, cum parentum neceſſitas eſt ſaltem valdè grauis.

Secundo, cum ſororum pudicitia periclitari poſſit.

Tertio, cum domus ære alieno vrgetur.

Quid conſiderādum a Prælatis in ſuſceptione filiorum familias.

Quarto, cum valdè notabilis familiæ deterioratio ſequeretur, quæ omnia matura prudentiæ lance penſanda ſunt, & præſertim an ex permanentia in ſeculo euidens animæ periculum immineat.

Incumbit etiam prelatis cogitare.

Primo ſæpius filios familias in huiuſmodi caſibus admiſſos, de feruente progreſſu temporis deuotione, ſub parentum pretextu perturbaturos religionem.

Se-

Secūdo inſpiciāt bonum commune, & an ex talium receptione murmuri in populo contra Monaſterium oriri poſſit.

Tertio conſiderent ingredientium feruorem, & qualis ſit in talibus circumſtantijs eorum vocatio.

quæſt. 4. Probabile è profeſſis teneri ad parentum ſubuentionem per ingreſſū religionis.

Dicendum quarto. Probabile eſt filios familias, iam profeſſos poſſe egredi à Religione, ad ſubleuandam extremam parentum neceſſitatem.

Dixi probabile, ob contrariam *a* Diu. Thom. *b* aliorumque ſententiam, qui docent, quod ſicut deportati, quia ciuiliter cenſentur mortui, non tenetur ob hunc eundem finem redire ad patriam, ita nec religioſi profeſſi, qui iam mundo mortui ſunt, & Chriſto conſepulti.

a 2.2.q.101 a.[4]. ad 4. *b* Alē. Tab. phil. &c. apud Sayrū nu. 13.

c Nonnulli verò hoc ita diſtinguunt, vt egrediendi obligatio ſequatur, cum neceſſitas, quæ parentes diuexat, aderat etiam antequàm profiterentur. Ratio, quia tunc profeſſio culpabiliter facta eſt, & non de obligat à debito ſubueniendi parentibus extrema neceſsitate laborantibus, ſecus ſi poſt emiſſam profeſsionem ſuperuenerit Ratio, quia iam legitimè voto obſtringitur, & vinculum longè arctius eſt, quo Deo, quàm quo hominibus tenemur obnoxij, cum illud ſit primæ, hoc vero ſecundæ tabulæ.

c Ange. v. religioſus. §. 31.

Confirmatur primo, ex regula iuris præſcribente, *d* non eſſe ad humanos vſus amplius transferendum, quod ſemel Deo iuſtè dicatum eſt, quod intellige quandiu id cōtra Dei, & miniſtrorū eius voluntatem contingat.

d in c. ſemel de reg. in 6.

Confirmatur ſecundo, *e* quia cum legitimè profeſſus amittat proprium velle, conſequenter redditur impotens ad ſubueniendum parentum neceſsitati.

e c. ſtatuimus 19. q. vl. & c. nō dicatis. q. 12.

f Alij è contra, nulla adhibita diſtinctione volunt ſemper obligari, dum parentes in extrema neceſsitate conſtituti ſunt.

f Io. Maior 4. d. 38. q. 16. Henr. &c.

Argumenta obligationis ſuper filios ad egreſſū pro parentū ſubuentione. Ad primū.

Cęterum ne huic ſententiæ mordicus, quàm par eſt ſubſcribatur, afferemus eius fundamenta, ſimulque ſatisfaciemus. Probant, ergo.

Primo, *g* Authoritate Chriſti increpantis Phariſæos eo quod docerent filios offerre Deo, quæ parentum neceſsitati debebantur.

g Matt. 15.

h Reſpondeo primo. Ibi Chriſtum argumentari ad hominem.

h Lir. ibid.

Secundo tantum damnare Phariſæos in eo, quod quæ neceſſaria erant parentibus, illi detrahebant, vt Deo offerrent, non autem in eo, quod ſemel Deo oblata non repetebant, vt parentibus extremè egentibus ſubuenirent, ex quo id tantum poſſet deduci, quod dum parentes ſunt in extrema neceſsitate, non liceat filijs ingredi Religionem, non autem quod ſemel Deo conſecrati, teneantur diuino ſeruitio ſe ſubtrahere, vt parentibus ſubueniant.

i Abulen. loc. cit.

i Tertio reſpondetur, præceptum de honorandis parentibus

eſſe affirmatiuum, ac proinde non obligare niſi pro loco, tempore, ac ſtatu perſonarum; vnde ſicut vxoratus, vel clericus, vel ad inſulam deportatus cenſetur ſufficienter parentibus ſubuenire, ſi eis, quæ poterint ſubminiſtrent, vſque eo, quod proprium relinquant ſtatum, ſic & Religioſus, &c.

Probant ſecundo, tenetur religioſus, etiam inuito prelato, ſubuenire proximo, ſi ſtans in oſtio monaſterij poſsit illum exiſtentem in via ab imminenti mortis periculo liberare, ergo multo magis parentes, &c.

Ad ſecũdũ Reſpondeo negando conſequentiam, & ratio diſparitatis eſt, quia in huiuſmodi liberatione non intercedit mutatio ſtatus. *a* Caiet. 2. 2. q. 101. a. 4.

Ad tertiũ. Probant tertio, *a* vota non debent eſſe impeditiua operum iuſtitiæ, cuiuſmodi eſt parentum ſubuentio in extrema neceſsitate, in qua ſicut pro quolibet, licet furari, ita multo magis licebit pro parentibus, actualem obedientiam Prælato ſubtrahere.

Reſpondeo negando aſſumptum, iuſtitia enim ſupponit debitum, quod omninò ex profeſsione ſublatum eſt, cum per ipſam homo ſe in alterius tranſtulerit poteſtatem, unde ſicut qui bona ſua pauperibus erogauit non poteſt repetere etiam ſi in extremam incidat paupertatem, ſic religioſus, &c. quare ſubueniet parentibus alijs modis, verbi gratia eleemoſinam à deuotis amicis pro eis petendo, lucrando manibus, vel ingenio, &c. ſalua ſemper obedientia, & religioſi ſtatus integritate, & decore.

Quæ obſeruanda cũ religioſus ad parẽtes ſubleuandos egreditur. Quia tamen iam diximus hanc ſententiam, egrediendi pro parentum ſubuentione probabilem eſſe, ideo vt hoc licitè fiat, curandum.

1 *Petat licentiam.* Primo, vt petatur licentia à Prelato. Ratio eſt multiplex, & quia religioſus non eſt ſui iuris, & quia aliquando neceſsitas tanta non eſt, quanta fingitur, & quia adhuc in ſua religione poſſet parentibus opem ferre, & quia redeundo ad ſeculum propriæ ſalutis periculo ſe exponeret, & quia ordini ſuo, Chriſtianæque Reipublicæ adeò eſſet vtilis, vt poſt habenda videretur in tali caſu parentum ſubuentio.

2 *Aliquãdo, lic. non obtenta.* *b* Secundo, ſi prudentum iudicio liquido conſtet, parentes extrema neceſsitate vrgeri, nullumque prætaxatis impedimentis obſtiterit, licebit Religioſo, petita, quamuis non obtenta licentia, egredi. Ratio eſt, quia vinculum obedientiæ cedit obligationi naturalis, diuinique præcepti, & iniuſto ſuperioris mandato non eſt parendum. *b* Lop. p. inſtr. confeſſ. c. 54.

3 *Modo ne in religione poſsit etiã ſubuenire.* Neque huic dicto reluctatur D. Th. vbi enim ait ingrediendum ſalua obedientia, intelligi debet reſpectu ſtatutorum ſui ordinis, ad quæ pro viribus, etiam in ſeculo obligatur.

Tertio, modo non poſsit in religione perſiſtens, vijs decentibus ſubuenire.

4 *Vt parentũ neceſsitas verè extrema ſit.* Quarto, vt parentum neceſsitas verè extrema ſit, nam quamuis eorundem grauis neceſsitas, ſufficiens cauſa ſit pro impetranda

C

da à ſede Apoſtolica, egrediendi facultate, legitimèque impediat a Religionis ingreſſus, egreſſus tamen poſt emiſſa vota nunquam erit licitus niſi in extrema parentum, neceſſitate.

a Nau. cõſil. 11. ſen. 14. & cõſ. 54. & 55.

Quinto, vt qui egreditur habitum geſtet, quod ſi hoc parentum ſubuentionem impediret, *a* petenda erit licentia à ſummo Pontifice. 5 *Et egreſſus habitum geſtet.*

b Val. to. 3 diſp. 7. q. 4 pũcto. 2.

b Sexto, vt qui egreditur, nec remoretur ſubuentionem, nec ea aſsecuta, in ſeculo permaneat, ſed quàm primum moraliter fieri poteſt ad ſuum ordinem regreditur. 6 *Nõ moras protrahat.*

Septimo, vt requiſitus a ſuo Prælato, ſit paratus redire, præſertim, cum is ſe offert eius parentibus ſubuenire, Parentum autem nomine, non niſi Pater, & Mater intelliguntur. 7 *Vt requiſitus a prælato, ſubuentione eius vice promittente redeat.*

Dicendum ſexto, qui ſentit ſe a Deo vocari, non debet abſtinere ab ingreſſu religionis ſpe cuiuſcunque prelaturę, & qui aliter conſulunt, vix excuſantur a mortali. Nec ſatis eſt fieri prætextu iuuandæ Eccleſię Dei, tum quia Eccleſiæ aliquando poteſt eſſe vtilior bonus Religioſus, quam bonus prelatus tũ etiam quia poſtquam quis fuerit bonus Religioſus, aptior erit ad prælaturã, quam ante. *6. concluſ. Ingreſſus religionis ſpe prælaturæ nõ omittendus. Quæ ſint diuinæ vocationis ſigna præcipua.*

c Ale. p. 3. q. 33. m. 4. ar. 2.

c Diuinæ verò vocationis ſigna, præcæteris tria ſunt. Iucunditas mentis ex perfectione religionis conſiderata, propoſitum cauendi occaſiones paccati, & deſiderium proficiendi in melius.

De peccatis parentum, & filiorum, viri & uxoris, ſuperiorum, & inferiorum contra hoc præceptum. Caput VII.

Vt peccẽt parentes in ordine ad filios.

PEccant *a* primo parentes ſi filijs circa ſpiritualia non prouideant, nempè vt bonis artibus inſtruantur fidem catholicam addiſcant, prauorum euitent conſortia, Eccleſiæ, quantum in ipſis eſt, præcepta cuſtodiant, Denique timorem ſemper præ oculis habeant. *a Tol. lib. 5. c. 2.*

b Secundo, ſi abſque cauſa rationabili eos à progreſſu in bono reuocent, irritando, verbi gratia, eorum uota, præſertim quæ ſemel rata eſſe voluerunt, impediẽdo ab ingreſſu religionis &c. *b Lop. p. 2. inſtr. conſc. c. 54.*

Tertio, ſi abſque cauſa, inuitos adigant ad nuptias.

Quarto, ſi extra caſus a iure permiſſos, dolis, minisuè filias cogant ad ingreſſum Monaſterij, vel habitus ſuſceptionem, vel profeſſionem emittendam, *c* in quo per Tridentinum incurritur etiã excommunicatio, ſicut e contra ibidem excommunicantur, qui ſine cauſa, virginum, aliarumuè mulierum voluntatem voti emittendi, quoquo modo impedierint. *c Seſſ. 25. de reg. ca. 12.*

Quinto, ſi patiantur filias, ob malum finem habere amatores, tactuſque impudicos cum earum deſignatis viris permiſerint, etiam ſi ſponſalia iam præceſſerint, *d* in oſculis tamen honeſtiſque complexibus poterunt conuiuere. *d S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 4.*

Sexto, ſi notabiliter negligant prouidere, quæ ſpectant ad corporalem filiorum indigentiam. Item ſi eos citrà neceſſitatem pauperum hoſphitalibus exponant, *e* in quo caſu tenetur etiam ad reſtitutionem, cum illa ad pauperes tantum alendos ſint inſtituta. *e l. necare ff. de libe. agnoſc.*

f Septimo, peccat mater venialiter ſi filium alteri nutriendum abſque neceſſitate committat. *f c. ad eius d. 5.*

Vt vir erga vxorem.

Maritus autem in ordine, ad uxorem peccat. Primo circa ſpiritualia, ſi abſque cauſa eam impediat a diuinorum præceptorũ impletione, *g* & etiam rerum ex deuotione aſsumptarum, præſertim vbi agnoſcat illas vxoris ſaluti multum expedire. *g Phil. de off. ſacer. p. 2. lib. 4. c. 19.*

Secundo, *h* ſi eam atrociter percutiat, alioquin ſi leuiter, & monitione præmiſsa, non peccat. *h Sot. 5. de iuſti. q. 2. ar. 1.*

Tertio, *i* ſi verbis afficiat infamatorijs, aut iniurias eiuſmodi irroget, vnde probabile periculum infamiæ immineat, etiam ſi ei animus infamandi defuerit. *i Rodr. p. 1. ſummæ c. 15. con. l. 1.*

Quar-

Digitized by Google

Quarto, ſi cum ea habitare recuſet, aut per lõgum tempus abſque cauſa legitima ſe abſentet, *a* quin ubi ſpes ad patriam redeũdi ſublata eſt, tenetur vxoré, ſi poteſt, ad ſe ex loco vbi relicta fuerat reuocare.

a Tolet. li. 5 c. 2.

Vt vxor erga maritum.

Quinto peccat vxor ſi notabiliter, & ex contemptu ſe inobedientem viro exhibuerit, in ijs, quæ ad bonos mores, domuſque, & familiæ gubernationem ſpectant, *b* hoc ſi enim reſpectu, eſt caput mulieris, ipſe uir.

b c. eſt ordo, c. hæc imago, c. ſatis, c. cũ caput ca. cum mulier 33. q. 5.

Sexto ſi ſciens, aut ſcire debens maritum prouocet ad iram, & blaſpemiam.

c Septimo, ſi maritum aliò migrantem ſequi nolit, modo nec oppoſitum pactum præceſſerit, quod adhuc vim nó habebit, ſi ſtata diſcendẽdi neceſſitas superuenerit, nec vir ſit uagabũdus, præſertim ſi tempore contractus matrimonij, hunc ille uagandi moré non habuerit, aut ſaltem habere neſcierit, alioquin ſi conſcia contraxit, tenebitur ſequi. Et hoc rurſus intelligendum vt nec eam cauſa legitima remoretur, nec ſine mortis periculo vagari poſſit.

c Io. Bened ſum. de pec. li. 2. c. 3. §. 1. nu. 36.

Vt peccent vterque cõ.

d Octauo, pecat vterque coniux, ſi abſque graui cauſa alter de alterius incontinentia ſuſpicetur, ſibique debitũ reddere negent

d Barto. Med. lib. 1 inſtr. cõf. c. 15. §. 14

Vt peccent Domini reſpectu ſeruorum.

Rurſus peccant domini in ordine ad ſeruos *e* Primo ſi notabiliter ſint negligentes circa eorum conſcientias.

e 1. Tim 5.

f Secundo, ſi non curent eos inſtrui in doctrina Chriſtiana præſertim ſi ſint neophiri

f Sot. rele. de reg. m. 2. q. 3.

Tertio, ſi eos prohibeat matrimonium contrahere, maxime ſi ſciant eos incontinentes.

g Quarto ſi notabiliter negligant corrigere manifeſta eorũ peccata, aut ſi incorrigibiles ſint, cos e domo non expellant, niſi forte iudicent deteriores euaſuros, aut imminere grauius ſcãdalũ,

g S. Ant p. 2. tit. 5. ca. 9. § 2

Quinto, ſi habeant ſeruum hereticum quem retinere nó licet, niſi adſit intentio, & ſpes, eum paulatim ad fidem Catholicam reducendi.

Vt ſerui erga Dominos.

Serui e contra peccant, ſi ſint dominis inobedientes, id quod generaliter intelligendum eſt de omnibus inferioribus reſpectu ſuorum ſuperiorum.

Que

Quę nam hominis Occiſio de iure naturali, & Diuino illicita ſit, & hoc quinto præcepto prohibita. Caput VIII.

Quę occiſio ſic prohibita.

ILla tantũ hominis *a* occiſio per hoc præceptũ prohibetur, quę rectæ rationi repugnat, ſeu, (ut aiebat Diu. Tho.) quæ habet rationem indebiti, pro quo. Notandum præcepta Decalogi cum non ſint iuris poſitiui, ſed naturalis, immo cum ſint concluſiones deductæ ex illis principijs naturalibus. *a* Franc. à Vict. relec. de homicid. num. 14.

Præcepta decalogi iuxta rectã rationis dictamẽ intelligenda.

Quod tibi non vis, &c. ſemper iuxtà rectæ rationis dictamen *b* debere intelligi, vt patet inductione facta per ſingula, pręſertim negatiua. Nam dicitur verbi gratia, nolite iurare omninò. at vbi recta ratiò exigit iuramentum, non uiolatur præceptum ſimiliter prohibetur furtum, at quia contrarium recta ratio perſuadet, vrgente extrema neceſſitate, & Dei iuſſione, *c* qualis contigit populo Iſdrael, ideo in his caſibus, furtum non committitur. Item prohibetur adulterium, *d* at Oſæa non repubitabitur eſse mæchatus, nam quàmuis ad fornicatiam vxorem acceſſit, ea tamen ſua effecta eſt ob mandatum Dei, qui inſtitutor eſt matrimonij. Iure igitur, & homicidium tunc tantum erit illicitum, cum in trinſecam deformitatem ad rectam rationem importabit. Ex dictis elicitur. *b* S. Th. 1. 2. q. 100. a. 8. ad 3.

Infertur Primo.

Primo. Nec priuatam aggreſſoris occiſionem in propriam tutelam, nec eam quam Magiſtratus exercet iuris ordine ſeruato cõtra malefactores, eſſe homicidia, cum vtraque recta ratio perſuadeat.

Secundo. Caſus, quibus in lege ueteri præcipiebantur occidi blaſphemos, & adulteros, &c. non eſse exceptiones huius præcepti, ſed quaſdam iuris naturalis interpretationes, eaſque dici poſſe legales, tantum ratione modi, quando verbi gratia lapidibus, cruci ſiue ſuſpendio, &c. executioni mandabantur.

3 Tertio. Non minus in lege Euãgelica, quam in Moſayca licere occidi malefactores, cum lex naturalis ſit immutabilis, idque omni tempore a recta ratione præſcribatur.

Contra ea quæ dicta ſunt, ſenſerunt.

e Primo Manichæi, conati præceptũ iſtud extendere etiam in fruteta, & Beſtias, ita ut nullum eorum liceat euellere, vel occidere. *e* Ex Aug. 1. Ciuit. c. 20.

Re-

a Pſ. 9 Ge 1, c. 9.

Refellũtur Manichæi.

Authoritate.

Ratione.

Refellũtur tum ex *a* Scriptura, per quam horum omnium dominium dignoſcitur homini fuiſſe conceſſum, quod ſane ut in plurimum fuiſſet fruſtratorium, niſi eiſdẽ euulſis, & mactatis, uti & veſci liceret, Tum naturali ratione, quæ ſuadet licere vti in finem ijs, quę ad finem ſunt ordinata; finem autem rerum ſublunarium eſſe hominem, ipſe Philoſophus, naturali e doctus lumine faſſus eſt.

Secundo, Contrarium docuit poſt Valdenſes, Galechus Boemus, ſcilicet non licere hominem, quamuis ſontem, etiam publica authoritate perimere.

Refelluntur Valdenſes, & alij.

Refelluntur primo ex ſcriptura mortem maleficis, coeuntibus cum Brutis ijſque qui Patri, vel Matri maledixerint præſcribẽte. Petrus etiam An. & Saphiram ob mendatium, & fraudem, morte mulctauit.

Secundo ratione, decuit enim pro plubica vtilitate capitalibus coerceri ſupplicijs, quos Dei timor, futuræque vitę tormenta, a ſcelerum patratione non deterrebant.

b 4. diſt. 15. q. 3. ver. de ſecundo, litera G.

Scoti ſententia.

Tertio, Contrarium docuit *a* Scot. volens nullum etiam malefactorem, ſiue priuata, ſiue publica authoritate occidendum, niſi in caſibus à Deo in lege veteri, quæ ius Diuinum continebat, expreſſis, ſupra quam ſolus ipſe Deus diſpenſare poteſt. Vnde infert.

Infert primo.

Primo, ſi Magiſtratus aliquem occidi iubeat, prouenire, quia Deus in lege veteri nonnulos malefactores exceperit.

2

Secundo, licitum eſſe in lege noua occidere blaſphemos, & homicidas, quia hoc in Euangelio minime reuocatum eſt, vt reuocata fuit capitalis adulterorum punitio, cum Dominus mulierem infragranti deprehenſam abſoluit.

3

Tertio, Iniquas eſſe leges illas, quibus furem, maximè diurnũ, quiquæ non eſt agreſſor, occidi mandatur. præſertim cum ei ab ipſo Deo, alia pæna inflicta fuerit, nempe reſtitutioni quatrupli, quare inquit, cum nulla adhuc viſa ſit bulla de cælo deſcendens quæ in hoc diſpenſet, non eſt cur homines id attentent; Quinimo (addit) etſi licuiſſet Iudæis furem diurnum occiderè, adhuc non licere Chriſtianis, in quorum lege antiquus ille rigor per miſericordiam emollitur. Additque *b* Auguſt. authoritatem dicentis

c 1. ciui. c. 21. & refertur ca. 23. q. 5. c. ſi non licet.

Reijcitur ſẽtẽtia Scoti

prçceptum de non occidendo debere intelligi generaliter de omni hominis occiſione, his exceptis, quos Deus occidi iubet Hæc tamen Scoti ſententia falſa eſt, & periculoſa, quam *c* plerique optimè impugnant; *d* Et quidem ſi licet in corpore naturali putridam abſcindi partem vt totum conſeruetur, cur idem non licebit in myſtico Reipublicę corpore?

Fundamentum autem quod Scot. aſſumit, falſum eſt, ut patet ex dictis, nam hoc præceptum non innititur iuri poſitiuo, ſed naturali, eiuſque eſt interpretatiuũ, & ideo in omni tempore, cum ita recta ratio poſtulat, licebit necari nocentes; Ex quibus conſequens eſt.

Infertur 1.

Primo, Juſtas eſſe humanas leges, quæ furem diurnum pro gra

Ff i ui fur-

Digitized by Google

ui ſurto iubent occi...; lex etiam Moſayca, in ea præſertim crimi-
na rigorem exercuit, quæ tunc inualeſcebant, eiuſmodi adhuc
non erat furtum.

Secundo. Præcepta occidendi aliquos malefactores in veteri
2 Teſtamento non fuiſſe legalia, & iuditialia ſolum, & quaſi huius
mandati exceptiones, ſed naturalia, alioquin in Chriſti morte
ceſſaſſent.

3 Tertio. Non eſſe reuocatam adulterorum pœnam, nec quod
ex Euangelio affertur probat oppoſitum, cum ibi Dominus, non
Iudicis perſonam induerit, ſed priuati Doctoris, conſulentis,
oportere vnumquemque à proprijs ſuis culpis, iuditium in-
choare.

Quarto. Nec Diuum Auguſtinum Scoto fauere, *a* nam cum *a* 1. ciui. c.
4 hanc Decalogi legem, iuſtiſſimę rationis imperium, eiuſdem- 21.
que practicum dictamen appellet Diuus Auguſtinus, vtique,
pręter eos, quos Deus Optimus Maximus necei adiudicat, &
alios necari poſſe concedet, quos necandos præſcripſerit recta
ratio.

Refelluntur & alii, qui propria authoritate nocentes occidi cōcedūt. Licita eſt homī s occiſio priuata authoritate, vbi fiat cum moderamine inculpata tutela.

Quinto. Contrarium docuerunt Alij, qui tantum innocentis
necem hoc pręcepto inhiberi contendunt; ſed perperam, cum
& nocentes non niſi publica authoritate, iuriſque ordine ſeruato, fas ſic occidi.

Demum ſexto. Contrarium docuerunt ij, qui tantum excludi volunt hominis occiſionem, quæ priuata authoritate patatur, At reuincuntur, cum verè liceat vbi illa fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ.

De Occiſione ſui ipſius.
Caput IX.

Dubitatur primo. An aliquando liceat ſe ipſum occidere.

Reſpondeo negatiuè, & dimiſſis *a* authoritatibus, probatur ratione.

a Côc Brachar. 34. S. Aug. 1. ciuit. c. 17 & refertur 23. q. 5 c. ſi non licet.

Non licet ſe ipſum occidere.

1 *Quia repugnat rectę rationi.*

Prima occiſio ſui ipſius repugnat rationi, ergò illicita. Conſequentia patet ex dictis capite ſuperiori. Antecedens probatur, tum quia repugnat naturali inclinationi, *b* qua omnibus inſitũ eſt, vt nocitura declinent, & neceſſaria ad vitam inquirant, tum quia occidens ſe ipſum facit iniuriam *c* nedum Reipublicæ, cuius eſt membrum, *d* ſed Deo, in cuius poteſtate hominum mors, & vita repoſita eſt.

b Cic. 1. offic. *c* 5. æthic. c. vlt. *d* Sap. 16. *e* S. Aug l. 1. ciu. c. 20

2 *Non licet cõtra ſe ipsũ falſum teſtimonium, ergo nec homicidium.*

e Secundo, ſi falſi teſtimonij reus eſt, qui de ſe ipſo falſum fatetur ergo multò magis, & homicidij, qui ſe ipſum ĩterimit reus erit. Conſequentia patet, quia in præcepto de non ferendo falſum teſtimonium, additum eſt, aduerſus proximum, cum tamen in hoc, quo homicidium prohibetur, ſimpliciter dicatur, Non occidas.

Circumcel. cõtrariũ aſſerẽtes ſunt heretici.

Contrarium docuerunt *f* Circumcelliones, genus hominum agreſte, & famoſiſſimæ audatiæ, volentes inſuper interemptorem ſui ipſius, eſſe martirem. *g* Sed hi iure meritò in hęreticorum numerum referuntur.

f Gab. Prateolus in Elen. hær. lib. 3. c. 19 *g* S Aug l. de her. ca. 69.

Pet. Nau. *Occidens ſe ipsũ peccat nedum contra charitatẽ, ſed ẽt cõtra iuſtitiã D Thom.*

Dubitatur ſecundo. An qui ſe ipſum occidit, peccet ſolum contra charitatem, vt concedit *h* Petrus Nauarrus.

Reſponden, peccare etiam contra iuſtitiam, vt aſſerit *i* Diuus Thomas ſumpto Iuſtitiæ nomine, prout eſt virtus quædam generalis, niſi fortè, dum qui ſe perimit eſt reipublicę neceſſarius, ita vt ab eo eius incolumitas dependet.

h 2. de reſti c. 3. nu. 34. *i* 2. 2. q. 64 a. 5. ad 1. *l* Alex p. 3 q. 39. m. 1. ar. 2. ad penult.

Non datur cã legitima ſe ipſum occidere ſe ipſum in deteſtationẽ patrati ſceleris.

Dubitatur tertio. An dari poſſit cauſa legitima ſemetipſum occidendi.

l Reſpondeo negatiuè; & probatur ex reiectione cauſarum, quę probabilitatem ad oppoſitum oſtendendum habere poſſent.

Prima eſt, Donatiſtarum ad deteſtationem patrati ſceleris. Sed contra, nam potius expedit viuere, & tempus pęnitentiæ reſeruare, tum quia hi nedum homicidij, ſed deſperationis crimen incurrunt; tum quia Iudas, qui ſe ſuſpendit, damnatus eſt, idemque fatendum de Achitophel, & de Saule, qui irruit ſuper gladium ſuum.

m vide Augu. 1. ciuit ca. 17. ad. 27.

Secun-

Digitized by Google

Cur ad euitandum periculum nõ liceat ſe interimere.

Secunda eſt ad euitandum peccatum. Sed contra, *a* tum quia non ſunt facienda mala, ut veniant bona, tum quia occiſio ſui ipſius certa eſt, cum tamen ſit incertum, an quis pecato ſit conſenſurus. Hanc prætenſam cauſam pluribus refutat Diuus *b* Aug.

a Rom. 3.
b 1. ciuit. cap. 25. & 27.

Nec pro vitãda ęrũmna, vel calamitate.

Tertia eſt ad euitandam ignorantiam, vel aliàs huius Mũdi ærumnas; ſe contra, *c* Nam vltimum terribilium mors eſt, vnde Salomon, *d* Non eſt, aiebat cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, ac proinde fatuum erit aſſumere maius malum pro minoris mali euitatione.

c 3. æthic. c 6.
d Ecc. 30. Iob. 2.

Aut alena violentia, & peccato.

Quarta eſt ad euitandam in ſe alienam violentiam, & peccatum. Sed contra; non enim debet quis in ſe commmittere crimen maximum, quale eſt ſui occiſio, vt euitet minus, & alienum, puta fornicationem, vbi enim non eſt conſenſus, ibi non peccatum, vt præclarè S. Lucia, plura in huius cauſæ refutationem apud *e* Au.

Nec pro citius aſſequẽda vita beata.

Quinta eſt ad aſſequendam citius vitam beatam, ſed, & hãc, vt falſiſſimam confutat idem *f* Diu. Au. nam reos ſuæ mortis, melior poſt mortem vita non ſuſcipit.

e 1. ciui. c. 18.
f cap. 20.

In contrarium tamen objciuntur varia Sanctorum exempla, qui cum ſe occiderint, aut vltrò morti ſe expoſuerint, à ſcriptura laudantur.

Reſpõdetur ad exemplũ Sampſonis.

Reſpondeo hoc dici. Primo, propter Sampſonem, ſed hic id præſtitit. *g* Primo ex diuina inſpiratione. *h* Secundo, Sampſon interfecit ſe concomitanter, & ſecundario, per ſe enim, & primario intendebat populi ſui liberationem, pro quo mortem oppetere licitum eſt.

g S. Aug. 1 ciui c. 26. Inn. Papa. c. gaudemus de diuertijs.
h Victoria in relect. de homic. ad vlt.

Quid de Eleazaro.

Idem dicendum de *i* Eleazaro, hic enim videns in turri lignea quam Elefas deferebat, exiſtere duces hoſtilis exercitus, ob bonũ populi ſui, gladio beſtiam confodit, cuius ruina & ipſe oppreſſus eſt, quod factum, tantum abeſt, vt ſit peccatum, *l* vt potius miris encomijs ſit efferendum.

i 1. Macha 9.
l S. Ambr. lib. de off. c. 40.

Razia peccauit ſe ipſum occidendo.

m Razia tamen, qui nè ſubditus fieret peccatoribus ſe interemit, *n* peccauit, cum id nec ob communem bonum, nec virtutis amore præſtiterit, ſed ob quendam potius animi languorẽ, & molitiem, laudatur autem non niſi, iuxta opinionem ipſiuſmet Raziæ, qui ea in re deceptus eſt.

m 2. Mach. ab cor. 14.
n S. Th. 2. 2. q 64.

Quid de ss. Martiribus

Demum quod de Sanctis Martyribus afferri ſolet, qui ſe vltro neos morti dederunt inijcientes in ignes, &c.

o Reſpõdetur, vel id feciſſe ex diuino inſtinctu, vel id contigiſſe cum iam à carnificibus deducti eſſent ad extremum, vt potius alacritati cuidam, quam proprio eorum conatui ſit adſcribendum.

o S. Aug. 1 ciui. c. 23.

Objicitur ſecundo, Ratio; Nam licet plerumque exponere ſe mortis periculo, ergo & mortem ipſam ſubire.

Soluitur et ratio in contrarium.

Reſpondeo negando conſequẽtiam, aliud enim eſt quibuſdam caſibus vitam non conſeruare, ad quod tenemur ſolum ex præcepto affirmatiuo, obligante non niſi pro certo tempore, certiſque circumſtãtijs, & aliud eſt ſe occidere, quod vitare tenemur ex pręcepto negatiuo, quod obligat pro omni tempore.

Dubi-

Licet mori pro amico. Cõtrariũ docet S. Bona.

Dubitatur quarto. An licitum ſit uolũtariè ſemeptiſum morti offerre.

a D. Th. 3. d. 26. q. 15. ar. 5. ad. 3. a Ar. 9. æth. c. 8. b ibid q. 3. c Durã. Paluda Petr. Nau. d lib. de menda. c. 7.

a Reſpondeo affirmatiuè, præſertim pro amico, modò hoc in aliorum præiudicium, vt Patriæ, filiorium, &c. non reſultet.

Contrarium docuerunt *a* Sanctus Bonauentura, & *b* alij. Fundamẽtum petitur ex ordine charitatis, qui dictat, ut ſibi quis potius, quàm proximo teneatur, quare uidetur peccare peccato prodigalitatis, quis uitam ſuam pro alterius uita exponat; & ut dicebat *c* S. Auguſt. hic iam non amplius proximũ ſicut ſe ipſum, ſed pluſquam ſeipſum diligir.

Adhuc moriens pro amico, uult maius bonũ ſibi, quam amico.

Reſpõdeo falſum eſſe, quod qui uitam quo amico exponit, maius bonum uelit amico quam ſibi, bonum enim honeſtum, quod acquiritur uitæ amiſſione, ne dum compenſat, ſed etiam longe exuperat vitam ipſam.

Sanctus Auguſtinus uerò tantum vult ibi, quod regulã doctrinę excedit, uitam ſuam pro alio ponere, cum hoc non ſit ſub præcepto, non tamen negat eſſe licitum.

Quinto dubitatur; An & quando licitum ſit, aut pręceptum ſe morti offerre pro ſalute & uita ſpirituali proximi noſtri.

e Sylu. ver. Martyriũ.

Indiſcretè ſe offerre martirio, eſt peccatum contra charitatem.

e Dicendum primo. Peccatum mortale eſſe contra propriam charitate, martirio ſe indiſcrete offerre, quod tunc contingit, cum ob uitę tędium, non autem ob fidei defenſionem, morti ſe offert, uel cum quis Eccleſiæ neceſſarius eſt, nec aliqua urget cauſa ſe offerendi; unde ob id plerique latuerunt, ut Athanaſius, Syluester, &c. & huc referenda ſunt diuina uerba Saluatoris noſtri, ſic dicentis. Cum uos perſequentur in una Ciuitate, fugite in aliam.

Vitã morti offerre tenemur in fidei virtutumq. defenſionem. Et etiam id ſpiritualis proximi neceſſitas exegit.

Dicendum ſecundo. Teneri nos vitãm offerre.

Primo, cum ex eius omiſſione Chriſtiana Religio, aut quæuis uirtus apud prauos deluderetur, &c. quo ſenſu Chriſtus dicebat *f* Qui me erubuerit, &c.

f Matt. 10. Mar. 3. Lucæ 9. & 12. g Aug. l. de mandato, c. 6. i Io. 3.

g Secundo, quando ſpiritualis proximi neceſſitas id expoſtulat, iuxta illud, *i* Et nos debemus animas pro fratribus ponere. Ratio, quia cum inuicem membra ſimus in Chriſto, debet unum expendere quod eſt incomparabiliter minus pro bono maiori alterius.

l Vide Euſeb. lib. 6. hiſt. Eccl. m Luc. 12. n Rom. 10

Refellũt Helcheſcita hæreſes.

Contra primam partem huius ſecundæ concluſionis *l* Hæretici Helcheſcitæ docuerunt ſatis eſſe tempore perſecutionis corde credere, etiam'ſi exterius Chriſtum negemus.

Sed reuincuntur ex Scriptura dicente. *m* Qui me erubuerit coram hominibus, &c. & iterum, *n* Corde creditur ad iuſtitiã, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

o Conc. 2. p Salon. 2. 2. q 64. ar. 5, cont. ou. 3..q 5.

Caſus, in quibus præmitti debet ſui ipſius occiſio.

Dubitatur ſextò, An permittere ſe occidi, peccatum ſit.

Reſpondeo contra, peccatum, eſſe mortale, cũ nemo ſit dominus ſuæ vitæ, ac proindè eam, in quantum poſſumus, tenemur conſeruare; Caſus autem in quibus licet oppetitum, ſunt hi.

Primus. In fidei, virtutumque defenſionem, o vt ſupra.

p Secundus. No alter moriatur in peccato, vel bi gratia, ſi quis

inuaſus ſit à latrone, nec aliter ſe poſſit defendere, quam illum occidendo, poſſet permittere ſe occidi, modò non ſit Reipublicæ vel alijs neceſſarius. Ratio, quia tunc non pro corporali, ſed pro ſpirituali inuaſoris ſalute id agit, videlicet, ne ille in peccato mortali moriatur. quod eſt actus non prodigalitatis, ſed ſummę charitatis, in quo Chriſtum habemus pro exemplari.

Nota. Hic verò licet adnotare, quod quamuis nemo ſit verè dominus proprij corporis, aliquod tamen dominij habemus ratione vſus, qui aliquando laudabiliter poteſt dimitti, non quidem ſe occidendo, ſed ſe non conſeruando in caſibus permiſſis.

3 *a* Tertius, licet filio dum naufragatur, tabulam patri relinquere vel panem ſibi extremè neceſſarium ei dare, vitamque illius, ſua morte redimere, hoc enim non eſt cooperari ad proprium interitum, quod ſemper illicitum eſt, ſed ſolum negatiuè ſe habere, hoc eſt, non accipere id, quo vitam tueretur, quod ex fine poteſt eſſe bonum, idem dicendum reſpectu amici, ſed ex ordine charitatis, amico, pater eſt præferendus.

a Victoria relect. de homic. ad 5. nu. 36.

4 *b* Quartus, Iuſtè damnatus ad mortem, poteſt nedum non aufugere, etiam ſi fugiendi detur occaſio, ſed tenetur ad omnes diſpoſitiones ſubeundas, quæ ſupplicio præuiæ ſunt, vt ſi ſuſpendēdus, debet ſcalam aſcendere, non tamen ſe ab illa deicere; Et ſimiliter is, cui per inediam vita indicitur finienda, poteſt cibos nō ſumere, & ratio horum eſt, quia hæc præeliguntur ob finem præſtantiorem quàm ſit vita propria, nempè, ob iuſtitiam. *c* Vnde Diuus Thomas contrarium aſſerens, intelligendus eſt, vbi non adeſſet huiuſmodi præſtantior finis.

b Io. Maior. 4 d. 15 q. 22.

D. Thomæ ſenſus.

c 2.2. q. 69 ar. 4.

Eodem modo *d* qui ſciret cibum eſſe immolatitium, poſſet etiā in extrema neceſſitate ab eo abſtinere, cum fides Catholica vitæ præponderet.

d Gandau. quod l. 5. q 31.

e Quintus, cum honeſtas in diſcrimen vocatur, & quidem mulier poteſt eligere potius, vt quis eam interimat, quàm ſinere ſe violare; adhuc tamen ſatis eſſet in foro animæ, ſi immota manendo, negatiuè, ſe haberet, non enim inquinantur corpus, niſi de conſenſu mentis, ac proinde ſi nullum rimeat conſentiendi periculū pati poteſt ſe cognoſci, *f* neque ideo coram Deo caſtitatem amittet, in foro tamen exteriori adulterij, vel ſtupri rea præſumi poſſet, vir autem tenetur omnino mortem ab alio comminatam tolerare, quàm turpitudini conſentire, ex eo enim, quod in actu venereo actiuè concurrit, impoſſibile eſt, vt inuitus illum exerceat.

e Sot. 5. de iuſt. q. 1. a. 5.

Diſcrimen inter virū et mulierē

f S. Aug. 1 ciui. c. 19.

g Sextus. Amico ægrotanti impendi poteſt obſequium, etiam cum propriæ vitę diſcrimine, preſertim ſi fructus inde ſperetur. *h* Niſi dicas hoc ipſum, quod eſt charitatem, & finem erga amicum ſeruare maximum, & optimum eſſe fructum, vnde, & vxor egregiam promerebitur laudem, ſi marito peſte laborāti aſſideat hoc ipſo dumtaxat fine, vt morienti officium, & ſolamen impertiat. *i* At Parochus nedum poteſt, ſed omnino tenetur ſuis ſubditis contagio infectis ſacramenta miniſtrare, niſi fortè alius idoneus

g Naua. in Man.

h Vict. relect. de homic. ad. 9. nu. 31.

Peculiaris obligatio Parochi.

i S. Bon. 2. 2. q. 26. ar. 5.

idoneus ad hoc idemmet munus obeundum, ſpontaneè ſe ipſum offerat.

a Lop. 1. p. inſt. conſ. c. 65.

a Septimus, licet artem nauticam, & militarem exercere, etiam cum magno vitæ periculo. Ratio, quia vtraque expedit bono communi, quod priuato præferendum eſt.

Dubitatur ſeptimo, An damnatus ad ſumēdum à ſemetipſo venenum, vel ad venam ſibi præcidendam, e qua totus ſanguis diffluat, poſſit abſque homicidij reatu hoc idem exequi per ſe ipſum.

Non debet quis vltroneus venenum ſumeret, vel venā vnde ſanguis totus diffluat ſibi præcidere, & poſt iudices ſententiam.

Reſpondeo, negatiuè. Ratio, quia veneni potatio, & venæ ſciſſio, ſunt actiones immediatę, quibus efficienter, & proximè mors inducitur, quare illas exercere, eſt ſe ipſum occidere, quod illicitum eſt; ſecus autem eſt de alijs actionibus, quę licet ſint prauæ diſpoſitiones ad mortem, reſpectu tamen illius, remotius ſe habent, vt aptatio funis in collo eius, qui ſuſpendendus eſt, &c. Et hinc ſoluitur argumentum *b* Toleti, & aliorum, qui contrariū docuerunt *c* Sumentes autem venenum ad experiendam theriacam, non peccant, modò & author theriacę habeatur pro erudito in arte, & prius fuerit factum experimentum in Bruto animali, & qui ſumit venenum credat probabiliter nullum ſibi, ob auxilium præſentanei antidodi, vitæ diſcrimen imminere.

b lib. 5. c. 6 conc. 4. vide Sayrū, nu. 29.

c Nau. ma. c. 15. nu. 8.

Theracę experimenta cū quibus cautionibus facienda.

Idem dicendum de ijs, qui ambulant ſuper funes in loco excelſiori ſuſpenſas, habita enim ratione perſonę, quæ iam ſæpius, citra periculum, eundem ludum exercuit, dicendum eſt non peccare mortaliter.

Quid de ambulantib. ſuper funes ſuſpenſas.

Dubitatur octauo. An liceat ita corporis afflitionibus vti, vt eis ſalus periclitetur, vitaque exindè, notabiliter abbreuietur.

d Pet. Na. 2. de reſti. c. 3. nu 88.

Non tenemur ad vitā prorogādam uti delicatioribus cibis, & ſi ſint in promptu.

d Dicendum primo. Neminem teneri, cibis delicatioribus vti, ad vitam prorogandam, quamuis eos in promptu habeat, ſed ſatis ſi communes adhibeat, vnde etiam ſi quis ſciat aerem alibi ſalubriorē, non tenetur eo transmigrare, etſi quis ſit abſthemius, & medicus ad vitam diutius protrahendam, conſulat uini potum, non tenetur obedire, ſicut nec tenetur quotannis ſumere pharmacum ad febres euitandas. Nec eſt par ratio de alimento, & de pharmaco, illud enim eſt medium per ſe ordinatum ad vitam animalis, hoc autem non, niſi morbo iugruente, quare, ſi probabiliter aliquis noſſet per pharmacum ſe mortem euaſurum, peccat mortaliter ſi non ſumat, tunc enim euadit medium per ſeà natura ipſa ordinatum ad ſalutem, iuxtà illud *e* Altiſſimus creauit medicinam, & vir prudens non abbhorrebit eam.

e Eccl. 38.

f Lopez 1 p. inſt. cōſcié. c. 64.

Ad vitā conſeruationē, nō tenemur vti delicatioribus cibis.

Dicendum ſecundo. *f* Vtens quis dum eſt ſanus alimentis, quibus communiter omnes homines vtuntur, vt oua, piſces, & ceteri cibi, & in ea quantitate quæ ſufficere ſolet ad propriam ualetudinem conſeruandam, dato quod ex hoc notabiliter eius vita abbreuiaretur, ad huc non peccat, nec ei poteſt contrarium præcipi.

Defenduntur Carthuſienſes.

a Pro Carthuſienſium verò defenſione, qui etiam dum infirmantur à carnibus abſtinent, vel id ſufficiat, pluris faciendum eſſe publicum Religionis bonum, quàm priuatã huius, vel alterius incolumitatem.

a vide plura apud Sayrũ, n. 3

Dicendum tertiò. *b* Infirmus in maxima animi, & appetitiuæ virtutis deiectione conſtitutus, non peccat, ſi adhuc comedere non euitatur, id enim tunc reputatur impoſſibile præſertim ubi nulla, uel perexigua ſpes uitę relicta eſt.

b Victoria relect. de temperant. nu. 1. propoſ. 1.

c Dicendum quarto. Vtens ſcienter cibis corpori nociuis, quibus breui tempore uita obrumperetur, ut fungis, &c. peccaret mortaliter, hoc enim non eſset uitam non protrahere, ſed detruncare.

c Arag. 2. 2. q. 64. ar. 5. ad 5.

Indiſcreta corporalis exercitatio etiã peccaminoſa.

Dicendum quinto, qui ex intentione, aut ſaltem aduertenter uitam notabiliter ieiunijs, uigilijs, aut pſalmorum decantatione abbreuiat, peccat mortaliter, nam ſi id procurare in proximo peccatum eſt, multo magis in ſemet ipſo, & *d* confirmatur, quia corporalis caſtigatio ex ſe eſt indifferens, & ſolum utilis iudicatur, inquantum effrænatas edomat paſſiones, carnem ſpiritui ſubijcit, & ad pietatem diſponit; unde qui per illam immodicè exercitam, ſe inpoſterum reddit inhabilem ad aliud faciendum, & multo fortius, ſi mortem inducat, contra rationem agit, & pietatem.

d c. nõ mediocriter, de cõſec. d. 5 D. Th. 2. 2. q. 147.

Qui labores & abſtinentiæ laudabiles.

Dicendum ſexto. Hi labores, & abſtinentiæ ſunt laudabiles, quæ à Sanctis Patribus in eorum Regulis ſunt preſcriptę: licitę etiam erunt & illæ quas priuatæ perſonę ex ſuperiorum conſulto ſibi inducunt.

Dubitatur contra. An liceat ſe mutilare.

e Reſpondeo negatiuè etiam ſi fiat ob caſtitatem, unde in hoc Origenes ab omnibus redarguitur.

e c. ſi quis a medicis. diſt. 55.

Rationi uniuerſum eſt, quia ut quis non eſt proprij corporis dominus, ita nec membrorum, neque etiam ad finem uti licet medijs iuxta rationem arduis, atque acribus niſi quando ſunt omnino neceſſaria, ad carnis uero incentiua edomanda, per ſe ordinatæ ſunt uigile, orationes & ieiunia, non membrorum abſciſſiones. Itaque tunc tantum membrum corporis ſibi licebit abſcindere, cum ob eius defectum, totum corpus periclitatur.

Ratio eſt, quia bonum partis iuxta rectæ rationis dictamen, exponendum eſt pro bono totius, & hinc ſequitur, quod mutilare ſe ipſum non dicit intrinſecam malitiam, ſicut dicit ſe occidere, quia illud prẹſertim licitum erit ad ſui ipſius interitum euitandum.

Non neceſſario ſubeunda est mutilatio, pro vita conſeruatione.

Dixi licitum, non autem neceſsarium, *f* cum præceptum conſeruandi propriam ſui ipſius uitam, non obliget cum tam difficili medio.

f Tolet. li. 5. c. 6.

In caſu uerò quo Tyrannus alicui mortem, aut certe plurium membrorum ſibi abſciſſionẽ comminaretur, niſi illi unũ aliquod membrum ſibi abſcideret.

Reſpondeo, quod quia periculum hoc eſt ab extrinſeco, nempe à

Digitized by Google

pè à Tyranno minitante, nemo excuſaretur, ſi ſe mutilaret.

Dices ligamen verbi gratia eſt etiam quid extrinſecum & tamen ſi ob illud vita periclitaretur, poteſt quis membrum, quod eſt ligatam ſibi detruncare, vt mortem euadat. Reſpondeo adhuc conſtrictionem ex ligamine procedente, eſſe intrinſecam, & corpori inhærentem.

Diſpar ratio in aliis periculis.

Hinc elicies quid dicendum de morſu à ſerpente inflicto, vel conflagratione, quæ procedit ab igne, hæc enim, & ſimilia, ſunt quidem à cauſis extrinſecis, ſed hærent intrinſecè, ac proinde erũt cauſæ ſufficientes ad membra male affacta ob totius corporis ſalutem detruncanda.

Dubitatur vltimo. An pro ſalute corporis præcipi poſsit membri alicuius abſciſsio, ita ut id renuere ſit peccatum.

Perſona ſingulariter reipublicæ neceſſaria, dēt pati alicuius membri abſciſsionem vt conualeſcat.

Dicendum primo. Si perſona ſit ſingulariter bono communi neceſſaria, ita ut non inueniatur ei ſimilis, & probabiliter credatur mortem euaſura, obligari ad obediendum. Ratio eſt, quia ſi ex charitate, & legali iuſtitia teneretur pro bono communi etiam vitam profundere, ergo multo magis perpeti membri alicuis abſciſſionem.

a S. Th. 2. 2 q. 65. a. 1. in corpore.

Quando ſubditus prælato & patri filius debeat obedire circa alicuius membri abſciſsionem.

a Dicendum ſecundo. Si abſciſsio illa ſolum ſit neceſsaria ad bonum, non poteſt Reſpublica præcipere. Ratio, quia authoritas eius eſt tantum in ordine ad bonum publicum. Subditus autem prælato ſuo præcipienti, & filius patri, tenetur obedire, ſi abſciſſio neceſſario ad corporis conſeruationem, non cum ſatis magno dolore fieri poſset, ſecus ſi cum valde ingenti. Ratio, quia infirmus non tenetur, cum tanto cruciato corporis incolumitatem procurare, nec poteſt prȩlatus prȩcipere niſi moderata, quȩ enim ſunt maxime ardua, & ſe habent velut actus heroici, cuiuſmodi ſunt, grauiſsimos perferre dolores, non cadunt ſub obedientiam.

b Salon. bi. a. 2. cō trou. 2.

b Poterit etiam pater filio, de eius conſenſu amputare virilia, cum eius vocem plurimum Eccleſiaſticis oſſenſionis profuturam ſperat, modò id fiat citra mortis periculum.

Digitized by Google

De homicidio alterius, priuata authoritate. Caput X.

Non liceat quempiam priuata authoritate perimere.

DVbitatur primo. An liceat quempiam priuata authoritate necare.

a S. Th. 2. 2. q. 64. a. 3.

a Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia occiſio, malefactorum ſolum eſt licita, quando congruit bono communi, ergo ad illum tantum ſpectabit cui boni communis cura commiſſa eſt, ac pro inde qui publica fungitur authoritate. Vt autem ſciatur, quæ nam circumſtantiæ debeant concurrere, vt contrarium permittatur.

Dubitatur ſecundo. An liceat cuique de populo Tyramnum occidere.

b S. Th. *de* regimine Principũ, c. 6.

Tyramnũ quo ad modũ, nõ licet occidere.

b Dicendum primo. Si quis ſit tantum Tyramnus quoad modum, ideſt iure quidem hæreditario, vel legitima electione ſit princeps, tyrannicè autem gubernet, non poteſt priuata authoritate occidi, ſed patienter tolerandus eſt, iuxta illud Apoſtoli obedite præpoſitis veſtris, nè dum modeſtis, ſed etiam diſcolis, expectanda quæ erit a Deo Regum omnium Rege vindicta.

Et ratio, & hoc ſuadet, cum alioquin maxima confuſio ſequeretur etiam in omni hominum gradu, ita vt ſemper prætextu tyramnicæ gubernationis, quàm alter in alterum diuerſo ſortitur titulo, innumera poſſent homicidia perpetrari.

c Seſſio. 15

Contrarium docuit Ioannes Hus; ſed damnatus eſt in *c* Conc. Conſtant.

d Sot. 5. de iuſti. q. 1. ar. 3.

Tiramnus quoad ſubſtãtiã ſecluſo iuramento põt occidi.

d Dicendum ſecundo. Qui eſt Tiramnus quoad ſubſtantiam, nempè titulo, & inuaſione, ſeculo iuramento, ſi aliud non reſtat effugium, licitè a quocunque poteſt occidi. Tum quia à natura inditum eſt vim vi repellere. Tum quia vis eſt infenſiſsimus Rei publicæ hoſtis, bellumque iniuſtum continuò gerit, cum populo, atque ideo, quaſi in conflictu iuſtiſsimo, hoſtis acerrimi interfectio, videtur cuique à Republica demandata, ac proinde dicetur publica, non priuata authoritate peremptus. *e* Id tamen cauendum ne deteriores exitus ex Tyramni occiſione immineant.

e Petr. Nã ua. 2. de reſtit. c. 3. n. 314.

Fides hmõi Tyrãno præſita nõ obligat.

Dicendum tertio. Simplex promiſsio, & fides data huiuſmodi Tyramno ſi ſit per vim extorta, non obſtat, quò minus, vt dictum eſt, occidi liceat.

Quod ſi fides iuramento firmata fuit diſtinguo. Vel enim non adfuit iurandi animus, ſed ſolum ad redimẽdam vexationem præ

ſtitum

ſitum eſt, & tunc iuramentum eſt nullum, nam cum præter iuris ordinem exigitur, poteſt quis ſecundum propriam intentionem iurare, nec huiuſmodi æquiuocatio dicetur mendacium, ſed prudens cautela: ſi verò iurandi, & ſe obligandi animus ad fuit, a ob ſeruetur, ob diuini numinis reuerentiam, b Vnde Iacob iratus eſt contra Simonem, & filios leui, quod pactum initum cum Sychimitis violauerit. Cæterum etiam in hoc caſu facilè diſpenſabitur, cum iuramentum coactè præſtitum fuerit, & diſpenſatione, aliquando non obtenta poterit Tyrãnus occidi, ſi interim iuramenti obſeruatio, in exitum peiorem vergat, ita vt ex eo corporis animæque diſpendium inſequatur.

a S. Th. 2. 2. q. 89. a. 7

b Gen. 34.

Sed & iuramento obligatorio facile diſpenſabitur.

Dubitatur tertio. An liceat maritò, vxorem in adulterio deprehenſam occidere.

Quid marito, et Patri circa deprehenſam in adulterio, per leges veteres permiſſum.

Dicendum primo. Id olim c Athenienſum, & d duodecim tabularum legibus fuiſſe permiſſum, leges deinde Imperatoriæ id tantum conceſſere marito, cum adulter infimę, viliſque eſſet cõditionis. Patri vero reſpectu cuiuſcunque, etiam nobilis, quod benignitate, & iuſtitia ſancitum eſt: nam & plerunque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit, quod marito, doloris adimit vehementia, & Pater cum habeat filiam, vt aliquid ſui, & in ſe ſe, nulli facit iniuriam, ſi eam occidat in adulterio deprehenſam, quod marito licere non debuit, cum illam vt ſociam, non vt ſubditam, acceperit in matrimonio. Deinde progreſſu temporis, idem quoque marito conceſſum eſt, e quamuis id exequens priuata authoritate. dotem, & bona omnia, quæ ei leges adiudicare debuiſſent amittat.

c Plut. in vita Solo. Rodig. li. 2. c. 15.

d Gel. lib. 10. noct. attic. c. 23

e Bal. l. penul. ff. sol. matr.

Dicendum ſecundo. Qui adulteros non inuenit in fragranti, eoſque non ſimul occidit, ſed vel vtrumque ſeorſim, vel vnum tantum, tenetur ad reſtitutionem, eique facinus, per leges ciuiles, non erit impune.

f Dicendum tertio. Occidens vxorem, etiam in fragranti deprehenſam adhuc peccat mor.

Occidens vxorem in fragranti pecc. mort.

Obijcitur primo. Hocà legibus permitti ciuilibus.

Reſpondeo permitti quidem, ſed non præcipi, ſicut & permittitur meretricium; ac proinde eximere à pœna, non autem à culpa.

Soluitur prima obiectio.

f ca. inter hæc, ca. ſi quis vir 33. q. 2.

Obijcitur ſecundo. Authoritas Nicolai Papæ dicentis, g vxorum interfectores, niſi addas, adulterarum, dicendos eſſe homicidas.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo, ita locutum, habito reſpectu ad leges ciuiles, quæ quia eos non poniunt, ideo nec pro homicidis videntur reputare.

g c. interfectores 33. q. 2.

Dicendum quarto. Vt licet marito vxori adulteræ per iudicis ſententiam ſibi traditæ ignoſcere, ita etiam licebit eam interimere, neque tunc bonorum eius ſucceſſione priuabitur. Ratio vtriuſque eſt; quia id publica authoritate exequitur.

Quid cõiugatis in adulterio mulierã, liceat per iudicis ſententiam.

Dicendum quinto. Authoritas olim facta per leges Patri-

Digitized by Google

bus occidendi impunè filias in adulterio deprehenſas abrogata eſt.

Dubitatur quarto. An liceat pro vitæ diſpenſatione inuaſorem occidere.

Licet pro vitæ defenſione occidere inuaſorem.

a Reſpondeo affirmatiuè.

Probatur primo. Ratione, quia ex naturę lumine inditum eſt, vt potius inferens, quàm patiens iniuriam occidatur, & vt vitam propriam omni modo licito, & neceſſario conſeruemus, cuiuſmodi eſt inuaſorem occidendo, alioquin melior eſſet prauorum, quàm bonorum conditio, dareturque illis præuaricandi occaſio, dum certi eſſent ſe à bonis non eſſe perimendos.

Secundo authoritate vtriuſque iuris b Canonici ſcilicet, c & Ciuilis id permittentis.

Contrarium docuit Hugo Victorius.

Contrarium docuerunt Hugo, Victorius, & Alij Probant.

Primo. Quilibet in caſu extremæ neceſſitatis tenetur ex charitate magis diligere vitam ſpiritualem proximi, quàm propriam corporalem, ſed aggreſſor, cum ſit in ſtatu pec. mort. eſt in extrema neceſſitate, ergo vnuſquiſque tenebitur in hoc caſu vitam ſuã corporalem profundere pro vita ſpirituali aggreſſoris.

Soluitur eius prima ratio.

Reſpondeo negando minorem, cum aggreſſor non ſit in extrema neceſsitate abſolutè, ſed libere, poſsitque deſiſtere. Prȩterquã, quòd cum aggreſſus, nec ſit ſecurus de ſua ſalute, non tenetur ſe huiuſmodi diſcrimini exponere.

Obijcitur ſecundo, non licet homini coitus fornicarius, etiam ad certum mortis periculum, ex infirmitate imminens, euadendum, ergo nec alium occidere, etiam ad propriam vitam tuendam, conſequentia probatur, cum æquè vtrumque inhibitum ſit, & occidere, & mæchari.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo negando conſequentiam. d Ratio diſparitatis eſt.

Primo, quia ſeminis ſuperfluitas, poteſt etiam & aliter euacuari, quam voluntaria emiſsione, nempè per ſomnum, per abſtinentias, per ſudores.

Secundo, quod cum longè acerbius ſit gladio, quam morbo interire, nil mirum ſi plura à legibus, pro euitatione vnius, quàm alterius indulgeantur.

Soluitur tertia.

Obijcitur tertio. e Auguſtinus dicens de occidendis hominib. nè ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium.

Ad moderamen inculpatæ tutelæ requiritur.

f Reſpondeo, intelligi de occidente hominem ex intentione, quod reputatur illicitum, etiam in caſu licitę defenſionis, vel in caſu, quo non adhibetur moderamen inculpatæ tutelæ, aut quo quis inuaſione præueniret.

Dubitatur quinto. Quæ requirantur ad moderamen inculpatæ tutelæ.

Vt inuaſio ſit verá aggreſsio, & per vim facta.

g Reſpondeo primo, vt inuaſio ſit vera aggreſsio, & per vim facta, vnde calumnia, etiam vſque ad mortem à iudicè, falſiſque teſtibus

a Io. Med. C, de reſt. q. 3. cá d. ad 2. Nau. c. 15. n. 2.

b c. Ius naturale. d. 1 c. ſignif. 2. de hom.

c l. 1. ff. de vi. & vi ar mat. lib. vt vim ff. de iuſt. & iure.

d Ric. 4. d. 37. ar. 3. q. 2. a. 3.

e ep. 54 & refertur 23 q. 5.

f Cai. poſt D. Th. 2. 2. q 64. ar. 7. ad 1. & 2.

g Inno. & Pan. in c. olim 1. n. 19. de reſt. ſpol. &c.

Digitized by Google

ſtibus illata,non eſt vera aggreſſio,ſed iniquitas,nec eſt vt repel-
lenda, ſed per teſtes contrarios,& ordine iuris;quod ſi fieri ne-
queat,debet mors patienter ferri Ratio,quia alioquin rei publicę
ſtatus facillimè perturbaretur.

Secundo,vt ſit uera,& actualis defenſio,& propulſatio vis illa-
tæ,non autem pręuentio,quæ tantum licebit dum proximè, &
quaſi actu,videt quis inimicum,ad mortem ſibi inferendã accin-
gi;*a* ſemper tamen maxima prudentia opus erit,præſertim ad di-
gnoſcendum an aliter ab aggreſſore poſſit euadere,vt fugiendo,
clamando,&c.

2 Vt ſit defenſio,non præuentio,licet hæc aliquãdo permittatur.

a Lud. Beya p.2.caſu 21.

b Tertio,vt aggreſſoris occiſio,ſit in ipſo actu defenſionis,nam
ſi ſubſequatur non erit vis præſentis propulſatio,ſed præteritæ
vendicatio.

3 Vt inuaſoris occiſio ſit in ipſo actu defenſionis.

b c.olim 1. de reſtit. pol.

Quarto,vt defenſio ſit moderata,nec limites neceſſitatis exce-
dat,in quo prudentia opus erit, præſertim ſi temporis, factique
anguſtiæ,id ex integro conſiderare permittant.

4 Ne defenſio limites neceſſitatis excedat.

Quinto. Ne inuaſorem quis ex intentione occidat,ſed hæc con-
ditio controuerſa eſt ideo.

5 Ne ex intentione inuaſor occidatur.

Dubitatur ſexto. An hæc ſit neceſſaria,& ſuppoſito in omni a-
ctu,duplicem affectus reperiri poſſe,unum ab agente intentum,
alterum præter agentis intentionem,ut uerbi gratia, in fodiente
terram ad ædificandum edificatio eſt per ſe intenta, & ab ea a-
ctus deſumit ſpetiem,inuentio autem theſauri,qui in eadem con
tingit,eſt præter intentionem. Ita in actu quo quis ſe defendit ef
fectus per ſe intentus,eſt propriæ uitæ conſeruatio,à qua, & de-
nominatur,bonitatemque deſumit,occiſio uerò inuaſoris,eſt effe
ctus præter intentionem,cum non intendatur,niſi conſecutiuè,&
ſecundario. Quęritur ergo, an liceat intedere directè aggreſſo-
ris interitum tanquam medium neceſſarium ad propriæ vitæ de-
fenſionem.

1 Effectus, vel per ſe intentus,vel præter intentionem.

c Reſpondeo affirmatiue. Probatur primo, ex iuribus,quæ ab-
ſolutè concedunt,licitum eſſe uim ui repellere.

Vtrum aggreſſoris interitus directè intendi.

c Phil. de off. ſacer. p.2. l.4.c.9.

Secundo,quia actus iſte eſt humanus,& uolitus,non enim igno
ranter,ſed ſciens,& uolens,occidit,ergo ex intetione finis, *d* ex
qua,ſi efficax ſit,oritur mediorum electio etiam efficax.

d 7.ethic. 3.

Tertio, oppoſitum uidetur nimis metaphoricum, & durum,
parumque ad humanos actus accommodatum, cum in eiuſmo-
di ſubitaneis conflictibus non uideatur permitti tanta delibera-
tio.

Contrarium uidetur docuiſſe *e* D.Th.ſed forte intelligẽdus eſt
ut aggreſſor non ſit ex intentione occidendus,hoc eſt, non abſolu-
tè,ita ut quis in ea ſiſtat,tanquam in fine,ſic & chirurgus, per ſe
quidem ſanguinis emiſſione intendit,ſed non abſolutè, cum illã
uelit in ordine ad ſanitatem.

Declaratur D.Th.

e 2.2.q.64 a.7.

Eſt ergo licitum per ſe intendere agreſſoris interitum in ordi
ne ad neceſſariam ſui defenſionem,eamque exequi priuata autho
ritate,*f* ut & priuata authoritate licet extreme egenti panem a
diuite ſubtrahere.

f Cord.li. 2.q.38.

Et

Et quod dictum eſt de aggreſſoris licita interfectione. Ampliatur.

a Primo, vt locum habeat, tum in clericis reſpectu laicorum, quàm è contra, etiam citra periculum excommunicationis, & irregularitatis, ratio, quia ius naturæ omnibus æque commune eſt. *a Alê. p. 3. q. 34. m. 2. ar. 2. §. 2.*

Ampliatur & in Brutis. Idem licet ad vitandā mutilationem. Locum hēt ē contra innocētem.

b Secundo, vt nec à Brutis excludatur, adeo vt dominus animalis inuaſi non teneatur ad reſtitutione. *b Pet. Nauar. 2. de reſt. ca. 3. n. 345.*

Tertio, vt extendatur etiam ad vitandam mutilationem, defendere quippe membrum, eſt defendere vitam partialem illius.

Quarto, vt concedatur etiam contra innocentem, quando ſcilicet inuaſor eſt, vel freneticus, vel dormiens, vel puer &c. *c* Ratio, quia in caſu innocentiæ, cæteris paribus mihi magis debeo, quam alteri. *c Sot. 5. iu ſti. q. 5. ar. 7.*

Etiā ſi inuaſor dederit operā rei illicitæ.

d Quinto, vt locum habeat etiam cum inuaſor dedit operam rei illicitæ, & occaſionem præſtitit, ſiuè conuitijs, ſiuè delicto. Ratio, quia taliter laceſſitus non acquirit iuſ vendicandi priuata authoritate, ſed iuris ordine. *d Saryus. nu. 24.*

Dubitatur ſeptimo. An vt licet aggreſſorem occidere, cum moderamine inculpatæ tutellæ liceat poſtpoſita ſui tutela ſinere ſe occidi.

Pōt quis ab inuaſore ſinere ſe occidi.

e Reſpondeo affirmatiuè. Probatur primo, exemplo Chriſti. Secundo ratione, poteſt quis vitam corporalem pro corporalis vita amici exponere, ergo à fortiori, & nè inimicus moriatur in pecca. mor. Confirmatur, nam cum conſeruare vitam propriam ſit ex præcepto affirmatiuo charitatis, erga, ſe ipſum, vtiq; ſicut hoc non obligat cum membris abſciſſione, multo minus obligabit, cū proximi occiſione. *e Tol. lib. 5. c. 6.*

Exceptio.

Illud tamen aduertendum hæc in primis procedere, cum aggreſſor, & aggreſſus ſunt æqualis conditionis, vel ut nemo, eorū ſit valde Reipublicæ neceſſarius, alioquin proſequenda, vel omittenda erit huiuſmodi ſui defenſio, habita ratione ſui vel aduerſarij, poteſt enim contingere ut modo qui uim infert, modò cui uis infertur, ſit magis Reipublicæ neceſſarius.

Contrarium docuit *f* Abulenſis. Probat ordo charitatis in re graui obligat ſub mortali, g ſed vnuſquiſue tenetur plus ſe diligere, aut non minus, quàm alterum ex ordine charitatis, ergo in re tam graui non debet quis proximi vitam præponere uitæ propriæ. *f In c. 2. Io ſue. q. 11.* *Matt. 22.*

Refellitur. Abulenſis.

Reſpondeo hanc maiorem ſui dilectionem, intelligendam eſse in ordine ad uitam ſpiritualem, uel ſecundo, negatur fieri oppoſitum, cum id fiat pro bono charitatis, quod ſimpliciter eſt vtilius ipſamet vita propria.

Aggreſſoris occiſio etiam pro honoris defenſione eſt licita.

Dubitatur octauo. An ne dum pro vita, ſed etiam pro honoris defenſione liceat inimicum occidere, quia uerbi gratia, fuga, dedecus ſit allatura.

b Reſpondeo affirmatiuè, etiam ſi aggreſſor ſit clericus, ita vt

indè

indè excommunicatio non incurratur. Ratio, quia ſi id licet pro bonorum defenſione, ergo à fortiori, & pro honore, qui bonis omnibus *a* proponderat.

a prou. 21. Eccl. 41

Nec dicas, quod cum quis fugere poſſis, occidendo aggreſſorem, excedat moderamen inculpatæ, tutelæ, hoc enim non contingit, cum damno grauiſsimo cuiuſmodi eſt honoris iactura, ex fuga proueniens.

Cęterum, quod dictum eſt, non procedit indiſcriminatim, ſed tantum viris *b* nobilibus, & *c* laicus.

b Sal. 2. 2. q. 64. a. 7. controu. 2. 2. 2.
c Gl. in c. ſuſcepimus de homic.
d l. 2. de reſti. c. 3. n. 383.
e relect. de bello q. 2. prop. 2.

Pro eo verò, quod docēt *d* Petr. Nau. & *e* Victoria licitum eſſe etiam clericis, & religioſis aggreſſorem fugientem perſequi, vt de eo tantundem vindictæ ſumant, quantum honoris detraxerūt, falluntur, neque enim, quod habent pro fundamento, eſt eadem ratio de latrone res noſtras ſecum aſportante, quem licet perſequi, cum adhuc vis nobis illata per rapinæ aſportationem perſeueret. Et rurſus latronem perſequendo, reſarciri poteſt damnum quod patimur, cum tamē ex eo, quod vulnus fugiente infligatur vulnus quod iam nobis à fugiente inflictū erat, non ſanetur, ratio autem cur clericis; & religioſis hanc aggreſſoris proſecutionem iura denegent eſt, quod hi humilitatem & maſuetudinem profitentur ſatiſque eorum honori proſpectum eſt, cum aggreſſor fuga iam ſe dedecoret.

Ref. l ātur Pet. Nau. & Victoria.

Dubitatur nono. An pro rei familiaris defenſione inuaſorem occidere liceat.

Licet inuaſorē occidere etiā pro re etiā pro rei familiaris defenſione.

f l. finē ff. ad Corn. de Sicar.
g l. Sed & ſi ff. ad l. Aquil. & c. interfecistis de homic.

f Reſpondeo affirmatiuè, *g* modo ſi magni momenti, nec detur aliter eam recuperare. Ratio concluſionis eſt: quia ſi licet vitam, cum inuaſoris occiſione defendere, ergo, & bona; conſequentia patet, cum enim licet finis, licent & media ad illum neceſſaria, cuiuſmodi ſunt bona reſpectu vitæ. Rurſus concluſio intelligitur etiam pro tempore, quo inuaſor aufugiens, ſecum res noſtras aſportat, nam & tunc etiam dicitur infragranti; vbi vero ſe iam in locum tuum recepit, quia ex inuaſore, fit iniquus detentor, publica autoritate agendum eſt.

h in c. ſuſcepimus de homic.
i In Clē. ſi furioſus de hom.
l 1. de lib. arb. c. 5.

Contrarium docuerunt *h* Panorm. & *i* Couar. Probant primo, ordo charitatis petit, vt vitam proximi, bonis noſtris temporalibus præferamus.

Soluitur rō Pan. & Couar.

Reſpondeo, hoc verum eſſe dum proximus eſt in extrema neceſſitate non in voluntaria iniquitate, cuiuſmodi eſt ſpontanea furti perpetratio.

Declarat Aug.

l Auguſtinus autem qui ad iſtorum quoque ſentētiam videtur inclinare, intelligendus eſt, vbi non adhibetur moderamen inculpatæ tutelæ, ideſt, cum alia ſuppetit via recuperandi res noſtras, quod patet cū loquatur de fure diurno, quem veriſimillimū eſt, aliter quam per mortem poſſe eludi.

Bonorū defēſio licita eſt et clericis etiā cū aggreſſoris morte.

m Pet. Na. 2. de reſt. c. 3.

Dubitatur decimo. An eiuſmodi bonorum denfenſio, cū inuaſoris occiſione liceat nè dum laicis ſed etiā clericis, & Regularib.

m Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia nec eſt contra ius naturæ, cum id æquè omnibus concedat, nec contra ius poſitiuum.

Obij

Soluitur prima ratio Obijciunt *a* Aduerſarij Primo c. *b* Interfeciſti, ſed ibi indicitur pænitentia clerico, qui ſuum aggreſſorem interfecit, quia non ſeruauit moderamen inculpatæ tutelæ. *a apud Sayr. n. 34.* *b de hom.* *c eod. tit.*

Soluitur ſecunda Obijciunt ſecundo, cap. *c* ſuſcipimus, ſed ibi Fratres illi decernuntur peccaſse, & eſſe irregulares, quia fures erant ligati, & aliter, quam eos occidendo poterant bona ſua recuperare.

Soluitur tertia. Obiciunt tertio. Religioſos non habere bonorum dominium.

Licet pro amicis. Reſpondeo, ſatis eſſe habere vſum fructum.

Dubitatur vndecimo. An idem liceat pro defenſione, vitæ, honoris, & bonorum amici. *d Ema. Sà, Aphor. v homic.*

d Reſpondeo affirmatiue. Probatur.

Primo. Hoc licet cuique pro bonorum defenſione, ergo, & pro amicitia, quæ eſt omnium bonorum maxima.

Secundo, quia iure naturæ, & charitatis licitum eſt defendere quoſcunque per vim inuaſos, ratio, quia ſemper iure naturæ potior eſt cauſa patientis, quam inferentis iniuriam.

Idem pro defenſione caſtitatis. Dubitatur vltimo. An liceat pro defenſione caſtitatis interficere aggreſsorem

Reſpondeo affirmatiuè. *e* Nam ſi licet pro bonis externis, ergo multo magis pro caſtitate. Hoc autem intelligitur, modò aliter non poſſit euadere, clamando, fugiendo, &c. immo, & ei qui ad illius clamorem accurrit, licet eiuſdem aggreſsorem interficere, ſecus ſi mulier, aut non reluctaretur, aut tepidè, nam tunc inçcus, eſset tantum ſolicitator, & non aggreſsor, ac proindè, cum non ageret contra iuſtitiam, nec uim inferret. non poſset ab homine priuato occidi. *e S. Ant. p. 2. tit. 7. c. 8*

DE

Digitized by Google

De Occiſione alterius, quæ fit publica authoritate. Caput XI.

PRimo quæritur. An liceat clericis ſecluſa diſpenſatione, nocentes morti adiudicare. Nomine autem Clerici, hic intelligimus etiam in minoribus conſtitutos, non autem habentes tantum primam Tonſuram, qui non niſi in fauorabilibus veniunt ſub nomine Clericorum.

Non licet clericis citra diſpenſationem ferre ſententiam mortis.

a Reſpondeo negatiue. Primo, quia nec Chriſtus id fecit, immo *b* cum percuteretur non repercutiebat, *c* decet autem miniſtrum eſse, ſicut & populi Iudicem.

a Alex. p. 3. q. 34. m. 2. ar. 3. *b* 1. Pet. 2. *c* Eccl. 10.

Secundo, quia inſeruiunt templo, & altari, ergo nec ipſi polluï debent humani ſanguinis effuſione.

d Num. 25.

Tertio, quia in hoc differunt Sacerdotes veteris, & noui Teſtamenti, ijs enim licuit propria manu ſontes perimere, vt patet de *d* Phinces, Elia, & Samuele.

Nec dicas Ananiam, & Saphiram à Petro ſubitanea morte percuſsos, ipſe enim tantum diuinam ſententiam de eorum obitu promulgauit.

Peccant igitur Clerici iudicium in cauſa ſanguinis exercentes, & quidem in ſacris ſint, mortaliter, ſi in minoribus, venialiter.

e Valentia. to. 3. diſp. 5.

e Ratio diſparitatis eſt diſparitas iniuriæ, & Eccleſiaſtici præcepti violationis, quæ inde conſequitur.

Quæritur ſecundo, quo iure id ſit prohibitum.

Reſpondeo, non iure naturę, hoc enim nihil de noui Teſtamenti Sacerdotibus ſpecialiter pręſcribit, & rurſus eſt inuariabile, & commune, tum Sacerdotibus veteris legis, tum nouę. Non Diuino, cum nullibi inueniatur, & Apoſtolus dicens, Epiſcopum non debere eſſe percuſsorem, reſpexit ad eius priuatos mores, ne ſcilicet qui in Epiſcopum eligitur, ſit contentionum amator. Supereſt ergo, vt tantum iure *f* poſitiuo id cautum ſit ob ſtatus decentiam.

Id tantũ iure, poſitiuo cautetur.

f c. nemine, c. Epiſ. d. 45. & toto tit. de cl. perc.

Quæritur tertio, An prælatis, iuriſdictionem temporalem habentibus, id liceat.

Reſpondeo negatiuè, ſi priuilegio careant, *g* & tunc abſque peccato, vel irregularitate, poſsunt tantum ferre leges in generali malefactores ad mortem condemnantes, & eligere iudices, tribuendo illis authoritatem, & facultatem iudicandi, prout in par-

g c. ne cleric. vel monac. in 6.

Digitized by Google

in particularibus cauſis Iuſtitia exegerit.

Quæritur quarto. An Iudex debeat abſtinere à morte infligenda ſi ſciat reum damnatum iri, & è contra, ſaluadum, ſi abſoluatur.

Iudex ſententiam mortis ferat, etiam ſi reum per ꝑ tuo damnandū ſciat

a Reſpondeo negatiuè. Ratio, quia malefactorum punitio, ordinatur in bonum commune, cuius iudex ex officio cuſtos eſt, bonum autem commune præferendum eſt priuato. *a Arag. 2. 2. q. 64. ar. 2.*

Obijcitur primo. Vita corporalis ordinatur ad ſpiritualem, ergo ſeruanda, dum hæc periclitatur.

Reſpondeo negando conſequentiam, ratio, quia nec vita corporalis neceſſario ad ſpiritualem ordinatur, nec ſeruari debet cū vergit in publicum damnum.

Obijcitur ſecundo. Pœnæ debent eſſe medicinales.

Reſpondeo, in caſu noſtro eſſe per accidens, nempe ex propria malefactoris iniquitate, ut mors infligenda ei euadat noxia.

Obijcitur tertio. Tenetur Iudex ex Diuino præcepto uelle huic homini ſalutem ſpiritualem.

Reſpondeo, per iudicem non ſtare. Et licet ex ſuo genere bonum ſpirituale huius ſit altioris ordinis, quā bonum temporale Reipublicæ; tamen hoc idem Reipublicæ bonum, vt commune, excedit illud, cum tantum ad priuatam perſonam ſpectet.

Quæritur quinto. An liceat Iudici Sacramenta denegare damnatis ad vltimum ſupplicium.

Dānatis ad mortem dēt communiter conced. tempus, confitendi.

Dicendum primo. Communiter teneri ad concedendum tempus, quo confiteantur.

Probatur primo ex Clem. b cum ſecundum, ubi id præcipitur, ita vt ab ordinarijs locorum, ad id obſeruandum, etiam per excommunicationem compelli poſſint. *b de Pœn & remiſſ.*

Secundo ratione, quia pœnitentia, poſt baptiſmum, in mortali c exiſtentibus, eſt de neceſſitate ſalutis. *c Trid. ſeſ. 14. de ſac. pæn. ca. 2.*

Quando non concedendum

Dixi communiter, nam ſi liceat condemnatum, non ex deuotione, ſed ſpe ereptionis, petere Sacramentum, nō tenetur annuere, tum quia ſi damnum Reipublicæ immineret eius conſeruatione, procedendum eſt cum reo, non ut cum condemnato ad pœnam, ſed vt cum aggreſſore ad defenſionem Reipublicæ, ac proinde ſufficeret dare tempus ad contritionem, neceſſitas enim faceret; vt ſe haberet reus, ac ſi non adeſſet copia confeſſarij.

Conſuetudo in contrarium non ſuffragatur iudicibus.

Dicendum ſecundo d ſi qua ſit in contrarium conſuetudo, Iudicibus non ſuffragatur, vt potè quæ repugnet iuri diuino. *d Syluꝰ. ve iudex qu. 11. verſ. 6.*

Dicendum tertio, ſi non timetur ereptio e permittendum eſt etiam tempus ſaltem trium, vel quatuor horarum ad ſacram Euchariſtiam. *e ca. quod vita, de pænit. & rem iſ. c. 2. de furtis.*

Dubitatur ſexto. An princeps concedere poſſit cuicumque facultatem occidendi certum malefactorem.

f Reſpondeo negatiuè, niſi poſt iudicis ſententiā, & facta ad id facultate à ſupremo Principe, idque in atrocioribus, cuiuſmodi ſunt aſſaſſinia, ſtratarum violationes, &c. Quare condemnandus, *f Aug. ver: homic. 1. nu. 6.*

com-

Digitized by Google

communiter prius citari debet, vt locum ſe defendendi accipiat, quod tamen fallit.

In quib. caſibus defenſio ſit deneganda.

Primo, cum crimen eſt publicũ notorietas enim facti, vt facit publicam ſcientiam, ita excitat publicam poteſtatem ad iuris actum ſine iuris ordine exequendum.

Secundo, cum reus eſt ita potens, ut capi nequeat, tunc enim abſens damnari poteſt, iudicis tamen partes erunt, in proceſſum redigere, quæcunque pro reo afferri, & probari poterunt.

a Nu. 35. Obijcitur ex Scriptura dicente, *a* propinquum occiſi, homicidam interficere poſſe ſtatim ut eum apprehenderit.

Reſpondeo primo, hanc facultatem ibi dari à Deo, qui eſt uitę & mortis dominus.

Secundo fuiſſe legem permiſſiuam, quæ tantum liberabat à pęna in foro exteriori.

b Lyranus ibid. *b* Tertio, quod ſi etiam in foro interiori uim habuit, intelligenda eſt poſt iudicis ſententiam.

Extra proprium territoriũ ut poſſint Principes reos occidendos permittere.

Dubitatur ſeptimo, An poſſit hæc licentia concedi etiam extra proprium territorium.

c Syl. ver. Homicid. 1.q.3. *c* Reſpondeo negatiuè, & occiſor tunc poſſit ibi ut homicida puniri, fallit hoc, ubi ex conſuetudine, contrarium, quaſi ex tacito Principum conſenſu inductum ſit.

Permiſſus occidi a priuatis hominib. fuga, nõ reſiſtentia ſibi conſulit.

Dubitatur octauo. An malefactor poſſit ſe defendere, cũ poſt Iudicis ſententiam priuatis hominibus occidendus permittitur

Reſpondeo. **Fuga quidem; ſed non reſiſtentia. Ratio, quia iam** per legitimam condemnationem ei ablatum eſt ius ſe taliter defendendi, non minus ac alijs malefactoribus morti adiudicatis, alioquin bellum eſset iuſtum ex vtraque parte, quod eſt impoſſibile.

De

De Occiſione innocentum tàm publica, quàm priuata authoritate facienda. Cap. XII.

DVbitatur primo, An liceat in aliquo caſu, ob bonum priuatum alterius quempiam etiam publica authoritate perimere.

a Reſpondeo negatiue. Ratio, quia publica poteſtas eſt ob bonum pubblicum. *a* S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 2. 3. & 6.

Dubitatur ſecundo. An Iudex poſſit morti adiudicare innocentem quidem de præſenti, ſed quem continuo timeat futurum Reipublicæ exitialem.

b Reſpondeo negatiuè, Tum quia non ſunt facienda mala, cuiuſmodi eſt innocentem perimere, tum quia humanæ iuſtitiæ Iudicium, debet aſſimilari diuinæ, quæ neminem plectit pro futuro peccato. *b* Salo. ibi. ar. 2.

Nemo plectendus pro futura iniquitate.

Contrarium docuit *c* Abulen. Probat, bonum publicum, priuato præferendum eſt, debetq; procurari nedum pro præſenti, ſed etiam pro futuro tempore, & etiam cum detrimento boni partic. *c* in ca. 21. Exodi.

Soluitur ratio Abulen.

Reſpondeo procurandum eſſe, ſed modis licitis, & abſque præiudicio boni particularis, ſi fieri queat, vt contingit in propoſito caſu; poteſt enim prouideri bono publico per inſtructionem per carcerem, per exilium eius, de cuius nequitia contra Rempublicam timetur, abſque quod dum innocens eſt, occidatur.

Dubitatur tertio. An liceat Iudici caſtigare filios innocentes ob parentum ſcelera.

Non licet iudici plectere filios innocentes malefactorum.

d Reſpondeo negatiuè. Obijcitur primo. Authoritas Chriſti dicentis, *e* vt deſcendat ſuper vos ſanguis iuſtus &c. In diluuio plerique innocentes intere mpti ſunt, ſicut *f* & multi Aegyptiorũ primogeniti erant innoxij, *g* ſic in Ierico, &c. *d* Augu. in c. 7. Ioſue q. 8. *e* Matt. 23. *f* Exod, 12. *g* Ioſue 7.

Soluitur prima ratio.

Reſpondeo, diſparem eſſe rationem de homine, & de Deo, cũ hic & ſit Dominum uitæ, & mortis, & ſua ineffabili prouidentia ſciat vtramque diſpenſare, vel intelligi debent loca iſtadẽ filijs imitantibus peccata parentum.

Obijcitur ſecundo. Iuſtitia humana ponit filios innocentes ob peccata perẽtum, vt infamia, bonorum confiſcatione, exilio, &c. ergo poterit ſimiliter afficere vltimo ſupplicio.

Soluitur ſecunda ratio.

Reſpondeo negando conſequentiam. Reſpublica enim cum ſit domina huiuſmodi bonorum, poteſt ob bonum publicum iiſdẽ

filios

Digitized by Google

filios expoliare, ſecus de vita. Secundo filij priuantur bonis, non ſuis, ſed parentum, ſi enim habeant bona propria, ut caſtrenſia, non priuantur.

Dubitatur quarto. An ob bonum publicum liceat directè occidere innocentem, verbi gratia, ſi Tyramnus petat caput innocentis ſibi inuiſi, et aliter excidium minetur Reipublicæ, an debeat ei dari.

a Arag. 2. 2. q. 64. ar. 6. Dicendum primo *a* in hoc caſu non tenetur Rempublicam tueri innocentem cum tanto ſuo diſcrimine. *Nõ licet Reipub. occidere innocẽtẽ, ut ſatisfaciat tyramno.*

b S. Th. ib. *c* Exod. 25. Dicendum ſecundo. Non licet Reipublicæ ad petionem Tyramni occidere innocentem, etiam ſi ſuprenam damnum ſibi videat imminere. Ratio, quia occiſio innocentis, *b* intrinſecè mala eſt, vnde dicitur, *c* inſontem & iuſtum, ne occidas, proinde à nullo, præterquam à Deo licitè fieri poteſt.

d Valentia to. 3. diſp. 5. q. 8. pũ. 2. *e* Ionæ. 1. *d* Dicendum tertio. Teneri innocentem in tali caſu, ex præcepto affirmatiuo charitatis, & iuſtitiæ legalis in patriam, quo bonum commune, præfertur particulari, tradere ſe ipſum Tyramno vt fecit *e* Ionas nautis. *Quid ĩ hoc caſu agẽdũ ipſi innocenti.*

Dicendũ quarto. Poſſe Rempublicam legem concedere, vt vbi talis neceſſitas vrgeat, tradatur innocens pro communi liberalitate, & tranſgreſsori pœnam capitis imponere. *Quidue Reipublicæ.*

Probatur primo, quia hoc eſt honeſtum, ergo & licitum.

f Pe. Nau. 2. de reſti. c. 3. nu. 13. Secundo à ſimili, quia Dux in bello poteſt militi præcipere, ut perſiſtat in loco vbi certiſſimè occidatur.

f Dicendum quinto, qui huiuſmodi legi renuerit obedire, cum teneatur, non amplius erit innocens, ſed ut reus tradi poteſt Tyramno, imo & ab ipſamet Republica occidi. Hoc autem vt apertiſſimè colligitur, non habet locum niſi in adultis, qui tantum præcepti capaces ſunt.

g apud Sayrum. n. 5. Dicendum ſextò, ex dictis conciliari *g* oppoſitas ſententias.

Quod ſi quærat, an idem liceat, vt aliquod Regnum ad fidem conuertatur.

Reſpondeo negatiue. Ratio diſparitatis eſt, quia in caſu ſupradicto Reſpublica patitur iniuſte, & ſic eſt in articulo neceſſitatis at vero in hoc caſu, Regnum non eſt in extrema neceſſitate vitæ ſpiritualis, cum alio modo eam habere poſſit, & debeat, eſſet tamen actus heroicus, etiam in hoc caſu mortem acceptare. *Non licet tradere innocente ad mortẽ etiã per Regni cõuerſionẽ Innocentes. ſeruentur in bello.*

h Deu. 20. *i* in c. innouamus, de tregua, & pace. *l* c. parerarum 24 q. 3. Dubitatur quinto, An in bello liceat interficere innocentes.

Reſpondeo negatiue ex *h* Scriptura. Ratio, quia fundamentũ belli eſt iniuria, quam non irrogant innocentes. Hos vero, præter pueros, & mulieres docet *i* Alexander tertius, eſſe Præsbyteros, Religioſos, Peregrinos Hoſpites, Mercatores, Ruſticos, animalia agrorum cultur in ſeruitie ntia, *l* & Principum Oratores.

Ex his primo infertur, quod etſi pueri; cum adoleuerint, euaſuri ſint inimici, adhuc tamen non ſunt occidendi, cum adſint alia remedia ad id præcauendum, nempe captiuitas, exilium, & cætera.

Idem dicendum de fœminis,& agricolis,niſi fortè ſpecialiter conſtet, aliquos eſſe in culpa, *a* Hinc Theodoſius à S. Ambroſio reprehenſus eſt, quod ſine delectu Theſſalonicenſes interfici iuſſerit,

b Indirectè tamen, & per accidens occidi poſſunt innocentes, vt ſi verbi gratia in arcis demolitione, quæ ad victoriam neceſſaria ſit, & ipſi ſimul opprimantur, id enim quod vitare non tenemur, *c* vt non eſt voluntarium, ſic non imputatur ad culpam.

Vt liceat innocentes interimere.

Dubitatur ſexto. An militem in me irruentem occidere, liceat, cum innocens ſit, credit enim iuſtum ſe gerere bellum.

d Reſpondeo affirmatiuè, cum non tenear pati mortem, ſed me defendere.

a Ruff. 2. hiſt. Eccl. c.18.
b Victoria relect. de iure belli, nu. 37.
c S.Tho.1 2.q 6.a. 3. & q.73.a. 8.
d Pet.Na. 2. de reſt. c.3.n.148.

Dubitatur ſeptimo An eum, cuius corpore aggreſſor ſe velut ſcuto tutatur, occidere liceat.

Reſpondeo affirmatiuè, ſi aliter non poſſit euadere.

Hinc ſi quæras octauo, An & iacentem in via, conculcare, aut in flumen impellere liceat ad propriam vitam ab aggreſſore tutandam.

Dicendum primo. Quotieſcunque eſſet moralis certitudo de morte eorum, non eſſe licitum. Ratio, quia ſunt iuſti eorum loco rum poſſeſſores, nec nobis vim infertur. Confirmatur à ſimili; non enim licet vel panem ab eo; qui æquè eſt in extrema egeſtate vel tabulam ab æquè naufragante eripere.

Dicendum ſecundo, quando eſſet ſpes aliqua euaſionis huiuſmodi innocentum, vel ſi adhuc ferè nulla, ſi tamen illa conatur omni meliori modo procurare, vt verbi gratia, ſi quis in arcto calle nè iacente equo, vel curſu proterat, ſed ad parietem pro poſſe recipiat, vel calcaribus enitatur ad ſaltu prætereundum iacentem hominem, &c. etiam ſi non ſequatur euentus, non erit homicida, cum mors voluntariè non inferatur, & in dubio ſemper ſit aliqua ſpes, magiſque ſibi conſulere, quam alteri vnuſquiſque teneatur.

Quid agendum ne ſe cutus pro noſtra liberatione innocentis interitus, nobis vertatur in culpā prægnāti ſi alia non ſuppetunt, licet vti remedijs per ſe, & licita ordinationes ad ſaluteē, etiam ſi ſequatur abortus.

Dubitatur octauo, An prægnans, ad ſaluandam vitam poſſit procurare abortum, & an Medicus & obſtetrix medicinam ad hunc finem ei poſſint tutò porrigere.

Dicendum primo, licitum eſſe, ante fœtus animationem, quando aliud remedium non ſuppetit, vti medicina, quæ ad ſanitatem ſuaptè natura ordinetur, & ex ſe eſt licita, etiam ſi ſequatur abortus. Ratio, quia licet vti iure ſuo, nec imputabitur, quod inde per accidens ſequitur.

Dixi, ex ſe licita, ad eludendam inſtantiam de voluntaria ſeminis effuſione, quæ vt ex ſe mala, non eſt accipienda pro medio per ſe intento ad ſanitatem.

e Dicendum ſecundo. Procurans directè abortum, etiam ante fœtus animationem, peccat mortaliter, non enim refert, an quis animam natam eripiat, an naſcentem diſturbet.

f Dicendum tertio. Habito reſpectu tantum ad vitam corporalem,

e ca. ſi aliquis, de homic.
f Lop. 1. in ſtr.con ſc. c.63.

ralem,tum matris,tum eius,prolis,licitum eſſe matri ſumere medicinam ordinatam ad ſuæ vitæ conſeruationem,etiam cum periculo vitæ temporalis ſuæ prolis,etiam poſt animationem. Ratio quia mater potius habet ius ad poſſeſſionem ſuæ vitæ tuendam, cum periculo prolis,quam proles ad ſuam cum periculo matris.

Dicendum quarto. Adduc habita ratione ad uitam ſpiritualem prolis,ſi non ſumendo medicicinam ſperaretur eius vita,cum periculo tamen matris,tenetur mater abſtinere.

Ratio,quia proles eſt in extrema neceſſitate animæ,cui ſecundum rectum ordinem charitatis poſtponienda eſt uita corporalis.a Hinc à ſimili teneor, etiam cum diſcrimine vitæ, & opem ferre mulieri,quæ aliter non poteſt euadere à fornicario, & docere idiotam ne ab Hæretico ſeducatur, ſicut & Parochus miniſtrare ſacramenta tempore peſtis.

a Salon.2.2.q.64.ar.7.

b Dicedum quinto. Si adhuc abſtinendum à medicina iudicetur fętum vna cum matre interempturum irri,poterit ſumi,modò ſit particulariter ſanitatis cauſa tua, ſecus ſi ſuaptè natura, ſit tàm mortifera,quàm ſalutifera,ſitque in dubio,an fætus, vel mater ſaluabitur.

b S. Anto. p.3.ti.7.c.2.§.2.

Ratio,qui a incurritur periculum interim endi matrem, vel fætum,vel vtrunque.

Dicendum ſexto. Licebit facere experientias,cum tam de matris,quam de fætus vita diſperatum eſt.

Dubitatur vltimo, an liceat alterius mortem deſiderare

Vt liceat alterius mortem deſiderare.

c Reſpondo negatiuè, niſi ad bonum finem,& ad malus bonum,quam eſt vita temporalis priuati hominis.

c Alen.p.2 q.130.

De homicidio, quod ſit in bello, & duello, an, & quando licitum.
Caput XIII.

Bellum non eſt ex ſe illicitum.

SVpponitur primo contra *a* Manichæos, & *b* alios bellum eſſe licitum, vt patet tum ex veteri tum ex nouo teſtamenmento, in illo enim pluries ex iuſſione Dei pugnatum eſt, & in hoc laudatur centurio habẽs ſub ſe milites, *c* & pręſcribitur dari cẽſum regibus, ad bella, pacemque ſeruandã, & cõfirmatur ratione, nam, ſi de iure naturæ licet iniuriã propulſare priuatę, perſonæ, ergo multo magis Reipublicę, &c.

a ex Aug. 22. contra Fauſtum. *b* vricleff. ex val. 10. 3. de ſacr. alt. tit. 24. c. 196. *c* Mat. 22. *d* S. Augu. contra Fauſt. c. 75. *e* S. Th. 2. 2 q. 40. *f* Aug. qu. 10. in Ioſ.

Ad iuſtum bellum tria requiruntur. Authoritas. Cauſa.

d Supponitur ſecundo. Tria requiri ad iuſtum bellum, nempè authoritatem, vt qui bellum mouet ſit Princeps abſolutus, nec habeat ſuperiorem, *e* qui de iniuria ei illata cognoſcere, & punitionem contra iniuriantem proſequi poſſit.

Secundo, iuſtam cauſam, vnde & bellum dicitur *f* actus iuſtitię vindicatiuæ, ita vt iniuria illata abſolutè, vel ob cir cũſtantias ſit maior, aut ſaltem non minor, quam damna, quę bellum inferre ſolet.

g Solent autem hæ potiſſimum cauſæ recenſeri, nempe ſubditorum contumacia. Repetitio eorum, quæ per uiolentiam ab hoſtibus detinentur, & cum denegatur id, quod de iure eſt concedendum.

Ad decernendum autem an aliqua cauſa iuſta ſit pro bello inferendo, debet prius Principes requirere conſilium virorum prudentum, & tractare, an rem cum aduerſario de bono, & æquo poſſit tranſigere *h* Plebæi autem non tenentur cauſas bellorum, quæ à ſuis Principibus geruntur examinare, & tantum ab eis abſtinebunt, cum iniuſtitia liquidò manifeſta eſt.

g Caſtr. de iuſta hær. punit. ca 14. Couar. relect. ca. peccatũ p. 2. §. 9. a nu 3. *h* Aug. 22 cõtra Fauſtum. cap. 74. & 75.

Recta intentio.

Tertio ad iuſtum bellum requiritur recta intentio, nè odio, uel cupiditate, ſed iuſtitiæ zelo moueatur hæc autem conditio ſi abſit licet peccetur, non tamen inducitur obligatio ad reſtitutionem, cum defectus rectæ intentionis, iuſtitiæ non detrahat.

Modus etiã in bello ſeruandus.

Supponitur tertio. adhuc in bello, quod iuſtè geritur, modum ſeruandum eſſe, & in ipſo conflictu, *i* ita ut illi ſolum directè occidantur, quorum occiſio prudentum conſilio, ad finem iuſtum obtinendum neceſſaria cenſeatur, vt ſupra etiã dictum eſt, *l* & poſt partã victoriam, etiam ipſis nocentibus in deditionem ſuſceptis parcendum ſit, vel omnibus, vel multis, pro modulo iniurię,

i Hadr'ã. in 4. q de reſt. §. ſed aut etiã.

Digitized by Google

iuriæ, damni illati, delictorum, &c. & præſertim habito reſpectu ad ſecuritatem fundandam, pro qua aliquando expedit omnes interfici.

a c. Monomachiã, 2. q. 5. T[illegible] teſt. 15. de ref. c. 19
b c. conſul nitſ. 2. q. 5.
c c. ſignif. cãũb. de purg. vulgari.

Supponitur quarto. Quantum ad duellum *a* eſſe iure naturæ, & diuino illicitum, nec dari poſse cauſam per quam reddatur licitum, vt patet ex earum refutatione.

Et quidem primo, non eſt licitum ad dubiæ veritatis indaginẽ patet tum quia eſſet tentare Deum, ſicut tentatur per aquæ feruentis hauſtum, & ferri igniti attrectationem, *b* ac proinde eſt etiam pecc. mort. tum quia eſt contra rationem ſumere id pro medio, quod ad illud non ordinatur; *c* immo fiet, vt plurimum vt in duello ſuccumbat, qui veritatem defendit, & victoriam reportet, qui eſt aſsertor mendatij. *Refelluntur cauſæ ob quas duellum poſſit reputari licitum. Non ad dubiæ veritatis indaginẽ.*

2 *Non ad vires oſtentandas.* Secundo, non ad vires oſtentandas, eſt enim contra rationem, exponere ſe ob hanc cauſam periculo mortis, qua de cauſa peccauit Golias, & non Dauid, qui Dei ſpiritu motus, eius cauſam ſuſcepit.

3 *Non ad vitandum ignominiam.*

d Bannis, 22. q. 40. a. 1.

Tertio, non ad vitandam ignominiam, ſeu ad defendendum proprium honorem, quem ſatis tutabitur apud bonos viros, ſi *d* prouocatus, reſpondeat, ſe quidem eſſe paratum ad ſui defenſionem, quotieſcunque ab eo inuadatur, ex conditione tamen ſe nolle acceptare Duellum, vt pote contra diuinam, & humanam legem.

e Pet. Na. 2. de reſt. c. 3.
f in c. 17. 1. Reg.

4 *Non ad ciuiles lites terminandũ.* Quarto, non ad terminandam litem ciuilem, *e* Ratio, quia hoc non eſt medium aptum.

Refellitur Cyril. Contrarium docuit Grill. *f* Probat, nam tunc eſt aggreſsor, ſed ſui defenſor.

Reſpondeo, eſſe potius vltorem, quod eſt munus publicæ poteſtatis, & ſi defenſor dici queat, vtique non cum moderamine inculpatæ tutelæ, cum alia ſuppetant media, nempè partium conuentio, ſententia iudicis, & bellum, ſi illud cauſa expoſtulet.

g L. vn. C. de gladiator.

5 *Nec ſpectaculi, & voluptatis.* Quinto. Non ſpectaculi, & voluptatis gratia. *g* Ratio, quia eſſet medium valde atrox ad finem tam parui momenti.

Ob has ergo cauſas nunquàm erit licitum acceptare duellum, indicare verò, cum ſit per ſe, & ex obiecto malum, ſemper erit illicitum. His præmiſſis.

Licitum eſt, cum alia non ſuppetit via acceptare, duellum ob ſui defenſionem. Dubitatur primo. An ob vitæ defenſionem, cum alia ſuppetit via, liceat duellum acceptare, verbi gratia. Imponitur coram iudice crimen, ob quod certò, capite, vel membro alieno plectetur, niſi contra impoſitorem, ſui defenſionem in Duelo aſſumeret [illegible]

h Caiet. ſecunda ſe[illegible] [illegible]

h [illegible] ſecundo affirmatiuè. Ratio, quia minus malum eſt ſubire [illegible] Q. [illegible] ſecunda, [illegible] nonageſimaquinta, artic. octauo, verſu quarta cauſa. [illegible]

incertum, quàm certum vitæ, vel membrorum periculum, neque hoc proprie, ſed nomine tantum duellum erit, cum potius defenſio, & iniuriæ propulſatio, *a* quæ licita eſt, vocari debeat.

Refellitur Syluest.

Contrarium docet *b* Sylueſt. ſed eius ratio nulla eſt, verè enim hic cogitur ab actuali aggreſſore, per capitalem iniuriam, & aliter ineuitabilem, coram Iudice illatam.

Dubitatur ſecundo. An liceat Duello bellum terminare.

c Reſpondeo affirmatiuè, præſertim, ſi qui bellum iuſtum gerit, ob tenues ſui exercitus copias, certus ſit ſe ab hoſte ſuperandum, & duello, multum confidat ſe victoriam reportaturum; hoc enim non eſt aggredi, ſed ſe defendere, & vti viribus ſuis, melioriſquo poteſt modo. Contrarium docet *d* Salon. ſed immeritò.

Reijcitur Salon.

Calit. doc.

Addit Caietanus, quod ſi ab iniquo iudice detur optio innocenti redimendi ſe à capitali ſententia contra ipſum lata, per duellum oblatum, poteſt illud acceptare, neque is, qui iudicis nomine duellum ſuſcepit, cenſebitur innoxius, cum partes hominis iniqui tueatur.

Adde, quod vnuſquiſque tenetur plus ſibi quàm alteri, ac proinde licebit incertum duelli exitum, certo ſuæ mortis ſupplicio à Iudice inferendo, præponere.

An cōdō de non ferēdo opem bullā sub. in duello ſeruādo.

Dubitatur tertio. An licita ſit illa duelli conditio, & vt ſcilicet bellantibus nemo opem ferat.

Reſpondeo negatiuè, ſi eum qui extremè indiget, conſtet eſſe innocentem. Ratio, quia aliàs eſſet contra charitatem, & quę hactenus dicta ſunt, intelligi, & limitari debent iuxtà Concilij *e* Tridentini decreta, Pij Quarti, Gregorij XIII. & Clemen. VIII. diplomata.

Quid de Taurorum, & eius generis ſpectaculis, Pij V.

Dubitatur quarto, de pugna cum Tauris, & eius generis beſtijs.

Reſpondeo, emanaſſe circa hoc Pij Quinti Bullam, *f* qua ſub pœna excommunicationis interdicitur tam permittentibus, quàm exercentibus, & præſertim clericis, ſiue regularibus, ſiue ſecularibus, qui interfuerint, & iurè, cum non deſint alia media minus periculoſa exercendi milites, & huiuſmodi pugnæ inſtruant potius ad fugiendum, quàm ad inuadendum, quod adnotatur, præſertim contra *g* Medinam, qui hac in re, licentioſus, quam pareſt, loquitur.

Greg. XIII.

Et quamuis Bulla hæc, per aliam Gregor. XIII. ad inſtantiam Regia Hiſpanarum ſublata ſit, quoad pœnam excommunicationis, adhuc tamen qui ſe exponeret periculo mortis

a l. vt vim §. de iuſt. & iure.

b v. duellū n. 2. & q. 2 a. 4.

c Tole lib. 5. c. 6.

d 2. 2. q. 64 ar. 3.

e Seſſ. 25. de refor. c. 19.

f Quæ incipit de ſalute gregis.

g Inſtrum. confeſsio. libro quarto, capitulo decimo quarto, §. vigeſimo octauo.

tis per huiuſmodi pugnam, & qui eius cau ſa eſſet, peccaret mortaliter, cum conſeruare ſe ipſum, ſit de iuræ naturæ; ſecus vbi nullum vitæ periculum, *a* ratio, quia ceſſante cauſa legis, ceſsat, & eius diſpoſitio.

a l. cum pater §. dulciſſimi ſ ff. de leg. 2.

b lib. 2. de reſt. c. 2. n. 302.

Quoad eos verò, qui huiuſmodi pugnis interſunt docet primo *b* Petr. Nauar. Clericos ratione ſcandali peccare mortal. cum omnes iudicent illicitum eſſe talibus eos ſpectaculis intereſſe, bullamque quantum ad excommunicationem non eſſe reuocatam reſpectu eorundem, ſiuè ſint in ſacris, ſiuè tantum beneficiati, & in minoribus.

Petr. Nau.

Nec obſtat, quod à prelatis aliquando non puniantur plerunque enim tolerant id, ad quod remedium commodè adhibere non poſsunt, præterquam quod, inferiorum prælatorum diſſimulatio, non præiudicat pontificijs ſanctionibus.

Prelati diſſimulãt, quæ punire non poſſunt, eorumque diſſimulatio pontificijs ſanctionibus non præiudicat.

Addit ſecundo, huiuſmodi excommunicationem ipſo facto incurri prout in bulla Pij V.

Tertio, & laicos, qui diebus quoquomodo feſtiuis, agitant tauros, vel interſunt peccare, & id mandantes ipſo facto eſſe excommunicatos. Ratio, quia in reuocatione, hic caſus expreſsè exceptus eſt.

Quarto. Religioſos, etiam laicos, peccare ſi interfuerint, tum ratione ſcandali, tum quia reuocatio, excipit tantum laicos ordinis militaris.

Digitized by Google

micidij, ac proindè magis illicitum, ut ſic, verbi gratia. Infantis detentio in lecto, & percuſſio etiam leuis mulieris prægnantis, ſunt ſimpliciter minus illicita, quàm furtum, & tamen illud magis periculoſum eſt, vt infans ſuffocetur & hoc vt mulier abortũ faciat, quam quod aſcendens in arborem, vt furetur fructus, indèque decidens, alium permitat.

Et quoniam homicidium caſuale poteſt etiam negatiue committi, hoc eſt, ex omiſſione eius, ex quo ſequitur mors alterius, ideo ſint ſequentes regulæ.

Regulæ de homicidio caſuali negatiuè cõmiſſo.

1. Regula.

Pima omittens id, ad quod ex charitate tenebatur, ſi ex tali omiſſione alter obeat, pecat. Ideoque ſciens vel ſcire debens proximum eſſe in mortis articulo, & potens paruo incommodo eum liberare, *a* peccat motaliter ſi non liberet. Dixi paruo labore, non autem cum diſpendio propriæ vitę, vel eorum, quæ nobis neceſſaria ſunt. Et rurſus inteligitur, quandò non eſt in poteſtate eius cui imminet mortis periculum, ut aliter euadat. Vnde minantis ſibi verbi gratia, ſuſpendium, niſi ei dedero centum, cũ periculum, ſit ex propria eius malitia, ſecus ſi quem à latrone inuaſum videro, & ſcientia occidendum, niſi det certam pecuniã, *b* nam tunc teneor dare modo quo ſupra, ideſt, ſi ſine graui incommodo, & ſcientia aliter nõ euaſurum, & hinc infertur, quod ſciẽs aliquem falſo condemnari, teneor ſub mor. pro eo verum teſtimonium dicere, vt liberetur, etiam ſi ex hoc, damnum, accuſator ſit perpeſſurus, quod intellige modo, res ſciatur extra confeſſionẽ; & quod ſciens alicui parari inſidias ad mortem, teneor admonere ſi commodè poſſum, ut ſupra.

a c. Paſce. d. 86.

b Nau ca. 24. n. 9.

Quãdo pro innocẽte tenemur teſtificari.

E admonere de inſidiis.

2. Regula.

c Secunda Regula, qui omittẽs, modo quo ſupra, facere aliquid ad quod tenetur ex iuſtitia, eſt in cauſa, vt ſequatur alterius mors nedum peccat iuxta omiſſionis qualitatem, ſed etiam tenetur ad reſtitutionem, quod extẽditur reſpectu cuiuſcunque damni, etiã ſi non ſit mors.

c Pet. Nauar. 2. de reſt. c. 3. n. 24.

Hoc præcepto inhibetur & ſpirituale homicidium, & quilibet actus præparatorius et quilibet concurſus.

Demum Not. hoc præcepto etiam ſpirituale homicidium inhiberi; & nedum penes actum exteriorem, ſed etiam intentionem voluntatis, & quemlibet actum præparatum, & quemlibet concurſum, qui contingit iubendo, conſulendo, ratificando.

BER-

LIBER OCTAVVS

Non Concupiſces.

De ordine, & eficacia huius præcepti. Caput Primum.

Rō connexionis.

PRæceptum de non mæchando, iurè ſubſequitur illud de non occidendo, vel quia poſt vitam nihil nobis honore antiquius, cuius iacturam alterius fornicatione incurrimus, vel quia frequenter homicidij cauſa, ſolet eſſe fornicatio.

Duo hoc præcepto iniunguntur vnū implicitè, alterum explicitè.

In hoc etiam præcepto, ſicut & in cæteris negatiuis, vnum eſt, quod explicite inhibetur, nempè quęcunque carnalis copula extra legitimum matrimonium, ac proinde omnia antecedentia, & conſequentia, quæ libidē concernunt. Alterum implicitè iubetur, nempe caſtitatem ſeruare, & ne, vt Aliqui perperam, axtremum tātum mæchię actum damnari crediderimus; Additum eſt, non eſſe, concupiſcendum, &c.

Quid luxuria.
Cur luxuria capitale vitium.

Huc, ergo, reuocanda erunt omnia, quę ad luxuriam pertinent. Eſt autem luxuria. Amor concupiſcentię circa venereas voluptates, qui quoties fit contra ordinem rationis, id eſt, extra legitimum matrimonium, & non in finem prolis generandæ, peccatum eſt ex ſuo genere mortale, adnumeratur enim inter opera carnis, *a* quæ qui exercuerit, regnum Dei non poſſidebit, dicitur que vnum ex ſeptem capitalibus uitijs, *b* eo quod ex ipſo multa oriantur ex parte intellectus, & uoluntatis, nempe cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſeculi, horror, vel deſperatio futuri, eſtque tam grauis luxuriæ deformitas, ut ne dum in ſacris, ſed etiam *c* profanis literis exagitetur.

a Galat. 5.
b S. Th. 2. 2. q. 153. a. 4. & 5.
c Vide Senecā 1. declam. Val. Max. lib. 9

Et quoniam deformitas in luxuria petenda eſt à fine indebito, ideo tot ſpecies contingit eſſe luxurię, quot deformitates erunt

in

Digitized by Google

in ipſo fine, quæ communiter ad ſex reducuntur, & ſunt Fornicatio. Adulterium, Inceſtus, Raptus, ſtuprum, & vitium contra naturam.

Sex ſunt luxuriæ ſpecies.

De Fornicatione, & Concubinatu Caput II.

Fornicatio propriè Impropriè Generice Specialiter Quid ſimplex Fornicatio.

SVpponitur Fornicationem, vel ſumi impropriè pro quolibet mor. pecc. inquantum per illud à Deo legitimo animæ ſponſo receditur, iuxta prophetam. *a* Perdidiſti omnes qui fornicantur ab ſte. Vel propriè, & hoc, vel genericè pro quocunque actu venereo, vel ſpecialiter, *c* pro humano concubitu illicito ſimplici, inter ſolutum, & ſolutam. Dicitur humanus, quia non cum Beſtijs, ſimplex, ita nè alia adſit deformitas, inter ſolutum, & ſolutam, modò aliàs virginitatis deflorationem præceſſerit. Addunt *d* alij, ſed gratis, vt concumbentes ſine baptizati. Hic ergo agemus de fornicatione propriè, & ſpecialiter ſumpta.

Quæſt. 1. Fornicatio nem eſſe pecca. morta. eſt de fide.

Dubitatur primo. An ſimplex fornicatio ſit peccatum mortalem.

Dicendum primo. *e* Quod ſit peccatum mortalem, eſt de fide.

Probatur ex ſcripturis, in quibus, *f* vt ſic prohibetur, *g* & appellatur crimen, *h* & eam patrantes excluduntur à Regno Dei, *i* eiſque interminatur iuditium, *l* ira Dei, *m* & mors ſecunda. Hęc Concluſio eſt contra *n* Gnoſticos hæreticos, *o* & nonnullos alios.

Quid de vxore fornicaria quã Oſea iuſſus eſt accipere ex Hy.

Obijcitur primo. Oſeæ præceptum fuit, *p* ſumere ſibi vxorem fornicariam.

Reſpõdeo primo, ex S. Hieron. illam quidem antè fuiſse fornicariam, ſumere autem huiuſmodi mulierem, non eſt illicitum, cũ fiat, ut per nuptias pudica euadat.

Secundo, ex *q* Diu. Thom. exiſtente diuino præcepto ceſsare actus

a Pſal. 72. vide Ieie. *ʒ* Iudic. 8. ſap. 14. *b* 1. Corinth. 5. *c* Alen. p. ſecunda, quæſtion. 143. S. Th. Tole. &c. *d* Sum. Corona, par. prima, nu. quiquageſimo quinto, Naua. manua. capitulo decimo ſexto, numero 3. *e* clemen. ad noſtrum de Hæreti. *f* Deuter. 23. Act. 15. Eccleſ. 42. Matth. 15. *g* Thobiæ. 4. Ad Galat. 5. prima Corinth. 6. Epheſ. 5. *i* Hebr. 13. *l* Coloſ. 3. *m* Apocalyp. 21. *n* Epiphan. hęr. 26. *o* Mart. de magiſt. & Duran. *p* capitulo primo. *q* capit. Non culpandus 32. queſtione prima.

actus deformitatem, non enim amplius eſt contra rectam rationem, cum hæc à diuina voluntate reguletur, ſic neque Abraham fuiſſet parricida immolando filium ex Dei præcepto.

Ex Lyrano. Opera miſericordiæ diſponunt ad veniã pro lubrico carnis.

Tertio, ex Lyrano, Dici fornicariam ſpiritu aliter ob peccatum idolatriæ, quam tamen ex diſpenſatione, ducere poterat in vxorem.

Obijcitur ſecundo. Glo. ex Ambr. in illud. *a* Pietas ad omnia vtilis eſt, dicente, quod ſequens lubricum carnis vapulabit, ſed peribit.

Concubina ex more legis aliquando pro vxore q ducitur ſine ſolemnitatibus.

b Reſpondeo, Ibi agi de operibus miſericordiæ, quę, ſi quis exerceat, diſponitur ad veniam conſequendam pro lubrico carnis.

Obijcitur tertio. *c* Iſidorus permittens haberi aliquam loco concubinæ.

Fornicatio prohibetur implicitè in decalogo.

Reſpondeo. Ibi nomine concubinæ, ex more *d* legis ſumi impropriè vxorem, quæ ducta ſit ſine legali ſolemnitate inſtrumenti, dotis, & teſtium.

Fornicatio mala etiam iure naturæ probatur.

Obijcitur quarto. Non prohibetur in decalogo. *e* Reſpondeo prohiberi implicitè nomine mœchię, vt & rapina nomine furti &c.

1 Per eam impeditur educatio quæ tamen iure naturæ præcipitur.

Quod ſi à fornicatione, quę corpus ipſum coinquinat, omnes debent abſtinere, præſertim Chriſtiani, *f* qui templum ſunt ſpiritus ſancti.

2 Prohibetur ſimul cum iis quæ repugnant iuri naturæ.

Dicendum ſecundo. *g* Fornicatio mala eſt, ne dum, quia diuino ſed etiam quia naturali iure prohibita Probatur.

h Primo. Iure naturæ præſcribitur prolis educatio quoad corpus, & inſtructio quoad animam, at hæc fieri nequeunt in vago concubitu, cum propter prolis incertitudinem, tum propter non diuturnam talis generis parentum cohabitationem.

Ignorantia in fornicatione non ſuffragatur.

Quod ſi aliquando diu cohabitent, id accidentarium eſt, cum tamen ratio naturalis dictet ea quæ per ſe, & vt plurimum eueniunt.

Quæſt. 2. Fornicatio eſt pec. mort. fallit.

Secundo. Quia in *i* ſcripturis ſimul cum furto, homicidio, Idolatria, &c. prohibetur, quæ etiam iure naturæ prohibita ſunt.

1

2

Hinc infertur nulli ſuffragari ignorantiam in fornicatione.

Dubitatur ſecundo. Quale pec. ſit fornicatio. Reſpondeo communiter eſſe mor. Fallit.

Primo, ſi deficiat vſus rationis, vt in amente, & ebrio, modò ne lapſus præcaueri potuerit. Sic excuſatur Loth.

l Secundo, cum vis infertur mulieri, etiam ſi delectationem illa ſentiret naturę illico clanculum blandiente, modo inſcius.

a 1. Tim. 4. *b* S. Th. vbi ſup. ad 5. *c* c. Chriſtianus, d. 34. *d* Glo. ibi, & Ant. p. 2. tit. 5. ca. 2. §. 1. *e* S. Aug. q. 71. ſup. Exod. *f* 1. Cor. 6. *g* Syl. v. luxuria, q 3. Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 2. Sot. Medi. Nauar. &c. *h* S. Tho. 2. 2. quæſtio. 154. ar. 2. *i* 2 Corin. 6. Epheſ. 5. Coloſſ. 3. Hebræos 13. *l* Nauarr. in manu. capit. de cimo ſexto, numero primo, Sot Lopez, &c.

rius non conſentiat, vnde fit vt, hoc tantum locum habeat in patiente; implicat enim agere, & non conſentire.

Dubitatur tertio, quiſnam grauius peccet fornicando vir, an fœmina?

a Reſpondeo vt plurimum grauius peccare virum, ſicut vt plurimum vir magis, quam fœmina propollet ingenio.

Dubitatur quarto, An viduæ concubitus ſit fornicatio.

b Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, *c* quia iam ſoluta eſt à viri poteſtate; neque poſſet hæc retinere bona à marito ſibi relicta intuitu ſeruandæ continentiæ, ſi hanc opere violauerit.

Circa concubinatum H. quod meretrix dicitur quæ ſe omnibus indifferenter exponit, concubina verò quæ vni tantum. Vnde concubinatus eſt continuatus quidam concubitus ſoluti cum ſoluta determinata, ac ſi matrimonio eſſent coniuncti, quod peccatum eſt grauiſſimum, & ideo concubinarius non eſt abſoluendus donec concubinam expellat, niſi forte in mortis articulo, cum id comodè fieri non poſſet, tunc enim ſatis eſſet propoſitum expellendi. Quod ſi quis concubinam domi non habeat, non propterea ſtatim eſt abſoluendus, ſed antè probanda eſt eius continentia, præſertim ſi multoties eam per recidium uiolauit; Imo *d* Concilium Tridentinum in delinquentes laicos diuerſis cenſuris pro criminis qualitate animaduertendum præcipit, quod etiam de mulieribus intellexit.

Quoad Eccleſiaſticos vero, præter *e* pænas illis iure antiquo inflictas *f* iubet 1

Primo, Ne Clerici concubinas, aut ſuſpectas mulieres ſiue domi, ſiue extra habeant, ſub pęnas per ſacros Canones, & Eccleſiaſtica ſtatuta impoſitis. 2 3

Secundo, quod ſi à ſuperioribus moniti, ſtatim non reſipuerint, tertiam parte fructuum, ſint ipſo facto priuati. 4

Tertio, ſi ſecundam monitionem aſpernentur, nedum omnibus priuandos, ſed etiam ab adminiſtratione ſuorum beneficiorum ſuſpendendos.

Quarto, ſi adhuc ſuſpenſi, ſint refractarij, tunc perpetuo omnibus officijs, ac beneficijs mulctandos, niſi poſt manifeſtam emendationem ſuperiores cum ipſis diſpenſandum cenſuerint. 5

Quinto, ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint denuo ſibi adiungere auſi fuerint, excommunicentur. 6

Sexto, ſi officijs, & beneficijs careant, ad ea inhabilitentur, inſuper à diuinis ſuſpendantur, & carceri pro criminis qualitate mancipentur. 7

Septimo, ſi delinquentes ſint, quod abſit, Epiſcopi, & a Prouinciali Synodo admoniti, ſi non correxerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi, deferendi poſtmodum ad ſummum Pontificem, qui in eos etiam per priuationem animaduertat.

Circa prædicta habetur primo ex *g* Nauarro, Priuationem tertię partis fructuum in Clericis habere locum, etiam ſi poſt *h* ſpecialē adminiſtrationem una uice prohibitam ſemel ſint fornicati, nam

a Tole. in ſum. lib. 5. c. 10.
b Alen. p. 2. q. 143. m. 9. 102. Bened. S. Ant. Nau. &c.
c 1. Cor. 7.
d Nau. manu. c. 3. n. 16. & c. 16. n. 20. Lop. Tole. &c.
e Seſſ. 24. de refor. matr. c. 8. Zerula in praxi epi. p. 1. v. concubinarii.
f Vide apud Sayr. to. 1. theſauri li. 5. ca. 21. nu. 21. &c.
g Tri. ſeſſ. 25. de refor. c. 14.
h to. 1. cõſ. 4. de cohabit. cler. & mul. in nouis.
i Cogreg. Cord. & clem. 1. & gl. in v. nominatim de vita & hon. cler.

Quæſt. 3. Vt plurimũ magis peccat fornicando vir quã mulier.
Vidua concubitus eſt fornicatio.
Quid meretrix.
Concubina
Concubinatus
Concubinarius quando abſoluendus.
Pæna contra concubinarios laicos.
Quid contra Eccleſiaſticos concubinarios.
Notat. 1. ex Nau.

ti, nam grauiores pænas, & cenſuras, non niſi tertio admoniti incurrent.

2 Notatur ſecundo. Clericis ob huiuſmodi crimen, omnibus fructibus priuandis, poſſe *a* aliquid ad vitę ſuſtentationem relinqui, ad deteriora vitanda, vt ſunt furta, homicidia, & ipſius Eccleſiaſtici Ordinis ignominia.

3 Notatur tertio. *b* Concilium iubens correctionem in huiuſmodi cauſis non retardandam, intelligere, niſi appellatio ex proceſſu iuſtificata appareat, & iam ſuperioris inhibitio fuerit interpoſita.

4 Notatur quarto. *c* Nil mirum ſi Clerici pręſertim ſeuerè corripiendi ſint, cum plura ſcelera fornicando committant, nempe adulterium, cum ſint infideles Eccleſiæ, quam ſibi per ſacros Ordines diſpenſarunt, ſacrilegium, &c.

a Sayr. tr. 1. theſauri lib. 4. c. 6. nu. 22.
b Lopez in addict. ad pract. cri. c. 78.
c Iac Menoc. de ar. iud qq. l. 2. cen. 5. caſu. 418. &c.

De Adulterio, & ſatisfactione circa partum adulterinum facienda. Cap. III.

Adulterij ethimologia, qualitas, difformitas.

Dulteriū iuxta nominis æthimologiam, idem ac ad alterius thori acceſſus, eſt peccatum *d* mortale, in ſpecie nedum luxuriæ, ſed etiam iniuſtitiæ ob iniuriam, quæ coniugi infertur *e* ſuntque in hoc pares viri, & mulieres, & grauiter delinquitur, cum vterque eſt coniugatus. Huius etiam peccati grauitas conijci poteſt ex penis contra adulteros promulgatis; Nam *f* & Moyſes iubet eiuſmodi lapidari, & per diuerſas *g* leges vltimo ſupplicio diuerſimodè afficiuntur.

Quæſt. 1. *Vt diuerſimode vir et mulier fornicādo grauius peccēt*

Dubitatur primo. *h* Quis grauius peccet adulterando, vir, an mulier, poſito quod vterque ſit coniugatus.

Dicendum primo. Habito reſpectu ad bonum fidelitatis, & ſacramenti vtrunque peccare æqualiter.

i Dicendum ſecundo. Cæteris paribus grauius peccare virum, vt pote maiori rationis vſus vigentem.

Quæſt. 2.

Dicendum tertio, Penſatis omnibus circumſtantijs, grauius delinquere adulterum ob maiora ſcandala, maioremque infamiam & ob ſpurium prolis intruſionem in alienam familiam, & hæreditatem.

Dubitatur ſecundo. Ad quid teneatur ſupponens ſibi alienum partum, vel generans ex adulterio, ne filij legitimi hæreditate priuentur.

d S. Th. 2. 2. q. 154. 8. 8.
e ca. chriſtiana 32. q. 5.
f Leuit. 20. 10. 8.
g Cod. & ff. de adul.
h Tabena. v. adulter. Syl. v. luxuria, q. 3. & cæt.
i c indignè ter. 33. q. 6.

Dicen-

Digitized by Google

Dicendum primo Si habet *a* bona propria vltra dotem, *b* debet de illis legitimo hæredi ſatisfacere ſic enim,& propriæ famæ conſulit,& damnum in eodem genere compenſat.

Prima concluſio.

Dicendum ſecundo, *c* ſi non habeat aut certè non ſufficientia, debet ex iuſtitia ſpurio ſuadere igreſſum Religionis, quæ aut ex proprio inſtituto in hæreditate non poſſit ſuccedere, aut ſaltem ex renunciatione,ab ipſomet legitimis hæredibus ante profeſſionem facienda.

Secũda concluſio.

Dicendum tertio, ſi ſpurius nolit ingredi Religionem, & mulier probabiliter iudicauerit illum ſibi non crediturum, ſatis erit contritio,*d* & abſolui poterit. Ratio, quia aliàs fruſtrà ſe diffamaret.

Tertia concluſio.

Contrarium docent Palud.& Hadrian. Probat.

Palud. Hadria.

Primo tenetur prædicator,verum dicere,etiam ſi ſpes emendationis non adſit.

Reſpondeo. Prædicatori adhuc ſupereſſe & alium finem,nempè & diuina Iuſtitia magis contra peccatores iuſtificetur,& principaliter Auditores tenentur credere Prædicatori,cum tamen nõ ſemper ſpurius matri credere teneatur.

Soluitur prima obiectio.

Probant ſecundo. Qui proximum infamauit, tenetur propriã retractare ſententiam,etiam ſi nihil ſe profecturum agnoſcat.

Soluitur ſecundo.

Reſpondeo in hoc caſu,*e* uel non teneri,*f* vel ſi tenetur, certè dato,quod per retractationem ſe infamet, iam prius ipſe proximum infamauit,quare non incurrit maius damnum,quam alteri intulerit, & principaliter ſperare poteſt,quod alijs ſuo exemplo mutent quandoque opininionem,& morem.

Quarta concluſio.

Dicendum quarto,ſi reuelãdo crimen ſuum ſperet mulier alienæ hęreditatis ceſſionem cum ſpurio profuturam, tenetur ad id præſtandum,modò nè proprium interitum, & grauia ſcandala, probabiliter euentura ſuſpicetur,præſertim ſi ipſa ſit bonæ famę *g* Ratio,quia hæc maius malum ſunt, quam omiſſio reſtitutionis bonorum. Proinde per rationem ab oppoſito, fallit hoc, *h* cum principatus,aut præclariſſima domus ad ſpurium ſilente adultera deueniret,& præſertim ſi ob eiuſmodi ſilentium graue damnum Reipublicę contingeret,vt nimirum quia ſpurius prauis ſit moribus,legitimus autem hęres vndequaque probatiſſimus,vel ſi ex eo bella ſuccreſcerent,quę aliàs tollerentur,&c.

Ex duobus malis minus eſt eligẽdum.

Contrarium rurſus docet Hadr.volens adulteram in omni caſu teneri ad eiuſmodi propalationem.

Probat primo. Reſtitutio eſt ſub præcepto,ergo numquam omittenda.

Soluitur prima obiectio.

Reſpondeo,eſse quidem ſub præcepto,ſed affirmatiuo,ideoq; requirere debitas circumſtantias inter quas eſt,vt fiat ſecundum rectam rationem,hæc autem numquam præſcribit fieri cum maiori damno proprio,ac ſit proximo illatum.

Probat ſecundo. Spiritus poſſidet rem alienam, inuito Domino.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo adhuc non debere Dominum contra rectę rationis iudi-

a dicũtur parefernalia, l. ſi ego. ff. d' iure dot.
b Hadr. 4. ſent. de reſtit. q. 1. §. difficultas
c Sco. 4. d. 15. q. 2. Io. Med. Caſ. Arag. &c.
d c. off. de pœnit. & remiſſ.

e Arag. 2. 2 q. 62. ar. 6.
f Caſt. l. 2 leg. pen. c. 11. Io. Mec. de reſti. q. 3. cauſa 4. &c.
g arg. t. in c. duo mala,&c. nerui teſticulorum, di. 13.
h Couarr. in reg. peccatum, 1. p. §. 1. nu. 6. Corduba Sco. Saluu. &c.

iuditium velle rem ſuam.quod contingit quando ex reſtitutione tam grauia damna eueniunt , *a* ſic neque repenti proprium enſem,debet quis reſtituere,ſi ſciat velle eo vti ad innocentis iniuriam,ratio quæ ſupra,quia ſcilicet huiuſmodi reſtitutio eſt contra rectam rationem.

a arg. c.ne q. quis arbitreiur, 22. q. 2. l. bona fide ff. depoſ.

Probat tertio. Iudex,Tabellio,& teſtis,tenentur ſemper reſarcire damnum vtcumque alteri illatum, etiam cum diſcrimine famæ,& vitæ.

Soluitur tertia. Reſpondeo in his caſibus adeſſe æqualitatem inter ſatisfactionem,& damnum illatum,ſecus in caſu noſtro,*b* prętér quã quod qui ſic debet reſtituere,poteſt ſe priusquam totum in locum recipere, & inde per literas rem tranſigere.

b Victoria & Salon. vbi ſupra concl. 3.

Probat quarto. Adultera ad omnia ſcandala,quę ex ſua reuelatione oriri poſſent, tantum permiſſiuè concurrit, ad iniuſtam verò mariti,& hæredum lęſionem concurrit poſitiuè, ergo hęc potius,quam illa præcaueri debet.

Soluitur 4. Reſpondeo illam ęqualiter ad ſcandala, & ad læſionem concurrere,nimirum tacendo,et ſi detegendo crimen efficit probabiliter vt legitimus filius capiat hæreditatem,etiam probabiliter inducit periculum mortis,& ſcandolorum,in ęquali autem dubio, preferenda eſt uita propria,indemnitati legitimorum hęredum.

In dubio eſt præferenda vita adulteræ indemnitati legitimorum hæredũ.

c Dicendum quinto. Si adulteræ ex proprij criminis reuelatione nullum immineat uitæ diſcrimen,& ſpurius ei fidem adhibẽs ſit dimiſſurus hæreditatem legitimo filio, ipſaque non ſit adeo illuſtris fæmina,aut tam probari nominis,ut eius conſeruatio,bonorum reſtitutioni præponderet,tenetur adulterium reuelare.

Quinta concluſio.

c Hoſtienſ. in ſum. l. 5. tit. de pænit. & remiſſ. Pan. in c. officij eod. tit.

Sexta concluſio. Dicendum ſexto. Modus Iuriſtarum,*d* nempè ut mater inducat filios ut ſibi inuicem iura dimittant,planè inſufficiens eſt. Tum quia & illa ſic ſe infamat,ad quod regulariter non tenetur,& dãnum illatum non tollitur,& uicaria hæc condonatio, cum non ſit ſpontanea,fiatque ab unoquoque ignorante,& timente ne ipſe ſit ſpurius,minimè cenſetur ualida.

d Riccar. 4. d. 15. ar. 5. qu. 4. ad 9. Palu. 4. d. 27. q. 2. art. 1. concl. 3. S. Anton. Sylu. &c.

Septima concluſ. Dicendum ſexto. Spurius non tenetur credere matri ſe eſſe intelligendum,etiam ſi id iureiurando aſſeueret. Secus quãdo euidenter conuinceretur teſtibus,& neceſſarijs probationibus, ut uerbigratia,quod pater putatiuus abfuerit tẽpore ſui conceptus quod aliàs nouerit ſe amanter ab ea tractatum,ita ut ſuſpicari nõ poſſit illam nunc odio commoueri. Idemque ſi mulier ſit in articulo mortis, reputetur ab omnibus timoratæ conſcientiæ, propriæque famę ſollicita. Quare in his caſibus tenetur hæreditatem dimittere,etiã ſi in foro exteriori ſibi fuerit adiudicata, quia ueritas eſt prę ferenda pręſumptioni,unde aliàs ſciens, & prudens poſſideret inuito domino. *e* Quod intellige ante aditam, & pręſcriptam hęreditatem,nam ſi dubium poſtea ſuperuenerit ad nihil tenebitur,cum in dubio melior ſit conditio poſſidentis,& pręſcriptio bona fide,& iuſto titulo ritè peracta ſit, quæ incipit cum primum pro legitimo filio nominari incipit,& reputari.

Quando quęrendum, vel non credendum eſt matri aſſerẽti ſpurium.

e Panorm. in c. intelleximus de adult. Syl. q. 2. facit lex ſi vicinis. C. de nupt.

Quod ſi ante pręſcriptionem conſtet ſe fuiſſe ſpurium, debet

Digitized by Google

quidem renuntiare hæreditati, ſed *a* de perceptis,& bona fide cõ ſumptis,nihil tenetur reſtituere quin imo ad neceſſariam,& moderatam vitę ſuſtentationem conformiter gradui ipſius, poteſt arbitrio boni viri ſibi portionem aliquam hæreditatis retinere.

a Salon. et Sy. ubi ſupra.

Obijcitur. Obijcitur, ſi quis vtcumque deceptus, ſed citrà meam culpam, putans me eſſe filium ſuum, legaſſet mihi centum, non teneor reſtituere, cum eiuſmodi deceptio illi, non mihi ſit imputanda.

Soluitur. *b* Reſpondeo diſparem eſſe rationem, ibi enim ſufficit conſenſus legantis, vt tuta conſcientia, centum poſſideam, in noſtro verò caſo pater non ſua ſponte, ſed lege inſtituit me hæredem, quẽ putabat eſſe legitimum, non inſtituturus, ſi illegitimum eſſe ſciſſet.

b Sot. 4. Iuſti. q. 7. ar. 2. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 6.

Reſtitutio eſt faciẽda a ſpurio, non ſecundum ęquiualentiam ſed ſecundum correſpondẽtiã iuſtitiæ.

Demum notandũ *c* ex Sco. Quòd cum reſtitutio eſt facienda vero hæredi, attendi debet non æquiualens totius hæreditatis, ſed id quod Iuſtitiæ correſpondet, cum multum inte ſit inter habere, & prope eſſe, qui autem eſt legitimus hæres, licet fuerit propè ſecundum iuſtitiam, numquam tamẽ habuit hæreditatem, ideoque minus quàm æquiualens hæreditati ſufficit pro reſtitutione.

c in 4. diſt. 15. q. 2.

Quſtæ. 3 cui reſtituẽdum ſi maritus adulterá non habeat alium filium.

Dubitatur tertio. Cuinam debeat reſtituere adultera, ſi maritus alium non habet filium.

d Dicendum primo. Reſtituendum cui facta eſt ſubſtitutio pupillatis.

d Caſt. loco citato Arag ar. 6.

Secundo, ſi hæc ſit omiſſa, reſtituendum eſt ei, cui certò ſciret maritum relicturum hæreditatem. Ratio, quia voluntas eſt pro teſtamento.

Quæſt. 4. mulier dubitans de legitimitate filij, ad nihil tenetur

Tertio, ſi id ignoret, reſtituendum conſanguineis, qui ſuccederent ab inteſtato. Proderit autem in hoc caſu viri prudentis iuditium.

Dubitatur quarto. Ad quid teneatur adultera dubitans, an filius ſit legitimus.

e Reſpondeo, ad nihil. Ratio, quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis famam ſuam, & filij, qui eſt in poſſeſſione legitimi hæredis.

e Salon. 2. 2. q. 62. ar. 6. contr. 8.

Prima concluſio. Dubitatur quinto. An adulter aliquid debeat reſtituere marito adulteræ, & filiis eius.

Secũda concluſio. Dicendum primo. Quandiu adulter non credit, nec credere debet talem filium eſſe ſuum, vt quia mulier alijs ſui copiam ſecerit, &c. nulli tenetur reſtituere, *f* quod amplia, etiam ſi de hac re aliquod ei probabile dubium ſuboriatur.

f S. Ant. p. 2. tit. 2. ca. 7.

Tertia concluſio. Dicendum ſecundo, non teneri ad aliquod reſtituendum cum vitæ, & famæ diſcrimine, vt dictum eſt ſupra de adultera.

Dicendum tertio. Teneri ad reſtituendum, quando adulteræ conſuluit vt ſpurium, illum viro ſuo ſupponeret tanquam legitimum.

g Ang. ve. adulteriũ, n. 3. Sy. v. eo. q. 5. na. ua. 3. d. reſti. c. 1. p. 2. du. 21. nu. 157.

Quarta cõcluſio. *g* Dicendum quarto. Credens, aut credere debens ſpurium eſſe ſuum, teneri ad integram reſtitutionẽ, ſi adultera non it, aut nõ poſſit pro ſua rata concurrere, & quidem quod reſtituere teneatur marito adulteræ & filiis legitimis, patet, cum non minus ipſe

quam adultera fuerit cauſa damni illati,& vterque ſciens,& prudens æqualiter dederit operam actui, qui ex ſui natura ad generationem ordinatur,neque magis mulier,quàm vir generare intẽderit.*a* Nunquam tamen procurandus eſt abortus, vel prolis interitus,etiam ad infamiam,& mortem vitandam.

Abortus procuratio omnino illicita, Quinta cõcluſio

a arg. c. facie 22. q. 3.

Dicendum quinto. Diuites exponentes ſpurios hoſpitalibus,teneri ad reſtitutionem,& inſtructionem per ſe,vel per alios. Ratio primi eſt,quia huiuſmodi loca pia ad pauperum ſuſtentationem ſunt inſtituta. Ratio ſecundi eſt obligatio paternitatis.

b Demum animo adulterino,vel fornicario cognoſcentes proprias vxores, ſpirituale adulterium, & fornicationem committunt.

b glo. in c. origo 32. q. 2. in ve. Amator, &c.

Nota.

De inceſtu, & ſtupro. Cap. IIII.

c Qui Authores de hac materia Say. in princ.

Inceſtus, *c* cuius grauitas à turpi iniuria, quæ parentibus irrogatur, penſanda eſt, definitur eſſe. Abuſus per carnalem copulam cum perſona conſanguinea,vel affini intra gradus prohibitos.

Inceſtus quid.

Eſt autem conſanguinitas,vinculum,ſeu propinquitas perſonarum deſcendentium ab vno ſtipite, per carnalem propagationem contracta ſiuè ſit per lineam rectam immediatè, vt filij à patre, vel mediatè,vt nepotes è patre, ſiue per lineam tranſuerſalem, ſeu collateralem,vt fratres & ſorores ab eodem patre, conſobrini à fratribus, & ſororibus, &c. Dicitur per carnalem propagationem, quia nihil refert, an deſcendat per coitum fornicarium,vel vxorium.

Conſanguinitas quid.

Stipes eſt perſona illa,à qua reliqui ducunt originem.

Quid ſtipes cõſanguinitatis.

Linea deſcendens eſt à propagante ad propagatos, aſcendens verò,è contra.

Gradus eſt habitudo determinatæ diſtantiæ perſonæ à perſona in linea conſanguinitatis,propriè autem reperitur in linea recta, minus propriè in tranſuerſali.

Quid gradus conſanguinitatis.

Stipes non facit gradum,ſed eſt illius principium, & radix arboris conſanguinitatis, ita vt filius à patre diſtans faciat vnum gradum,nepos ſecundum,pronepos tertium,abnepos quartum, &c.ſic in linea tranſuerſali fratres faciunt primum gradum, conſobrini ſecundum,filij conſobrinorum tertium, &c.

Quo numerandi gradus conſanguinitatis.

Quando igitur contrahendum eſt matrimonium, inſpici debet in quo gradu diſtent uir, & fæmina à primo ſtipite, & tot erunt

gradus

gradus, quot inuenientur perſonæ diſtantes aſcendentes, & deſcendentes, non numerando ſtipitem.

Matrimonium illicitum uſque ad quartum gradū.

Et quamuis olim prohibitio matrimonij fuerit vſque ad ſextū gradum, *a* nunc verò non niſi vſque ad quartum incluſiuè extenditur, vnde cognoſcens carnaliter conſanguineam in quocunque prædictorum quatuor graduum, committit inceſtum, tantò grauius, quanto perſona coniunctior eſſet ſtipiti, & in omnium, rectè ſentientium opinione, *b* debet quis confitendo explicare gradum propinquitatis, cum hæc circumſtantia, licet non mutet, maximè tamen intra eandem ſpeciem, peccatum aggrauet, multumque interſit, quantum attinet ad turpitudinem actus, inter vnam, & aliam propinquitatem.

Explicādus eſt gradus conſanguinitatis in inceſtu.

b In linea verò aſcendentium, & deſcendentium, vt inter auū, & neptem, eſt perpetua prohibitio.

Affinitatis ethimologia & definitio.

Affinitas quaſi duorum ad vnum finem cognationis vnitas, eſt propinquitas inter perſonas, *c* quarum vna copulam, ſiue vxoriam ſiue fornicariam cum feminis commixtione in vaſe debito habuit cum conſanguinea alterius.

Per huiuſmodi verò affinitatem, conſanguinei coniugum efficiuntur affines coniugis in eodem gradu, quem habent cum ſuo propinquo, qui alterum coniugem ducit, verbi gratia, Lucia eſt ſoror Petri, qui ducit Martham in vxorem; per hoc matrimonium Lucia efficitur etiam ſoror Marthæ, quamuis vocetur cognata, ſic ducens neptem Petri, fit & ipſe Petri nepos. Conſanguinei verò coniugum nullam contrahunt affinitatem inter ſe.

Affinitatem matrimonii ad quē gradum extenditur.

Affinitas, quæ per coitum matrimonialem contrahitur, habet quatuor gradus, inter quos, computando primum à fratribus, & ſororibus vſque ad quartum incluſiuè, nuptiæ ſunt prohibitæ, quod intelligendum vterque coniux eſt in quarto, ſecus ſi vnus ſit in 4. alter in 5. *d* nam tunc attenditur perſona remotior, & proinde non eſt neceſſaria diſpenſatio. Et rurſus hi gradus, eodem omninò modo ſunt computandi, quo, & conſanguinitatis.

Affinitas ex actu fornicario vſq; ad quem gradū dirimit, vel matrimon. impediat. Fin. V quid conſtituerit circa affinitatem ex fornic.

Si verò affinitas per actum fornicatium ſit contracta, quamuis olim impediebat, & dirimebat matrimonium vſque ad quartum gradum, ſicut & ea quæ per verum matrimonium, poſtea tamen ex *e* Trident. vinculum hoc fuit reſtrictum, ita vt etſi vſque ad eūdem quartum gradum incluſiuè contrahi nequeat, contractum tamen non dirimetur niſi intra primum, & ſecundum, & rurſus *f* Pius Quintus declárauit ne impediret quidem niſi in: ı eundem ſecundum gradum.

Modi quib. inceſtus cōmittitur.

Committitur autem peccatum inceſtus. *g* Primo cum quis cognoſcit vxorem patris ſui, vel auunculi, *h* Secundo, ſi mulierem, quę fuerit ab eiſdem carnaliter cognita, *i* Tertio, ſi matrem vxoris ſuæ, *l* Quarto, ſi nurum, *m* Quinto, ſi materteram, vel amitam, *n* Sexto ſi matrem, vel filiam, vel ſororem, *o* Septimo, ſi neptem, *p* Octauo, ſi duas ſorores, *q* Nono, ſi vxorem fratris ſui, *r* Decimo,

a Inn. 3. in c. non dēt de conſan guin. et af fin
b S. Anto. p. 2. tit. 5. c. 5.
c c. extraordinaria, 35. q. 5. c diſcretionē, ca. tuæ fraternitatis, de eo, qui cogn. conſ. vxo.
d Greg. 9. in ca. fi. de conſang. & af. Alē. 2. p. q. 150 nu. 4.
e ſeſs. 24. d̄ refor. matri. c. 4.
f in bulla, ſanctiſ. in chriſto pater. anno 1566.
g Leuit. 18
h 34. q. 1. 2 2. cau. fi.
i c. ſi quis cū matre, 35. q. 3.
l c. ſi vir, & vxor.
m Leu. 20.
n 35. q. 1. i pri. § His ita, ibi gl. inver per Moyſem.
o Leui. 18
p c ſi quis 34. q. 2.
q c. de inceſtis 35. q. 3. *r* c. peruenit 30. q. 1.

mo, ſi commatrem, *a* Vndecimo, ſi filiam adoptiuam, *b* Duodecimo, ſi filiam ſpiritualem. Etenim ex Triden. inter baptizatum, & illius patrem, & matrem; & ſuſcipiẽtes ipſum baptizatũ, nec non inter baptizatum, & baptizantem, baptizatique patrem, & matrem tantum, ſpiritualis cognatio contrahitur, ſimiliter, & in confirmatione, de quo in Trid. de ſacramentis.

Quanta verò ſit huius peccati grauitas, patet ex pæna mortis illi à Deo *c* conſtituta. Reuocentur etiam in memoriam, quæ *d* Ruben, *e* & Abſaloni ob crimen iſtud euenirunt, vtque eadem de cauſa *f* Ioannes Hærodem increpauerit, & *g* ab Apoſtolo fuerit incæſtuoſus Sathanæ tradditus per excommunicationem.

Quarta luxuriæ ſpecies dicitur ſtuprum definiturque illicita fœminæ virginis ſub vera parentum exiſtentis defloratio. Feminæ quidem, nam licet virginitas communis ſit vtrique ſexui *h* tamen ſtuprum propriè cadit in fœmina, ita vt vir primo concumbens extra matrimonium, non ſtuprum, ſed ſimplicem fornicationem committat, & ratio eſt, quia tantum fœmina corporale ſignaculũ per primum concubitum amittit, ideoque ipſa tantum debet neceſſariò confiteri ſe tunc primò defloratam. Additur ſub parentum cura, quia ex hoc & ſpecialis iniuria parentibus irrogatur, & ſpecialis quædam deformitas inſurgit, ſi violetur, quatenus minus idonea redditur honeſto coniugio, cum amittat virginalem corporis integritatem, quæ non niſi per legitimum matrimonium auferri debet; ex quo etiam ſequitur quod ſtuprata vt plurimùm vitę meretriciæ, & mortis periculo exponatur.

Hęc autem, quæ dicta ſunt de ſtupro, intelligi debent, quando virgo ſpontè conſentit, nam cum ei vis adhibetur, vel è paterna domo extrahitur, etiam ſi poſtea in deflorationem conſentiret, alia luxurię ſpecies conſtitueretur.

i Eſſe autem ſtuprum grauius peccatum fornicatione, patet, cum habeat totam eius malitiam, & aliquid amplius, nempè ſignaculi virginalis ablationem.

Sed & illud adnotandum, quod aliud eſt amittere virginitatem, aliud ſignaculum virginitatis; *l* Primum contingit, ſi virgo ſe ipſam voluntarie polluat per mollitiem, aut concubitum ſodomiticum cum femina, *l* & è contra, ſi virgo per vim ſtupraretur, aut vulnus à medico in illis partibus acciperet, amitteret quidem ſignaculum virginitatis, ſed adhuc virgo moraliter diceretur.

Denique ſi accidat virginem non eſſe ſub cura parentum, vel eſſe ita grandęuam vt amplius generationi iudicetur inutilis, adhuc defloratio eius dicetur ſtuprum, ratio, quæ ſupra.

a c. ita diligere 30. q. 3.
b q. 24. de refor. matrim. c. 2
c Leuit. 18 20.
d Gen. 49
e 2. Re. 13
f Marci 6.
g 1. cor. 5.
h Caiet. 2. 2. q. 154 a. 6. Naua. c. 16 num. 3 &c.
i S. Th. 2. 2 q. 154. a. 6. & ibi. Cuyta Alę. p. 2. qu. 148.
l S. Tho. vbi ſup. q. 152. i cor. ar. & ad 4. &c.
m S. Aug. 1. ciu. c. 18 Alen. p. 2. q. 143. m. 10.

Cognatio ſpiritualis, quomodo & inter quos cõtrahatur.

Grauitas inceſtus quanta ſit.
Stuprũ quid.

Virginitatis defloratio cadit in faminam.

Vt ſtuprum grauius fornicatione.
Aliud eſt amittere virginitatem & aliud virginitatis ſignaculum.

Digitized by Google

De alijs Luxuriæ ſpeciebus. Caput V.

RAptus, *a* quinta luxuriæ ſpecies, cōmittitur cū fœmina cuiſcunque conditionis in finem turpitudinis vi abducitur, etiam ſi ipſa tantum reluctetur, aut ij, ſub quorum eſt poteſtate.

b Et licet Raptus cum alia luxuriæ deformitate coniungi poſſint vt ſi quæ rapitur, aut opprimitur ſit virgo, vel conſanguinea, ſemper tamen habet ſuam propriam, vel ſpiritualem rationem.

Cæterùm, quamuis de iure antiquo matrimonium inter raptorem, & raptam licitè contrahi potuerit, tamen id reformauit Concilium *c* Tridentinum, ſtatuens eſſe irritum, niſi mulier ſeorſim à raptoribus poteſtate conſentiat. Addidit & contra raptores excommunicationem latæ ſententiæ, *d* quæ tamen olim non erat niſi comminatoria.

Raptor ſecundum *e* leges ciuiles, ſi ancillam, vel libertam rapuit, decapitatur, *f* ſi ingenuam, & honeſtā, præter mortem, eius ſubſtantia raptæ adiudicatur.

Sexta Luxuriæ ſpecies dicitur *g* peccatum contra naturā, quia nimirum generationi humanæ, quæ in actu venereo eſt per ſe naturalis finis *h* aduerſatur, diciturque *i* Sodomia *l* nephanda libido & *m* grauiſſima luxuria.

Habet autem hoc peccatum varias ſpecies, iuxta varios modos ſecundum quos committi poteſt.

Prima ſpecies dicitur Mollities, per quam excludi hominem à Regno Dei teſtatur *n* Apoſtolus, & contingit, vel ſi abſque concubitu procuretur, propter quod *o* Onan percuſſus fuit, vel ſi in concubitu quidem, *o* ſed non ad debitum ſexum, & dicitur Sodomia, *q* vel ſi non ſeruetur naturalis concumbendi modus, aut quātum ad inſtrumentum indebitum, aut quantum ad indebitum ſitum, locumque naturalem, *r* vel ſi cum beſtijs, rebuſque irrationabilibus peccetur.

Quod ſpectat ad mollitiem, etiam eſse peccatum mortale, patet ex Apoſtolo dicente. *ſ* Neque molles Regnum Dei poſſidebūt *t* ita vt nè ob vitæ conſeruationem, aut alium quemcumque finem licita ſit, cum ſemper natura habeant aliunde, quam ex ſeminis effuſione quomodo purgari queat, vt per ſudores, abſtinentias, &c.

a 36. qu. 1. can. lex illa & 36. q. 2. per totā *b* S. Th. 2. 2. q. 154. a 7. Say. nu 1. *c* ſeſſ 24 de refor. matri. c 6. *d* Caiet. 2. 2 q. 164 a. 7 dub. 2. *e* c. de rap. torib. 36 q. 1. *f* l. vn. c. de rapt. virg. *g* c. adulterij 32. q. 7. *h* c. quod ait, d. 14. c. Flagitia 32. q. 7. *i* c. i eo fornicator 32 q. de puni. iud. §. cē lex Iulan. *l* Auth. vt non luxuriæ col 6. *m* 1. Cor. 6. *n* Gen. 38. *o* l. fœdiſſimum C. de adult.

Raptores ſunt ipſo facto excommunicati

Raptores qua pœna mulctentur

Peccatū cōtra naturā

Species peccati contra naturam.

Mollities.

Sodomia.

Beſtialitas

Mollities voluntaria ſemper pec. ac proinde nullum ſine lethale.

p S. Aug. in c. ad. 32. q. 7. *q* Leu. 18. *r* 1. Cor. 6 *ſ* Ric. 3. d. 37. a. 3. q. 2.

abundantia humoris ex cibi ſuperfluitate proueniens, & tunc ſi culpabilis eſt, ideſt ad hunc finem procurati, erit peccatum mor. Idem dicendum, cum quis veſcitur cibis ſalacibus ad luxuriæ incentium, *a* ſecus ſi ad gulam explendam, modò non habeat moralem certitudinem, quod ſubinde polluetur, quod ex eo præſertim iudicabit ſi ex talium comeſtione ciborum non ſemper pollutio ſecuta ſit. *b* Imo quis non habeat vnde ſuſtentetur niſi huiuſmodi alimonia, omninò non tenetur abſtinere, ratio quia & finis licitus eſt nempe vitæ ſuſtentatio, & cauſa cum in ſe mala non ſit, præcaueri non debet. *c* Idem dicendum de curſore, qui ſi aliter pollutionem impedire nequit, quàm pedibus incedendo, non tenetur deſcendere de equo, *d* ſicut nec à iuſta refectione abſtinere.

a Aug. v. Pollutio, n.2.S.Anto.p.2.tit.6.c.5. *b* Tol. lib. c.15. *c* Nau.ca.16.2.8. *d* Bart. Medi.c.2.q.74.ar.5.&6.

2 *Animalis interior.* Secunda cauſa eſt animalis interior, nempè præcedens cogitatio, quæ ſi fuerit purè ſpeculatiua, aut ad bonum finem nempè concionandi &c. nullum inducit peccatum, ſi verò annexam habuerit concupiſcentiam, ſequetur præcedentis concupiſcentiæ mortalis, aut uenialis qualitatem.

e Caſſian. n colla.

3 *Spiritualis & extrinſeca.* Tertia eſt ſpiritualis, & extrinſeca, nempe *e* Dęmonis illuſio, phantaſmata commouentis, quæ pollutionem prouocent, & tunc peccatur, aut venialiter, ſi venialis negligentia præceſſerit in ſe non præmuniendo, aut mortaliter ſi talis ſubſequatur complacentia, qua velit quis contigiſſe in vigilia, quod contigit in ſomnis.

Vt liceat complacentia, & deſiderium poli ut ... Dubitatur. An liceat ob naturę alleuiationem, morbumque & tentationes vitandas deſiderare, & complacere de pollutione nocturna.

f Reſpondeo affirmatiuè. Ratio, quia & talis pollutio eſt naturæ effectus, & conſequenter in ſe non mala, & eiuſmodi fines liciti ſunt.

f Alen.p.2.q.105.ma.10.§.4.S.Ant.Phil.Nau.&c.

Sotus. Valen. Bart. Med. Palud. Hadrian. Contrarium docent *g* Sot. & *h* Valen. & alij, & ſuppoſita illa regula, quod quando actio ob ignorantiam, vel aliam cauſam excuſatur à culpa, conſenſus in illam actionem non eſt licitus, niſi ſimul cum conſenſu eadem cauſa concurrat actu.

g 4.d.12.q.1.a.7. *h* 10.3. diſp.9 q.3. pun.3.

Probant primo, exemplo furioſi qui in lucido interuallo non poteſt delectari de præterito homicidio, cum tunc non abſit vſus rationis.

Soluitur prima obiectio. Reſpondeo, ſi homicidium illud eſſet aliàs ſecundum iuſtitiã, vt potè tyramni, vel aliàs hominis facinoroſi, & proclamati, etiam in lucido internallo poſſet quis de eo, vt pote de re iuſta complaceri, cumque pollutio nocturna non ex motiuo libidinis, in ſe mala non ſit ideo, &c. ideo quandocunque licita erit eius complacentia.

Probant ſecundo, de eo cui vice vxoris ſuppoſita ſit alia mulier, hic enim ubi id re ciuerit, non poterit amplius delectari de opere fornicario, quod præceſſit.

Reſpondeo Fornicationem, ex ſe eſſe malam, & non niſi ob ignorantiam excuſare, ideoque ſemper neceſſe eſt, vt hæc cauſa

Digitized by Google

cum recordatione concurrat ne ſit mala, non ſic nocturna pollutio. proinde regula fundamentalis aduerſarij tum intelligitur de opere, quod ex ſe ſit malum.

Soluitur ſecunda.

a Hæc eadem nocturna pollutio ex naturæ curſu proueniens, non tollit virginitatem, vnde etiam elicitur non eſſe ex ſe malam. Semper tamen periculoſius erit deſiderium illam præcedens, etiam non ad finem venereum, quàm complacentia ſubſequens, cum illud poſſit quandoque eſſe in cauſa, vt eueniat, iſta nunquàm.

Pollutio noct. nō tollit virg.

a Med. 1. 2. q. 74. ar. 5 & 6.

Quoad Sodomiam conſtat nè dum eſſe pec. mor. *b* ſed ab hominabile ipſis etiam Dœmonibus, *c* diuinæque vltionis maximè prouocatiuum.

Sodomi ſex ecrandum ſcelus.

b S. An 1. 2. tit. 5. ca. 4. §. 2.

c Gen. 18.

d Legibus municipalibus qui horrendo huic, & fœdiſsimo vitio ſunt obnoxij, ne dum ſunt infames, *e* ſed cōburuntur, &c. *f* Clericus verò, iure antiquo, exhautoratus in monaſterium detrudebatur, nunc autem ex conſtitutione *g* Pij V. omni beneficio, & dignitate priuatus, traditur curiæ ſeculari, eſtque irregularis ſi ſit notorius.

Pœnę antiquo & nouiſſimo iure tam laicis quam clericis ſodomitis cōſtituta.

d l. cū vir. c. de adul.

e c. dē extraor. crim.

f c. clerici de exceſs. prælat.

g quæ incipit horrē. dum illud elus.

h Hæc autem intelliguntur de copula vltima ſodomitica, quæ fit maſculino coitu, eiaculando ſemen intra pudenda poſteriora, non autem de quolibet actu ſodomitico, qui poteſt etiam cadere inter fœminas.

h Lop. in pract. crim. can c. 86.

i Quod ſpectat ad innaturalitatem, ſi contingat quia concubitus non in naturali vaſe, ſemper eſt pecc. mort. cum ita ſemper naturæ intentio, nempe prolis generatio, fruſtretur, ſi verò ſit, quia non naturalis concumbendi modus ſeruetur, tunc aut id fit cauſa maioris libidinis, & erit pecc. mor. aut ex iuſta cauſa, vt propter ægritudinem, vel pinguedinem, vel ne fœtus ſuffocetur, &c. & non erit pec. modò vir ſemen in vas naturale eiaculetur.

Innaturalitas quando ſit peccat.

i Ioan. Bened. ſum. de vitijs lib. 2. ca. 6 &c.

Beſtialitas vltima luxuriæ ſpecies eſt pec. mor. omniumque grauiſſimum *l* pœna mortis ab ipſa met lege veteri, puniendum; *m* cæterum in confeſſione ſatis eſt generice aperire ſe cum beſtia rē habuiſse, ratio quia pecc. hoc eſt vnum ſpecie ſpecialiſſima. eſt enim vnum ſpecie motiuum in omnibus, nempe venerea delectatio, cū re diuerſę ſpeciei.

Beſtialitas

l Leuit. 20.

m Io. Chapeauillus de caſ. reſeru. caſ. 15 q. 1.

Ad hanc ſpeciem reducitur & concubitus cum Dœmone, ſiue ipſe fiat ſuccubus, ſiue incubus, ſiue hominis ſiue beſtię corpus aſſumet, quantum enim eſt ex parte concubitus, ſemper eſt eadem formalis ratio, idemque motiuum, ſed delectatio venerea, cum re quæ verè eſt diuerſę ſpeciei ab homine; *n* Ex alio tamen capite, nempe ratione ſuperſtitionis ad quam ſpectat ſocietas, cum Dæmone, erit diuerſę ſpeciei à beſtialitate.

Cōcubitus cū Dæmone vt reducatur ad beſtialitatē, vt ad ſuperſtitionem.

n Caiet. 2. 2. q. 154. a. 11. dub. 3

Quæritur autem an hęc peccata contra naturam poſſint ſimul concurrere in eadem ſpecie, cum peccatis luxurię naturalis, verbi gratia. Aliquis non cognoſcens alienam vxorem, vel ſanctimonialem, &c. contra naturam fit ſimul adulter, ſeu ſacrilegus, & ſodomita, &c.

o Caiet. 2. 2. q. 154. a. 12. dub. 1.

o Reſpondeo; vel conſiderantur huiuſmodi peccata ex parte

actus,

actus,vel ex parte iniuriæ. Primo nego, cum naturale, & contra naturam opponantur.

Secundo concedo,cum maior iniuria irrogetur,verbi gratia, ſanctimoniali,abutendo illa contra naturam, quàm naturaliter. Vnde elicio peccatum contra naturam propriè tantum poſſe concurrere cum raptu,& ſacrilegio cum hæc in ſua deformitate ſpecifica non inuoluant modum peculiarem concubitus,ſed ſatis ſit ad illam,vt cumque mulierem raptam, vel velatá cognoſcere è contra uerò,quia adulterium incæſtus, & ſtuprum, connotant actum in tali vaſe,ideo cognoſcens virginem, vel cõſanguineam vel alienam vxorem contra naturam, non niſi redi ctiuè dicetur reus aliarum ſpecierum luxuriæ naturalis,ſicut nec per actũ contra naturam contrahitur affinitas.

a Sum.co. 1. p.c.2. d. circumſt. nu.16.

b S. Th. 2. 2. q.154 art. 10.ad 2.

Aliud eſt reſeruare ſodomiticũ aliud vitium contra naturam

a Demum adnotandum,quod ſi in caſibus reſeruatur actus ſodomiticus,intelligitur ſolùm de ſodomia,vt dictum eſt ſupra; ſi verò vitium contra naturam, intelligitur de omnibus prædictis ſpeciebus cum ſecunda perſona.

Sacrilegium vt ad irreligioſitatẽ, vt ad luxuriam ſpectat.

b Circa ſacrilegium, licet hoc per ſe ad irreligioſitatem ſpectet,ex relatione tamen ad finem,nempè ad actum luxuriæ,& ipſum,luxuriæ,quædam ſpecies cõſtituitur ſemper enim actus virtutis,aut vitij,ordinatus ad finem alterius,ſortitur illius ſpeciem. vt furtum,quod per adulterium committitur, tranſit in ſpeciem adulterij.

Sacrilegium vt luxuriæ ſpecies quid

Vt ſic ergo ſacrilegium definitur vitium luxuriæ, quo vel perſona Deo per Caſtitatis votum dicata, vel locus conſecratus, violatur.

c Lop. 2. p. inſt.cõſ. c.73.

Nota circa reſeruatione ſacrilegij

c Illum tamen adnotandum, quod Epiſcopus generaliter ſibi reſeruans ſacrilegium,non præſumitur reſeruare coitum cũ perſona religioſa,aut ſacris initiata niſi expreſſerit.

Sacrilegium grauius ex violatione perſonæ, quàm loci ſacri.

Rurſus grauius ſacrilegium eſt ex violatione perſonæ, quàm loci ſacri.

d Mach 5. Peral.p.2. tit.de lux. c 8 & alij apud Say. n.31.in fi.

e Ric. 4 d. 32.ar. 3 q. 1. ſyl.etc. fl. vnic.§. 1.C. de raptu.virg.

d Ratio,quia hic in illius ſanctitatem eligitur. *e* Neque locus ſacer dicetur polui ſi coniuges ad euitandam incontinentiam, qua de præſenti vexantur, ſecretò in eo coierint. Similiter nec polluitur ſi ſeminis emiſſio contingat ſupra tectum; Dormitoria verò Religioſorum in ordine ad hunc finem non veniunt appellatione loci ſacri,ſicut nec loca ſubterranea.

Sacrilegium põt concurre rẽ cum aliis luxuriæ ſpeciebus.

Item poſſe ſacrilegium concurrere cum alijs luxuriæ ſpeciebus,patet,nam qui verbigratia ſanctimonialem rapuerit, eáque violauerit,vel abuſus fuerit, ſerit nedum ſacrilegus,ſed raptor, ſtuprator,& ſodomita,&c.

Inter peccata cõtra naturam quod ad grauius

Denique ſicut peccatum,quod eſt contra naturam grauius eſt alijs luxuriæ ſpeciebus.cum per has homo tantũ tranſgrediatur id,quod eſt ſecundum rectam rationem,non autem naturalem vſum,ita inter ſpecies peccati contra naturam grauiſſima eſt beſtialitas,ſubſequitur ſodomia,poſt hanc concubitus indebitus, tùm mollities.

Similiter inter ſpecies naturalis luxuriæ, præponderat Inceſtus,

ſub-

Digitized by Google

Inter ſpecies luxuriæ naturalis, quæ grauior altera.

ſubſequitur ſtuprum, ſuccedit adulterium, hęc aggrauantur per raptum, & multò magis concurrente ſacrilegio, vltima eſt fornicatio; *a* nam cognitio vxoris obfinem libidinis tantum, reducitur impropriè ad adulterium.

a S. Th. 2. 2. q. 154. a. 12. Sebaſ. Med. Chapeanel.

De Oſculis, tactibus impublicis, & c. quæ in ſexto, ac nono Decalogi præceptis prohibentur.

Oſcula vt nō in ſe ipſis mala ſit nec relinquando p.

PRimò peccatur per oſcula, tactus, & amplexus, hæc enim cum ſint communiter præambula ad concubitum, ſortiuntur moraliter idē motiuum, & obiectum, quod habet actus, quem circumſtant.

Dixi communiter, nō autem ſemper, *b* alioquin oſcula in ſe ipſis cum mala non ſint, poſſunt etiam fieri abſque culpa ex patriæ conſuetudine in ſignum pacis, & beneuolentiæ, ſic & amplexus, tactus etiam, poſſunt dirigi in finem applicandæ medicinæ; ſed cum hæc omnia in finem luxuriç dirigun tur, ſunt peccata mortalia eiuſdem ſpeciei cum coitu, ad quem ex intentione operantis diriguntur.

b S. Cypr. l. ſ e p r t vel 62.

S. Th. 2. 2. q. 154. a. 4. Caieta. Sylu. Nau. &c.

Idem de tactus & amplexu.

Quid de oſculis coniugum, etiam ante initum matrim.

Oſcula verò inter coniuges etiam ante matrimonium, etiam ſi in finem delectationis, non ſunt peccata mortalia, cum iam per ſpōſalia ſint in via ad ſtatum, & voluptatem matrimonialem, modò hæc ſint ſine vlteriori fine, & ſine pollutionis periculo, tactus verò impudici inter eos nullatenus ſunt permittendi, quin nec ſecreti congreſſus, &c.

Coniugū tactus impudici, & ſecreti cōgreſſus ante matrim. vitandi.

Cæterum vt tactus, qui fiunt in choræis ex leuitate non ſunt peccata mortalia, ita oſcula ex more patrię conſueta dari, non ſunt publice vitanda, etiam ſi ſciantur dari affectu libidinis, modò non adſit conſenſus.

Vſus operis externi adſitentem venereum p. m.

c Secundo peccatur vſu operis externi ad rem veneream excitandam cuiuſmodi ſunt libri, & literę amatoriæ, verba, & cantus laſciui, ſalutationes, loca inhoneſta, & c.

c S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. §. quinius grad. Medi. Tol. Nauar. &c.

Adſpectus ad concupiſcentiam p. mor.

Tertio peccatur reſpectu mulieris *d* ad concupiſcendam eam, *e* quod ſi ſit ad vanam tantum animi recreationem, erit peccatum veniale.

d Mat. 5.

e Caie. 10. 1. opuſ. 4. tr. 14. d. 3.

f Quarto. Peccat dans per ſe efficacem occaſionem ruinæ alterius, vt mulier, verbi gratia, exponens ſe in feneſtra, vt videatur ab eo, à quo ſe ſcit carnaliter adamari, vel curioſius ſe adornans, dixi per ſe, alioquin non peccat mortaliter, ſi id faciat ex leuitate; & mul-

f Na c 16. n. 13. verſ. 11. &c.

& multo minus ſi vt iuuenem ad ſuas nuptias honeſte alliciat, *a* ratio huius dicti eſt, quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.

a c. ſi culpa, de iniuria, & dam. dat.

Quinto peccatur deſiderio & affectu deliberato, & peccatum erit eiuſdem ſpeciei, cuius eſſet opus conſumatum circa tale obiectum, in quod fertur deſiderium, & ſi deſiderij obiectum ſit multiplex, multiplicem etiam deformitatem induet.

Deliberatũ luxurię deſiderium, p. mor.

Sexto. Peccatur delectatione moroſa, ſeu deliberata, quæ cum ex voluntatis aſſenſu dependeat, momento poteſt contingere. Pro dicendorum autem intelligentia.

Delectatio moroſa p. mor.

Notandum primo. Res ſenſibus perceptas primo animalem appetitum, imaginandique facultatem ſui deſiderio excitare, deinde ad voluntatẽ, quę appetitur ſuperior dicitur pertingere, quæ ſimiliter eam afficiat, exciterque nedum vt rem deſideret, ſed vt in ea ſibi complaceat, & delectetur; inter deſiderium vero & delectationem illud intereſt, quod deſiderium eſt appetitus aliquid faciendi ex deliberatione rationis; delectatio autem eſt iucunda complacentia de re, vel de rei cogitatione. Vnde hæc poteſt verſari etiam circa præterita, & contingere abſque ordine ad opus.

Appetitus ſuperior, et inferior. quomodo excitentur. Quid inter ſit inter delectationẽ & deſiderium.

Notandum ſecundo. Quoſdam motus dici primo primos, nempe qui omnem rationis vſum anteuertunt, ſiue ij ex ſola imaginatione, ſiue ex corporali alteratione, & ſenſibus eueniant; quoſdã dici primò ſecundos, qui & ſi non omnem, plenam tamen rationis deliberationem præueniunt, ac proinde ſunt aliquo modo in poteſtatem voluntatis, vt præueniantur, & reprimantur.

Motus primo primi vel primo ſecundi.

Eſt autem difficultas, an omnes motus primo primi ſint peccata ſaltem venialia.

Motus primo primi, nullum peccatum inducunt.

b Reſpondeo negatiue. & intelligo tàm de motibus ſenſualitatis, quàm voluntatis, tàm circa obiecta corporalia, quàm ſpiritualia. 1

Probatur primo, quia ſunt inuoluntarij, vnde *c* Auguſtinus, Non eſſe, aiebat, in poteſtate noſtra, quibus uiſi tangamur, ſed ſolùm quodlibet uiſum ſumere, uel reſpuere. 2

Secundo, quia adhuc quantacumque diligentia adhibita inſurgunt, *d* ita ut malę cogitationes impediri quandoque nequeant, 3
nedum in generali, ſed neque in particulari. 4

Tertio, quia perſæpe Dæmon, etiam reluctantibus illudit.

Quarto, quia poſſunt aliquando contingere ex opere, à quo quis non tenetur deſiſtere, ut legere, concionari &c.

Contrarium primo docent *e* nonnulli, uel ex eo, quod in appetitu ſenſitiuo ponunt ſufficientem libertatem ad ueniale, uel propter uoluntatis negligentiam. Sed ij & falſum aſſumunt, *f* cum libertas in ordine ad quodcumque peccatum non niſi in ordine ad rationem ſumenda ſit, & rem ſupponunt, nempe committi negligentiam, quæ ſi adſit, non diffitemur inducere peccatum ueniale.

Libertas qua peccatũ inducat tantum in ordine ad voluntatẽ.

b Riccard. 2.d.21.ar. 2.q 3. Sc. Alma &c. quos citat Sayr. in propria ſententia. nu. 7.
c lib.3. de lib.arb. c. 25.
d S.T. 1.2 q. 8. ar. 2.
e Altiſiod. Alẽ. Caie. Alb. Bonauen. apud Say. nu 7.
f S. Tho 1.2.q.74.a 4. Say. n. 9

Secundo

Secundo. Contrarium docent [a] alij, volentes ſaltem motus primò primos ex imaginatione prouenientes, eſſe peccatum veniale. Sed ijs non refragamur, ſi imaginationem præueniendo, euitare & poſſimus, & teneamur.

a S. Thô. Dur. Ger. & alii apud Sayr. ibid.

Quoniam verò vt plurimum tanta, quanta poſſet ad præcauendos hos motus, diligentia non adhibetur, nil mirum ſi etiam in eis aliquando venialiter delinquatur.

Motus ſecundo primi inducunt peccati rationem iuxta voluntarij rationem, quatenus [illegible]

[b] Circa motus autem ſecundo primos, nulli dubium, quin iuxta rationis aduertentiam, quæ facit perfectè, vel imperfectè voluntarium, dicendum ſit in ijs peccari venialiter, vel mortaliter.

b vide authores apud Sayr. n. 10. in fi.

De

De Delectatione moroſa, an & quando peccatum ſit & de uoluntatis conſenſu ab eam neceſſario. Caput VII.

SPectantia ad delectationẽ moroſam, duplici capite continẽtur rei, & actus, hic ſe tenet ex parte cõſenſus, ille ex parte obiecti, circa quod eſt delectatio.

Delectationẽ moroſã integrat, res & actus, in obiectum & conſenſus.

Pro intelligentia autem. Notandum primo, Delectationem, quãtum ad pręſens negotium poſſe eſſe, vel de re illicita, vel de ipſamet cogitatione rei illicitę, vel de modis, quibus res illicita executioni demandetur.

Conſenſus vel expreſſus, vel implicitus.

Notandum ſecundo. Conſenſum deliberatum eſſe duplicem, implicitum, ſeu tacitum, & interpretatiuum, & explicitum, ſiue expreſſum.

Expreſſus eſt, ut ex nomine ipſo colligitur, cum uoluntas expreſſe aliquid approbat.

Implicitus contingit tripliciter.

Implicitus vero habet ſe oppoſito modo, & contingit tripliciter.

Primò cum quis licet expletè nolit aliquid, uerbi gratia illicitam delectationem, liberè tamen facit id, quod eſt illius cauſa aduertens poſſe indè conſequi.

Secundo, cum uidens ſibi ingruere eiuſmodi delectatione non reſiſtit etiam ſi ipſe directè non ſit illius delectationis cauſa.

Tertio, quando quis cum poteſt, & debet adhuc cõtemnit aduertere quod eſt illicitum. His præmiſſis.

Dubitatur primo. Quiſnam conſenſus ſufficiat ad peccatum mortale.

a Alen. p. 2.q.118.m. 11. S. Th. 1.2.q.74. ar.8. Bonauen. &c. apud Say. nu.3.

a Reſpondeo nedum explicitum, ſed uirtualem, & implicitum.

Probatur 1.

Probatur primo quia etiam in hoc adeſt plenè uoluntarium, cum adſit & expreſſa aduertentia, & nedum debitum, ſed & facultas, reſiſtendi, eiuſmodi autem voluntarium in re mala ſemper inducit peccatum mortale.

Secundo. In moralibus idem eſt facere, quod homo facere non

Digitized by Google

non debet, quod ſupponit conſeſum, explicitum, & non facere, quod debet & poteſt, quod ſupponit implicitum, ſed primo modo peccatur mortaliter, ergo, & ſecundo.

3 Tertio ex maxima ruinæ occaſione, quæ aliàs daretur hominibus etiam pijs.

4 *a* Quarto ex ſcriptura multoties inculcante cordis cuſtodiam.

Contrarium docuit *b* Caiet. *c* cum alijs uolens, quod vbi expliciti conſenſus periculum non timetur, poteſt quis pati, verbi gratia, delectationem carnis, tanquam naturalem quendam motum.

Refellitur Caiet.

Sed falitur, cum adhuc eiuſmodi delectatio ſine expliciti conſenſus periculo, ſit in ſe mala, & peccaminoſa.

Dubitatur ſecundo. Quæ nam cauſæ moroſę delectationis uitari debeat.

Quę nam cauſæ moroſæ delectationis repellendæ.

d Reſpond: huiuſmodi cãs eſſe in triplici genere, quędam ex ſe ſunt honeſtæ, & utiles, vt audire confeſſiones, ſtudere ad diſputandum, vel docendum. Quædam indifferentes, licet minus vtiles, & quæ aliquando ſine magno incommodo toli poſſunt, vt politicæ conuerſationes, eſus aliquorum ciborum uagus aſpectus mulierum, &c.

Quædam denique, quę ex ſui natura tendunt ad huiuſmodi illicitas delectationes, & quidem cauſas primi generis non tenetur quis remouere, alioquin, ut benè *e* Caietanus, oportet homines eſſe Angelos, qui vtiles, & honeſtas functiones obirent. Cauſas etiam ſecũdi generis, niſi inſtante periculo expreſſis conſenſus in delectationẽ, vel in actum, quod etiam dicimus de cauſis primi generis non tenemur amouere. Ratio, quia cum in hac uita plurimæ ſint, nimis difficilis redderetur via ſalutis, ſi quoties quis eas non amoueret, peccaret mortaliter, & quamuis in his motibus reperiatur uoluntarium indirectè non eſt tamen ita perfectum, vt ſufficiat ad mortale, ſed ad veniale. Demum cauſę tertij generis ſub pœna pecc. mor. ſunt repellendæ.

a Prou. 4. ſap. p. Ier. 4 Lucæ. 21 &c.
b In verb. delectatio verſ. magna tamẽ.
c Ang. Syl. Tab. Adri.
d Nau. ca. 11. n. 12. & in c. cogit. n. 12. in fi. de pęn. d. 1. Lop. Medin. Vaſq. &c.
e tom. 1. opuſc. 11. 21.

Dubitatur. tertio. Quam reſiſtentiam teneamur adhibere huiuſmodi delectationibus.

Non tenemur ad ſummam reſiſtentiam, niſi ingruente conſenſus periculo.

f Dicendum primo, non teneri ſub mort. ad ſummam diligentiam, quam quis addibere poſſit, cum neque ad maiora mandata, cum tanta difficultate teneamur; hinc non teneor, verbi gratia, curſu rapidiſſimo cotendere ad Eccleſiam ualde diſtantem vt hora conſtituta ſacro interſim, ſic neque teneor inſtar ſanctorum Benedicti, & Franciſci me in ſpinas, vel in niuem conijcere carnis illicebra pruirente, quin nè a cena quidem ſurgere, vel flagilis me cędere, modò non adſit periculum, quo eiuſmodi motus, voluntatem pertrahãt ad conſenſum, tunc enim potius mors eſſet oppetenda.

f Med. 1. 2. q. 74. a. 6.

Dicendum ſecundo, teneri nos ad aliquam reſiſtentiam, cum ingruentes delectationes ex ſuo genere malæ ſunt reſiſtentiæ autem

tem modus, & conatus ex particularibus circumſtantijs penſandus erit, fiet que pręſertim auertendo mentem ad aliud obiectum.

Sed vbi timoratæ conſcientiæ viri experti ſunt nunquam ſe conſentire, & reſiſtendo nè dum non proficere, ſed acrius impeti, *a* poterunt etiam abſque veniali, illas contemnere, & ſibi huc in modum potius quaſi fuga, quàm reſiſtentia compellere.

a S.Th. 1. 2. q 35. ar. 1. ad 4. Gerſon. Nau. Valem. &c.

Dubitatur quarto. Qualis inaduertentia iudicanda ſit plenè voluntaria, & deliberata. In hac re.

Inaduertētia quādoque excuſat nempe cum non eſt plena eſt pfecta.

b Certum eſt primo. Aliquando inaduertentiam, vel ex impetu paſſionis, vel ex naturali cauſa etiam ſi concurrat aliqua negligentia, etiam ſi diu duraret, etiam ſi quis aliquantulum delectaretur poſſe eſſe inuoluntariam, & indeliberatam ac proinde non inducere pecc. mort. non enim ſemper poſitum eſt in poteſtate noſtra recordari eorum quæ oportet.

b Caiet. in ſum. v. delectatio, Naua. c. 2. n. 12. ver. ſecundū Phil. &c.

Inaduertētia vt mortalem reatum inducat.

Certum eſt ſecundo, hanc inaduertentiam eſſe peccatum mortale, *c* cum enim ex magna voluntatis malitia procedit, nedum non minuit voluntarium, ſed adauget.

c S. Th. 1. 2. q. 15. ar. 4. ad 3. & q. 74. a. 7.

Regula in dubijs.

d Regula autem generalis eſt, vt qui habitum contraxerint conſentiendi huiuſmodi peccatis quando aduertunt, ita vt ex cogitatione, mox ad opus patrandum exeant, cenſeantur in dubijs peccare mortaliter, ſecus qui benè affectam erga Deum voluntatem habent, ſolentque reſiſtere, & abſtinere nedum ab opere, ſed à conſenſu cum aduertunt.

d Med. 1. 2. q. 74 ar. 6. docū 3.

An ſimplex complacentia ſit peccatū.

Dubitatur quinto. An delectatio moroſa, ideſt, an ſimplex complacentia, & delectatio ſine conſenſu exequendi, opus ſit mortale. Pro ſolutione.

Voluntas efficax habet ordinē ad opus.

Notandum primo. Inter voluntatem efficacem, & ſimplicis complacentiæ hoc eſſe diſcrimen, quod illa totam malitiam mutuatur ab opere malo, prout executioni mandando, hæc autem non.

Et quidem malitia, quæ eſt ex obiecto, & circumſtantijs, licet primario inſit actui exteriori, ſecundario tamen deriuatur etiam in interiorem, cum hic ſit illius cauſa, vnde ſicut medicina per analogiam dicitur ſana in ordine ad ſanitatem, quam inducit ſic voluntas efficax operis mali, quod cauſat, dicetur & ipſa mala.

Voluntas ſimplicis complacen præſcindit ob opere

Circa opus bonum, pōt eſſe non bona complacentia.

Hoc autem non contingit in uoluntatem ſimplicis complacentiæ, cum præſcindat ab opere; Vnde fieri poteſt ut aliqua operatio externa ſit ſine culpa, & adhuc ſimplex de ea complacentia ſic peccatum, patet in ſtupro uiolenter illato, quod ex ſe quidem non imputatur ad aliquod peccatum ei, qui illud patitur, quamuis adhuc peccare poſſit, ſi de eo aduertenter delectetur; patet etiam in ſententia capitali iuſtè in aliquem delinquentem lata, euius complacentia, quatenus malum alterius eſt adhuc peccatum.

Notan-

Notandum 2 Si quis præexiſtente uoluntate efficaci adhuc ab opere retraheretur, quia uidet illud eſse malum, tunc uoluntas ex uſabitur à peccato.

Timor abſque ſeruilitate excuſat uoluntatem efficacē, &c.

Ratio quę ſupra, quia ſcilicet uerè excludit propoſitum peccandi, & hoc ex motiuo honeſtatis.

a Idemque dicendum ſi motiuum eſset ad euitandas pœnas inferni, modò ex alio capite opus non placeret, nec amplius de executione cogitaretur, alioquin timor eſſet ſeruilis cum ſeruilitate, his præmiſſis.

a S. Th. 1. 2. q. 74. ar. 8.

Delectatio moroſa de venor. eſt p. m.

b Reſpondeo, Delectationem moroſam, ſeu complacentiam de peccato mortali in materia venerea, nam in alijs infra, eſse mortalem.

b S. Tho. ibid. Scot. 2. diſt. 42. q. 1. & alij apud Say. nu. 9.

Griſoſt. Hilar. Auguſt. Greg. Iſid.

Probatur primo ex Patribus. *c* Chryſoſtomus enim damnat, nedum concupiſcere ad adulterandum, ſed & videre ad concupiſcendum.

d Nihil ominus operi fornicario, illecebroſam affectionem adęquat. *e* Auguſtinus propter hanc æternum reatum incurrere homines aſseuerat. ſubſcribunt Greg. Iſid. &c.

Secundo ex Scriptura *f* huiuſmodi noxias cogitationes increpante, *g* atteſtantque eas à Deo ſeparare.

Tertio ratione. Res mala repugnat rectæ rationi, ergo debet diſplicere rectæ uoluntati.

c Hom. 17 in Matth. *d* in cap. 5 Matthæi. *e* 12. Trin. c. 12. *f* Ierem. 4. *g* Sap. c. 1.

Dubitatur ſexto. Quodnā debeat eſse obiectum, ut delectatio moroſa ſit peccatum mortale. Suppono autem, ut ſupra dictum eſt, delectationem eſse uel de re mala cogitata, uel de ipſa rei malæ cogitatione.

Delectatio moroſa de cogitatione & bona mala, & inutilis eſſe poteſt.

h Dicendum primo. Delectationem moroſam de ipſa cogitatione, & bonam eſse, ſi ex bono motiuo procedit, nempè concionandi, legendi, & cætera. Malam autem cum aliquis per eam ſemetipſum peccati periculo per conſenſum in opus exponit, & uanam, ſi abſque cauſa talem delectationem per mentem reuoluat.

h Azorius 1 p. inſtit moral. lib. 4. cap 6. q. 3 Philiarcus de off. ſac. p. 2. li. 4. 18.

Delectatio de re mala iam iure naturali, quam poſitiuo, ſemper mala.

i Dicendum ſecundo, Nihil refert ad malitiam delectationis, an ſit de re naturali, uel poſitiuo iure prohibita. Ratio, quia utrobique obiectum eſt mortaliter malum.

Gab. Ledeſm. Corduba.

Contrarium docuerunt *l* Gabriel, *m* Ledeſma, *n* & Corduba uolentes tantum delectationem de re ſuapte natura mala, vt furta, homicidia, & cæt. eſse malam, non autem eam quæ eſt de re mala ob prohibitionem, vt ſunt ludus, carnium eſus die Veneris & c.

m Vaſq. 1. 2. to 1. diſputat 110. Medin. C. de reſti. q. 21. §. demus iam. *n* 4 diſtinc 15. quæſt. 13. artic 5.

Probaut primo. Quæ mala ſunt ea tantum ratione, quia prohibita poſsent non eſse prohibita, ergo ſi apprehendantur non prohi-

dubio tertio.

o 1. parte quarta, queſtio uigeſima prima, articuio ſeptimo.

p Libro ſecundo queſtionarij, quæſtio trigeſima, dubio 1.

Digitized by Google

hibita non erunt mala, & vt ſic poſſit quis impunè de eis dele-
ctari.

Confirmatur, quia poſset quis deſiderare a non eſse prohi-
bita: *Soluitur prima obiectio.*

Reſpondeo concedendo totum, non enim ſumus in caſu no-
ſtro, ſed loquimur abſolutè, cum quis de eis delectatur ſine huiuſ
modi præſciſſione.

Probant ſecundo. Intentio Legislatoris etiam Eccleſiaſtici, eſt
tantum vt lex ſuo tempore obſeruetur ſecundum opus exterius,
ergo præter hanc, nullam aliam obligationem inducit.

Reſpondeo non eſse in poteſtate Legiſlatoris prohibere opus, *Soluitur ſecunda.*
& non includere delectationem moroſam circa tale opus.

Ratio, quia cum opus ex prohibitione redditur malum, red-
ditur & neceſſario mala voluntas efficax circa ipſum, cum ex hu
ius malitia illius reatus deriuetur.

a H:dr. 4. d. 4. de Eucha §. His præmiſſis. Vaſq 1.4. to. 1. diſp. 111. c. 4. *a* Dicendum tertio. Quamuis omnis voluntas efficax de ope-
re & obiecto malo mortaliter, aut venialiter, mortale, aut ve-
niale peccatum ſit, pro ratione obiecti, ſimplex tamen delecta-
tio, aut diſplicentia non tantum ex obiecto, quantum ex op-
poſitione ad rectam rationem, & virtutem, peccatum mor-
tale, aut veniale erit. Ratio vtriuſque patet ex dictis. Hinc in-
fertur. *Simplex cō placētia nō ſemper malitiā deſumit ab obiecto, ſed ab oppoſitione ad rectā rōnem.*

b S Th. 1. p q 63. ar 3. *b* Primo ſimplicem delectationem ſuperbiæ, quia ex ſe oppo
nitur virtuti humilitatis, ſi ſit notabilis, & immoderata, vt fuit in
Angelis, eſſe peccatum mortale. *1. Correl*

Secundo, Delectari de peccato, prout eſt offenſa Dei, eſſe mor-
tale. 2

Ratio, quia eſt contra virtutem charitatis.

Tertio notabilem delectationem contra mandatum Superio-
ris, eſſe mortalem. 3

Ratio, quia opponitur virtuti obedientiæ, & in his caſibus ſim-
plicis complacentiæ, ſpecies peccati ſumitur non ex obiecto, ſed
ex motiuo, quo quis delectatur.

Quarto delectari de alterius damno notabili, vt morte, præci-
piti, &c. prout ſunt malum perſonæ, eſse mortale. 4

c 2. 2. q. 159. Ratio, quia hoc opponitur virtuti charitatis, vel miſericordiæ,
inter ſæuitiam, & crudelitatem, conſule *c* Diuum Thomam, ſecus
autem eſſet, ſi quis delectaretur de commodo ſibi indè obuenien-
te, aut ridicula circumſtantia, vel de innouitate, aut alio motiuo,
quod nulli vitio opponatur.

Eandemque ob cauſam delectari de ludo etiam prohibito,
modò per hoc non inducat alios ad ludendum, non eſt mortale.

Ratio, quæ ſupra, nam ſi hoc opponeretur alicui virtuti, certè
non alteri, quàm Eutrapeliæ, aut huic opponitur etiam ludus non
prohibitus, cuius tamen delectatio non eſt prohibita, ſed con-
ceditur.

a Nec obſtat quod Auguſtinus damnat aſpectum venationis, nam ipſe tantum de ea intelligit, in qua venatoris vita periclitatur, & adſpicienti naſcitur delectatio ex hoc motiuo, quod eſt contra charitatem.

Soluitur obiect. ex Aug.

a in pſ. 147 & refertur in c. vidēs d. 66.

Ex quo etiam deducitur, narrantem furtum, vel homicidium à ſe commiſſum cum delectatione ob damnum proximi, peccare mortaliter, ſecus ſi ob bonum ſibi ſecutum, vel ſubtilem momentum, quo ila patrata ſunt.

5. Coroll.

Infertur quinto. Delectationem interiorem de obiecto venereo ſi ſit immoderata, & notabilis eſſe mortalem. Ratio, quia opponitur virtuti caſtitatis.

6

Sexto infertur etiam in affectu ſimplicis diſplicentiæ attendendum eſse motiuum, ex quo illa procedit, nam quando hoc nulli virtutis opponitur, nullum cauſabit peccatum, ſic non peccabit qui de ieiunio ſub præcepto triſtatur ob famem, vel moleſtiam, & cæt.

Sic etiam, quia Chriſtus de morte, quam ſubire tenebatur ſub præcepto, triſtabatur tantum, quatenus erat malum naturę, ideo nullatenus peccauit. E contra, etiam ſi quis triſtaretur de proprio peccato ob maximum emolumentum, quod inde inimico euenit, præſertim ſi non aliunde ſibi peccauiſſe diſpliceret.

Dubitatur ſeptimo. An omnis delectatio moroſa ſit in materia venerea vnius ſpeciei, an potius iuxtà ſpecificam operis exterioris diuerſitatem, & ipſa ſpecificetur.

Ex ſpeciebus luxuriæ quædam vni, quædam pluribus virtutib. opponuntur. Oīs ſimplex complacētia rei venereæ, eſt vnius ſpeciei ſecus eſt in voluntate efficaci.

Pro ſolutione recolendum ex ſupradictis, quaſdam luxuriæ ſpecies vni tantum virtuti opponi, ſcilicet caſtitati, cuiuſmodi ſunt fornicatio, & peccatum contra naturam, nonnullas vero, præter caſtitatem, opponi etiam & alteri virtuti, vt adulterium, caſtitati, & iuſtitiæ, ſacrilegium, caſtitati, & Religioni, &c. hoc ſuppoſito.

Reſpondeo. Omnem ſimplicem complacentiam rei venereæ, vt potè vnam caſtitatis virtutem, eſſe vnius ſpeciei; non enim in illam toti obiecti malitiam transfunditur, ſicut in voluntatem efficacem, vnde apparet, *b* Authores in hac re, verbis, non ſententia differre.

b Habes apud Sayrū nu. 19.

Hoc autem fallit in eo, qui abſolutè votum caſtitatis emiſit; nam per delectationem moroſam, peccaret etiam contra Religionem, cum voto ſe obligauerit abſtinere ab vtroque actu exteriori, & interiori, ſecus ſi aliquis tantum exteriorem actum vouiſſet.

Ratio, quæ ſupra non enim in ſimplicem complacentiam tota obiecti materia deriuatur.

Optimum eſt confiteri ēt ī ſimplici complacētia oēm obiecti externi circumſtātiam.

Cæterum ex Diuo *c* Antonino, & *d* Nauarro, optimum cenſetur ad pœnitentis ſtatum intimius dignoſcendum, etiam in moroſis delectationibus huiuſmodi obiecti externi deformitates explicare, ita vt aperiat ſe delectatum in cogitatione venerea cum vxorata, v.g. &c.

c p. 1. tit. 5. d c. 6. n. 8. & c. 16. n. 9.

Du-

Dubitatur 8. an ſit peccatum mortale in coniugatis delectari extra actum matrimonij de actu coniugij, maxime in abſentia alterius coniugis.

Delectatio moroſa ē in abſentia alterius coniugis ſi non adſit periculum pollutionis non eſt pec.

a Pal. 4. d. 9. q. 4 concl. 1. Gerſ. Ant. Tab. Caie. &c. apud Say. n. 21. &c. ꝑſerti Chriſoſt. hom. 17. i Matt.

a Reſpondeo. Nullum eſſe peccatum, etiam ſi delectatio ſit nedum in voluntate, ſed in appetitu ſenſitiuo.

Probatur delectatio in præſentia vtriuſque coniugis, item tactus & oſcula inter ipſos etiam ſine animo conſumandi copulam, modò non abſit periculum pollutionis, nullum eſt peccatum, propter bonum matrimonij, ergo & delectatio in abſentia ſine huiuſmodi periculo pollutionis, ob idem matrimonij bonum, non erit peccatum, ſecus ſi quis nedum cogitatione delectaretur, ſed & tactibus impudicis ſe prouocaret, etiam ſine periculo pollutionis.

b Nau. Azor. Lop. &c. apud Sayr. n. 21.

b Ratio, quia huiuſmodi prouocatio non eſt ob bonum coniugij.

Confirmantur quæ dicta ſunt, alioquin ſatis periculoſus eſſet ſtatus coniugatorum. Neque aliter ſentientes firmum habent aliquod fundamentum.

Dubitatur nono. An peccet mulier Vidua delectando ſe de actu matrimonij præterito, vel ſponſa de actu matrimonij futuro, ſecluſo periculo pollutionis, vel conſenſus in illicitam copulam.

Simplex cōplacentia de actu matrimonii futuro præterito ex motiuo honeſto non eſt mala, ſecus ex motiuo venereo.

c Nauar. in c. ſi tui n. 4

Reſpondeo, vel delectatio eſt ex motiuo venereo, quia ſcilicet apprenditur actus matrimonii, ſiue præteriti, ſiue autem futuri, ac ſi præſens eſſet, & hoc vt conueniens tactui, & libidinem explens, & eſt mortalis, cum omnis eiuſmodi delectatio extra actum matrimonii, vtpote notabiliter caſtitati repugnans, *c* Diuina lege ſit prohibita, vel apprenditur ex motiuo honeſto, puta vitandi fornicationem, vel habendi prolem, vel commodum temporale, &c. & eſt licita.

d to. 1. opuſc. tr. 14. dub. 4. Paud. Medi. Val. &c.

Contrarium docuerunt *d* Caiet. alij

Probant primo Delectatio interior ſequitur naturam operis exterioris ſed actus preteritus, uel futurus matrimonij eſt licitus ergo & delectatio.

Soluitur prima obiectio.

Reſpondeo ad minorem actum matrimonij eſſe licitum pro eo tantum tempore, quo fuit, uel futurum eſt matrimonium, & conſequenter delectationem de eo non eſſe alicui licitam, niſi concomitanter, ita ut matrimonio non exiſtente reddatur illicita.

Probant ſecundo. A ſimili poteſt Iudex delectari de actu Iuſtitiæ uindicatiuæ, preteritæ, ergo & mulier de actu uenereo præterito, &c.

Soluitur ſecunda.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem, etenim obiectum in actu Iuſtitiæ indicatiuæ ſemper eſt bonum, nec nulla lege prohibetur, ſecus eſt de actu uenereo, qui tantum eſt licitus in matrimonio.

S 2 Dubi-

Dubitatur decimò. An ſit licitum delectari de peccato mortali ſub hac conditione, ſcilicet, ſi non eſſet peccatum.

Prima concluſio.

a Dicendum primo. Si complacentia ex prauo motiuo, verbi gratia libidinis, odij, iniuſtitiæ, erit peccatum mortale, etiam ſi ſit ſub conditione.

a Vaſq. 1. 2. diſp. 116 c. 2.

Ratio, quę ſupra, nam complacentia ſequitur rationem motiui.

Secunda concluſio.

Dicendum ſecundo. Deſiderium efficax de re ſub conditione honeſta, verbi gratia, de matrimonio intuitu ſedandæ inimicitię, vel acquirendæ hæreditatis, ſimiliter deſiderium efficax de homicidio, ſub conditione Reipublicæ liberandę, &c. non eſt peccatum.

Ratio, quia voluntas efficax qualificatur ab opere externo, quod, exiſtente honeſta conditione, numquam eſt malum, ſecus, ſi quis habeat honeſtum deſiderium occidendi, ſi licitum eſſet homicidium & moueretur odio in perſonam, &c.

Ex quibus deducitur primo. Superuacaneam eſſe diſtinctionem allatam circa hoc ab *b* Adriano, & alijs de re mala, vel iure naturali, vel poſitiuo vtcumque enim mala ſemper ſit complacentia, & efficax deſiderium circa illam, etiam ſub conditione, ſe habent modo ſupradicto.

b quodl. 10 a 2 littera K & li. R. Azor. p. 1. inſt mor. lib. 4. c 6. dub. 10.

Refelluntur Caiet. & aſſecl.

Deducitur ſecundo *c* Caietanum, & aſſeclas falli, dum indiſtinctè damnant quamlibet eiuſmodi complacentiam ſub conditione, quippe qui falſo innitantur fundamento, ſcilicet, operis malitiam in ſimplicem complacentiam deriuari.

c 10. 1. opuſ. tr. 14 dub. 1 Nauar. Arm. &c.

d Dubitatur vndecimo. An delectatio moroſa conſurgens ob pulchram mulierem viſam, ſit peccatum mortale. Idemque dubium eſt de cogitatione, & delectatione inſurgente ex tactibus, oſculis, & amplexibus, tam fœminæ, quàm viri. In hac difficultate.

d Auth. qui agunt de hac re, habes apud Sayr. n. 30

Senſatio naturalis de ſe non eſt mala.

Primo. Certum eſt nullam ſenſationem naturalem ſecundum ſe eſſe peccatum.

Ratio, quia eſt ab ipſa natura, ac proinde viſus, & tactus ſecundum ſe non ſunt peccata.

Naturales ſenſationes poſſunt bene vel male fieri, ex habitudine ad bonum, vel malum motiuum.

Secundo, certum eſt, huiuſmodi naturales ſenſationes poſse benè, & malè fieri, reſpectiuè ad bonum, vel malum motiuum, a quo procedunt, ſic qui videns pulchram mulierem, delectetur laudando Deum, iuxta illud *e* Dauidis Prophetię. Delectaſti me Domine in factura tua, nedum non peccat, ſed meretur. Qui autem id facit ob leuitatem, peccat venialiter, qui *f* ob libidinem, mortaliter.

e pſ. 91. *f* Matth. 5. & ſ ca. nec ſolo 42. q. 5.

Delectatio moroſa in oſculis & tactibus ſequitur rationē motiui

Tertio. Certum eſt, delectationem moroſam ex tactibus, oſculis, & amplexibus eodem modo eſſe peccata, pro ratione motiui, & intentionis, ex qua conſequitur, vt de viſu dictum eſt, circa quæ in memoriam reuocentur, quæ ſupra diximus de ſponſis.

Quar-

Quarto denique, certum eſt delectationem inſurgentem ex tactibus, oſculis, & amplexibus, quę non ex motiuo venereo, in partibus honeſtis, ſed ex cauſa honeſta fiunt non eſſe peccatum, quamuis tunc ex fomite originali, vel Diaboli, ſuggeſtione, aliqua inſurgeret delectatio, modò nullus conſenſus interueniat, idem que diceremus, cum in locis frequentibus præ multitudine inuiti ſe tangunt homines.

Delectatio inſurgens ex tactib. qui ex cauſa, honeſta, ſi non adſit conſenſus non eſt peccatum.

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDII CLAVIS REGIÆ,

PARS SECVNDA.

R. P. D. GREGORIO SAYRO
Anglo Congregationis Caſinenſis.

Authore:

*ET P. D. CONSTANTINO DE NOTARIIS
Nolano Sacri Cauenſis Cœnobij, Præpoſito Clauſtrali Compilatore.*

Hæc poſtrema editione à multis quæ impreſſorum incuria paſſim irrepſerant erro rib. expurgata: & genuino candori authoris authographo congruenti reſtituta.

ACCESSIT INDEX LOCVPLETISSIMVS Sententiarum, & tabula Capitum.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DCXXI.

Apud Io. Baptiſtam Ciottum, & Socios.

Digitized by Google

Digitized by Google

Reuerendo Admodum Patri D.

SEVERINO PAGANO

Congregationis Caſinenſis.

ABBATI ET VISITATORI Digniſsimo Aeternam Fœlicitatem.

MVltis nominibus debetur hæc altera nō-ſtri Operi Pars Paternitati Tuæ admodum Reuerende Pater, tùm propter eam, quam cum R.P.D. Aloyſio Patauino, cui priorem partem dicaueram, neceſſitudinem habes, tū propter beneficia, quæ in me ſumma contuliſti, quorum omnium idem Prataleenſe Cœnobium teſtis fuit; In quo ad philoſophiam, Theologiamque edocendam aditum mihi Humanitas tua aperuit, facem ingenium prętulit. Sed quamuis hęc maxima videri poſſint alicui inuitamenta, quę perpetuis recordationis ſtimulis meę ergà te obſeruantiæ ſtudium prouocarent, tamen ingenuè fatebor, ne, dum meum grati animi officium commendare ſtudeo, aliquid ſit ex meritorum tuorum titulis mea commendatione detractum. Sola animi tui pulchritudo, ac generis ſplendor oſtētatione ſingularium virtutum tuarum noſtrum deſiderium incredibiliter excita-

Digitized by Google

